BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXIII
F
62
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

# ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΥΡΙΟΥ

ΛΟΓΟΙ.

# MAXIMI TYRII

DISSERTATIONES.

Ex Interpretatione


*DANIELIS HEINSII.*

Recenſuit & Notulis illuſtravit

*JOANNES DAVISIUS,*

Coll. Regin. *apud* Cantabr. *Socius.*

BIBLIOTECA NAZIONALE




B. R. NEAPOLIS

*CANTABRIGIÆ,*

Ex Officina *Joann. Hayes*, Celeberrimæ Academiæ Typographi. MDCCIII.

Impenſis *Alex. Boſvile* Bibl. *Londin.* ad inſigne *Horologii* & *Bibliorum* in vico vulgo vocato Fleetſtreet, & *Edm. Jeffery*, Bibl. *Cantabr.*

# LECTORI S.

ANtequam, Lector, evolvendis *Maximi Tyrii* diſſertationibus manum admoveas, oculorum tuorum uſuram tantiſper commoda, donec nonnulla præmoneam, quibus auctor ipſe, quatenus licet, innoteſcat, ſimulque conſtet, quid in hâc editione ſit præſtitum.

*Maximus Tyrius*, Philoſophus erat Platonicus, qui ſub Antonino Pio Romam venit, inſtitutionique poſteà, ut nonnullis videtur, Veriſſimi Cæſaris præfectus eſt. Eandem urbem rursùs adiit, imperante Commodo. [a] *Euſebius*, in Chronico. Ἀῤῥιανὸς Φιλόσοφος Νικομηδεὺς ἐγνωρίζετο, ΜΑΞΙΜΟΣ ΤΥΡΙΟΣ, Ἀπολλώνιος Στωϊκὸς, Χαλκηδόνιος, Βασιλείδης Σκυθοπολίτης. Οὗτοι καὶ διδάσκαλοι Οὐηρισσίμου Καίσαρος γεγόνασιν. Ad quem locum itâ [b] *Joſ. Scaliger. Maximus Tyrius tunc Romam primùm venit & διαλέξεις ſuas compoſuit: bis enim Romæ fuit, & in priori profectione διαλέξεις illas edidit, unde vocat eas* τὰς ἐν τῇ Ῥώμῃ τῆς πρώτης ἐπιδημίας διαλέξεις. De ſecundo ejus adventu hoc modo [c] *Suidas.* Μάξιμος, Τύριος Φιλόσοφος· διέτριψε δὲ ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Κομμόδου.

[a] *Ad Ann. MMCLXII. qui eſt Antonini Pii nonus.* [b] *In Anim. Euſeb.* [c] *Voce* Μάξιμος.

 Faten-

Fatendum tamen eſt, ſi [a] *Hieronymum* ſequamur, *noſtrum* inter præceptores Veriſſimi Cæſaris non eſſe numerandum: prædictum enim *Euſebii* locum ſic vertit. *Arrianus Philoſophus Nicomedienſis agnoſcitur, & MAXIMUS TYRIUS. Apollonius Stoicus, natione Chalcidicus,* (lege cum [b] *Joan. Jonſio* Chalcedonius) *& Baſilides Scythopolitanus, Philoſophi illuſtres habentur, qui Veriſſimi quoque Cæſaris præceptores fuerunt.* Si verba Cæſarienſis Epiſcopi interpretari aggreſſus eſt *Hieronymus*, manifeſtò erravit, uti ſtatim agnoſcent qui Græcè nôrunt: ſin autem mutavit, [c] prout ſolet, quià lapſum putavit *Euſebium*, res in medio eſt relinquenda, quoniam nobis non ſuppetant Veterum monumenta, quibus liquere poſſit, uter veritatem attigerit.

Nullo autem modo par eſt, ut ad eandem ἐποχὴν confugiamus, dum quæritur, an *Maximus noſter* Marci Antonini ſtudiis olim præfuerit; quamvis [d] viri longè doctiſſimi affirmare non dubitârint, eò quod [e] Philoſophus Imperator libro τῶν εἰς ἑαυτὸν primo *Maximum* quendam memorat, cujus monitu benè ſe gerere in rebus plurimis ad vitam pertinentibus didicerat. Sed *Claudium Maximum* intelligit: hic enim reverà [f] Marcum docuit, & Stoicus erat, adeoque diverſus à *Tyrio*, qui totus eſt Platonicus: nam

[a] *In Verſion. Chron. Euſeb.* [b] *De Scriptor. Hiſt. Philoſ. lib. III. c. 9.* [c] *Vid. Præfat. in Chronic.* [d] Joſ. Scaliger *in Anim. Euſeb. ad Anim. MMCLXII. Jac. Cappellus in H. E. Cent. II. aliique.* [e] §. 15. [f] *Vid.* Julii Capitolini *vit. Marci c. 3. &* Gatakerum *in laudatum Anton. locum.*

licèt

licèt inter duas ſectas in quibuſdam conveniat, *Taurus* tamen Philoſophus, *Maximorum* noſtrorum σύγχρονος, dixit, *Stoicam ſectam & ſibi & Platonicis eſſe incongruentem*; quam rem libro edito declaravit, ut teſtatur [a] *A. Gellius.*

At hoc errore multò inſignior eſt alter, in quem incidit vir doctus *Federicus Morellus*. Ille enim in lemmatibus, quæ addidit *Libanii* Orationibus, eundem fecit [b] Maximum Juliani præceptorem ac noſtrum *Tyrium*. Nam prætarquàm quòd immanem ἀναχρονισμὸν hâc in re commiſit, (ab exitu enim Antonini Pii, ſub quo floruit *noſter*, ad principatum Juliani CC. annorum fluxerat ſpatium) Τῷ παραβάτῃ Magiſtro patria non erat *Tyrus*, ſed, ſi [c] *Suidæ* fides, aut Epirus, aut Byzantium: [d] *Socrates* autem tradit eum fuiſſe Epheſium, quem poſteà ὡς μαγγανείας συνειδότα ὁ βασιλεὺς Οὐαλεντινιανὸς ἀναιρεθῆναι ἐκέλευσεν, id eſt, interprete *Hen. Valeſio*, *tanquam artes Magicas exercentem imperator Valentinianus interfici juſſit.*

Cùm nondum inventa eſſet nobiliſſima Artium Mechanicarum Typographia, ob paucitatem exemplarium, plures quidem ſcriptores, quorum frequentia ſunt apud Veteres elogia, prorſus interciderunt: nobis autem adhuc ſuperſunt alii, de quibus æquales aut ſuppares nul-

---

[a] *Noct. Attic. lib. XII. c. 5.* [b] *Vid. Tom. II. Orat. IV. p. 175. & Orat. VII. p. 218.* [c] *In Voce.* [d] *Hiſt. Eccleſ. lib. III. cap. 1.*



lam

Iam poenè mentionem fecêre. Tales ſunt [a] *Phædrus*, *Q. Curtius*, *Athenagoras* & *Marius Mercator*: In hunc etiam cenſum venit noſter, ac proinde mirandum non eſt, ſi tam pauca de ejus vitâ rebuſque geſtis nobis ſint comperta. Hoc Veterum ſilentium animo veluti præſagiens, luculentiſſimum ſui præconium [b] Diſſertationi XXXVII. intexuit. Sed ſi hanc, quæ ipſi minùs decora eſt, perſonam non egiſſet, eum poſteris ſatis ſuperque commendatum redderent accuratiſſimæ diſſertationes, in quibus acutum ingenium, ſumma dicendi facultas, & eruditio haud vulgaris elucent. Herclè ſi

[c] *Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci*,

omnium ſuffragiis *noſter* præſtantiſſimus Scriptor eſt habendus; non enim temerè quemquam reperias, qui vel jucundiora vel utiliora memoriæ tradidit.

Niſi falſum ſit Lemma, quod Diſſertationibus præfigitur, omnes ſunt habitæ, cùm Auctor primò Romam advenit. Mihi quidem cauſæ ſat graves ſubeſſe videntur, cur hâc de re dubitemus; immò, ni me decipit ratio, earum ſaltem una in Græciâ certò fuit habita. Colligi hoc poteſt [d] ex Diſſertatione XXXVII. in quâ ità loquitur noſter. Ἐι γὰρ, ὦ θεοὶ, ἐμοὶ θεατῶν γένοιτό τις ἀγωνιστὴς ἐμοὶ ἐπὶ ταυτοῖ τῆς ἕδρας συγκονιέμενος καὶ συμπονῶν, ἐγὼ τότε διδα-

[a] *Vid.* Joan. Clerici *Art. Crit. P. III. S. II. C. III.* §. 15.
[b] *P.* 386. [c] Horatius *Art. Poet. v.* 343. [d] *P.* 384.

κίμως

νίκμως στεφανοῦμαι, τότε κηρύττομαι ἐν τοῖς ΠΑΝΕΛΛΗΣΙΝ. Metaphora ducta eſt à ludis Græcorum publicis, in quibus, poſtquam ſententiam de victore tulerant judices, is præconum voce renunciabatur, ut populus, è totâ Græciâ collectus, ſciret, cui palma eſſet debita. Manifeſtum igitur eſt, ſi non in Græciâ, ſed Romæ fuerit *noſter*, cùm hæc verba faceret, eum non ἐν τοῖς Πανέλλησι, ſed ἐν τοῖς Ῥωμαίοις fuiſſe prædicandum. Et ſanè, nè quid diſſimulem, Græcia diutiùs quàm Roma *Maximum* videtur cepiſſe; quòd in unaquâque ferè Diſſertatione ſummam rerum Græcarum oſtendat peritiam, cùm res Romanas calluiſſe nullo indicio conſtet: certè, quoad memini, ad eorum hiſtoriam nè ſemel quidem reſpexit. Accedit, quod teſtatur *Dan. Heinſius* ipſis Diſſertationibus in Codice manu exarato hoc lemma præmitti: Μαξίμου Τυρίου Πλατωνικοῦ Φιλοσόφου τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ διαλέξεων τῆς πρώτης ἐπιδημίας, poſt Diſſertationem autem quintam in margine annotatum eſſe, Μαξίμου Τυρίου φιλοσοφούμενα, quæ nota in fine libri iterum occurrit; adeò ut ſi fidem Manuſcripti Regii ſequamur, quinque priores tantum Diſſertationes primo Romam adventu habuit, reliquæ autem nullâ loci notâ ſunt ſignatæ.

Quoniam verò ordo, quem in iſto exemplari obtinent Diſſertationes, alius omninò eſt ab eo, quem præ ſe ferunt editiones, rem non ingratam me facturum exiſtimavi, ſi lemmata eâdem, quâ ibi extant, ſerie hìc adjicerem.

Α. Περὶ ἡδονῆς, ὅτι εἰ καὶ ἀγαθὸν, ἀλλ' οὐ βέβαιον. ΑΒΓ.

Β. Τί τέλος φιλοσοφίας.

Γ. Ὅτι ἔστι καὶ ἐκ τῶν περιστάσεων ὠφελεῖσθαι.

Δ. Πῶς ἄν τις πρὸς φίλον παρασκευάσαιτο.

Ε. Ὅτι πρὸς πᾶσαν ὑπόθεσιν ἁρμόσεται ὁ τοῦ φιλοσόφου λόγος.

ς. Εἰ θεοῖς ἀγάλματα ἱδρυτέον.

Ζ. Εἰ καλῶς ἐποίησε Σωκράτης μὴ ἀπολογησάμενος.

Η. Τίνες ἄμεινον περὶ θεῶν διέλαβον, ποιηταὶ ἢ φιλόσοφοι.

Θ. Εἰ δεῖ εὔχεσθαι.

Ι. Τί ἐπιστήμη.

ΙΑ. Πότερα χαλεπώτερα νοσήματα, τὰ τοῦ σώματος ἢ τὰ τῆς ψυχῆς.

ΙΒ. Τί τὸ δαιμόνιον Σωκράτους. ΑΒ.

ΙΓ. Εἰ αἱ μαθήσεις ἀναμνήσεις.

ΙΔ. Τίς ὁ θεὸς κατὰ Πλάτωνα.

ΙΕ. Εἰ τὸν ἀδικήσαντα ἀνταδικητέον.

Ις. Εἰ μαντικῆς οὔσης τι ἐφ' ἡμῖν ἐστι.

ΙΖ. Τίσι χωριστέον τὸν κόλακα τοῦ φίλου.

ΙΗ. Τίς ἀμείνων βίος, πρακτικὸς ἢ θεωρητικός; Ὅτι πρακτικός.

ΙΘ. Ὅτι ὁ θεωρητικὸς βίος ἀμείνων τοῦ πρακτικοῦ.

Κ. Εἰ καλῶς ὁ Πλάτων Ὅμηρον τῆς πολιτείας παρῃτήσατο.

ΚΑ. Τίς ἡ Σωκράτους ἐρωτική. ΑΒΓΔ.

ΚΒ. Ὅτι πάσης τῆς διὰ λόγων εὐφροσύνης ἡ διὰ φιλοσοφικῶν λόγων ἀμείνων.

ΚΓ. Τίνες

KΓ. Τίνες λυσιτελέστεροι πόλει, οἱ προπολεμοῦντες ἢ οἱ γεωργοῦντες; ὅτι οἱ προπολεμοῦντες.

KΔ. Ὅτι γεωργοὶ τῶν προπολεμούντων λυσιτελέστεροι.

KE. Ὅτι οἱ σύμφωνοι τοῖς ἔργοις λόγοι ἄριστοι.

Kϛ. Εἰ ἔστι καθ' Ὅμηρον αἵρεσις.

KZ. Εἰ τέχνη ἡ ἀρετή.

KH. Πῶς ἄν τις ἄλυπος εἴη.

KΘ. Τί τέλος φιλοσοφίας.

Λ. Εἰ προηγούμενος ὁ τοῦ Κυνικοῦ βίος.

ΛΑ. Εἰ συμβάλλεται πρὸς ἀρετὴν τὰ ἐγκύκλια μαθήματα.

ΛΒ. Εἰ γένοιτό τις θείᾳ μοίρᾳ ἀγαθός.

ΛΓ. Εἰ ἔστιν ἀγαθὸν ἀγαθοῦ μεῖζον. Ἐν ᾧ ὅτι οὐκ ἔστιν.

ΛΔ. Εἰ ἔστιν ἀγαθὸν ἀγαθοῦ μεῖζον. Ἐν ᾧ ὅτι ἔστιν.

ΛΕ. Τοῦ θεοῦ τὰ ἀγαθὰ ποιοῦντος πόθεν τὰ κακά.

*Maximum Tyrium* è Græciâ in Italiam primus aſportavit[a] *Janus Laſcaris* & ad Laurentium Medicen dono miſit exemplar illud, è quo noſtrum Latinè edidit *Coſmus Paccius*, Archiepiſcopus Florentinus. Poſthæc Anno M DLVII. ſuâ, hoc eſt, Græcâ veſte indutus prodiit, curâ *Henr. Stephani*,[b] qui præcipuè quidem ſecutus eſt *Arnoldi Arlenii* codicem, interdum tamen in conſilium adhibuit eum, quem cum eo

[a] *Vid.* Pet. Paccii *præf. fratris verſioni præmiſſam &* H. Stephani *Epiſt. Nunc. ad* Arnold. Arlenium. [b] H. St. *ibid.*

commu-

communicavit *Joannes Stracelius*. Poſt magnum illum virum has diſſertationes edendas ſuſcepit[a] *Dan. Heinſius*, inſtructus *Sixti Arcerii* excerptis & Manuſcripto quem è bibliothecâ Regis Galliarum ei miſit *Iſ. Caſaubonus*: cùm autem Coſmi Paccii interpretatio innumeris mendis ſcateret, novam adornavit verſionem, quam aliquoties emendatam hic repræſentavi. In Græco, ut vocant, *textu H. Stephanum* ſecutus eſt; ſed in Adnotationibus memorat Varias Lectiones, quas Codices, quibus uſus eſt, exhibuêrunt. Has in noſtram editionem tranſtulimus, adeò ut, cùm Manuſcriptum Regium aut excerpta Arceriana ſubinde laudemus, fide ſtemus *Dan. Heinſii*: Codicis verò Florentini lectionem è *Paccii* verſione non raró collegimus.

Nemo qui antiquiſſimos & optimæ notæ Manuſcriptos vel obitèr inſpexit, neſcire poteſt eos plurimis corruptelis eſſe vitiatos; ideoque ut legerentur Veteres, ſuppetiæ ex ingenio erant ferendæ: Hinc factum, ut inter alios *noſtrum* in ſcriptis ſuis emendârint Viri eruditi, quorum conjecturas, addito ſemper auctoris nomine, notata imæ paginæ ſubjecta exhibent: quin & non paucas emendationes à nobiſmet ipſis profectas immiſcuimus. Ad reliquas notulas quod attinet, eò præcipuè ſpectant, ut hiſtoriam & dogmata Philoſophica, ad quæ breviùs interdum & obſcuriùs reſpicit Maximus, Lectori ante oculos ponant. In tumultuario hoc opere, ſi

[a] *Vid. ejus præf. ad not.*

quid

quid rectè præſtiti, gaudebo, ſin minùs, animi ſaltem me non pœnitebit. Duos præterea indices adjecimus, quorum primus auctores à *Maximo* laudatos, exhibet: ſed tum *noſter* ſexcentis ad minimum vicibus *Homerum* vocet teſtem, numero territi ea ſolùm loca indicavimus, ubi citationes à vulgatis iſtius Poetæ exemplaribus aliquantulùm abeant. Alter res, quæ in Diſſertationibus occurrunt, memorabiliores continet. In animo erat aliquando, his tertium addidiſſe, quo notarentur voces Græcæ, quæ rariores ſunt. Poſteà verò conſilium à nobis mutatum eſt, non ſanè quòd magni laboris res eſſet, ſed quoniam te, Lector, his in rebus tuo quàm noſtro judicio uti maluimus.

*Vale.*

Cantabr. IV. *Idus Maias*
M DCCIII.

# ΠΙΝΑΞ
## ΤΩΝ
# ΛΟΓΩΝ.


Λόγ☉. Α'. ΤΙ'Σ ὁ Θεὸς κατὰ Πλάτωνα. Pag. 2

Β'. Εἰ τὸν ἀδικήσαντα ἀνταδικητέον. 18

Γ'. Εἰ, μαντικῆς ἔσης, ἔςι τι ἐφ' ἡμῖν. 28

Δ'. Τισὶ χωριςέον τὸν κόλακα τῦ φίλυ. 38

Ε'. Ὅτι ὁ πρακτικὸς βί☉ ἀμείνων τῦ θεωρητικῦ. 48

ς'. Ὅτι ὁ θεωρητικὸς βί☉ ἀμείνων τῦ πρακτικῦ. 60

Ζ'. Εἰ καλῶς ὁ Πλάτων Ὅμηρον τῆς πολιτείας παρῃτήσατο. 72

Η'. Τίς ἡ Σωκράτυς ἐρωτική. 80

Θ'. Ἔτι περὶ ἔρωτ☉. 96

Ι'. Ἔτι περὶ τῆς Σωκράτυς ἐρωτικῆς. 106

ΙΑ'. Ἔτι περὶ ἔρωτ☉. 116

ΙΒ'. Ὅτι πάσης τῆς διὰ λόγων εὐφροσύνης, ἡ διὰ φιλοσόφων λόγων ἀμείνων. 124

ΙΓ'. Τινὲς λυσιτελέστεροι πόλει, οἱ προπολεμῦντες, ἢ οἱ γεωργῦντες· ὅτι οἱ προπολεμῦντες. 136

ΙΔ'. Ὅτι γεωργοὶ τῶν προπολεμύντων λυσιτελέστεροι. 144

ΙΕ'. Ὅτι οἱ σύμφωνοι τοῖς ἔργοις λόγοι, ἄριστοι. 154

Ις'. Εἰ ἔςι καθ' Ὅμηρον αἵρεσις. 164

ΙΖ'. Εἰ τέχνη ἡ ἀρετή. 176

ΙΗ'. Πῶς ἄν τις ἄλυπ☉ εἴη. 186

ΙΘ'. Τί τέλ☉ φιλοσοφίας. 196

Κ'. Εἰ προηγύμεν☉ ὁ τῦ Κυνικῦ βί☉. 202

ΚΑ'. Εἰ συμβάλλεται πρὸς ἀρετὴν τὰ ἐγκύκλια μαθήματα. 212

ΚΒ'. Εἰ γένοιτό τις θεία μοίρα ἀγαθός. 222

ΚΓ'. Ὅτι ὐκ ἔςιν ἀγαθὸν ἀγαθῦ μεῖζον. 232

ΚΔ'. Ὅτι ἔςιν ἀγαθὸν ἀγαθῦ μεῖζον. 242

ΚΕ'. Τὰ Θεῦ τὰ ἀγαθὰ ποιῦντ☉, πόθεν τὰ κακά. 250

Κς'. Τί τὸ δαιμόνιον Σωκράτυς. 264


ΚΖ'. Ἔτι

# INDEX
# DISSERTATIONUM.

Differt. I. Quid ſit Deus ſecundum Platonem. p. 3
II. Utrùm referenda ſit injuria. 19
III. Utrùm manente divinatione, aliquid ſit in noſtrâ poteſtate. 
IV. Quomodo ab adulatore amicus debeat diſtingui. 29
V. Vitam activam contemplativæ præferendam eſſe. 39
VI. Vitam contemplativam activæ præferendam eſſe. 49
VII. Utrum rectè Homerum è Republicâ ſuâ dimiſerit Plato. 61
VIII. De amatoriâ Socratis. 73
IX. De eodem amore. 81
X. De eâdem Socratis amatoriâ. 97
XI. De eodem amore. 105
XII. Omni ſermonum voluptate majorem eſſe eam quæ ex Philoſophiâ percipitur. 117
XIII. Utri in Rep. utiliores ſint, milites an agricolæ: & primò pro militibus. 125
XIV. Agricolas utiliores eſſe militibus in Rep. 137
XV. Sermones, qui operibus reſpondent, eſſe optimos. 145
XVI. An ſit ſecundùm Homerum deſinita in Philoſophiâ opinio. 155
XVII. An virtus ſit ars. 165
XVIII. Quomodo quis ſine dolore eſſe poſſit. 177
XIX. Quis Philoſophiæ ſit finis. 187
XX. An præferenda ſit Cynici vita. 191
XXI. An quicquam ad virtutem artes liberales conferant. 203
XXII. An aliquis divinitùs bonus ſiat. 213
XXIII. Bonum bono majus non eſſe. 223
XXIV. Bonum bono majus eſſe. 233
XXV. Cùm Deus Bona faciat, unde ſint mala. 243
XXVI. Quid ſit Socratis Deus. 253
265

XXVII. Ite-

ΚΖ'. Ἔτι περὶ τοῦ Σωκράτους δαιμονίου. 276
ΚΗ'. Εἰ αἱ μαθήσεις ἀναμνήσεις. 286
ΚΘ'. Τίνες ἄμεινον περὶ θεῶν διέλαβον, ποιηταὶ ἢ φιλόσοφοι. 300
Λ'. Περὶ τοῦ εἰ δεῖ εὔχεσθαι τῷ θεῷ. 312
ΛΑ'. Περὶ ἡδονῆς, ὅτι εἰ καὶ ἀγαθὸν, ἀλλ' οὐ βέβαιον. 324
ΛΒ'. Ἔτι περὶ τοῦ αὐτοῦ, ὅτι ἡδονὴ, εἰ καὶ ἀγαθὸν, ἀλλ' οὐ βέβαιον. 332
ΛΓ'. Ἔτι περὶ τοῦ αὐτοῦ, ὅτι ἡδονὴ, εἰ καὶ ἀγαθὸν, ἀλλ' οὐ βέβαιον. 338
ΛΔ'. Τί τέλος φιλοσοφίας. 348
ΛΕ'. Ὅτι ἔστι καὶ ἐκ τῶν περιεστώτων ὠφελεῖσθαι. 356
Λϛ'. Πῶς ἄν τις πρὸς φίλον διασκευάσαιτο. 366
ΛΖ'. Ὅτι πρὸς πᾶσαν ὑπόθεσιν ἁρμόσεται ὁ τοῦ φιλοσόφου λόγος. 376
ΛΗ'. Εἰ θεοῖς ἀγάλματα ἱδρυτέον. 392
ΛΘ. Εἰ καλῶς ἐποίησε Σωκράτης μὴ ἀπολογησάμενος. 404
Μ'. Τί ἐστιν ἐπιστήμη. 414
ΜΑ'. Πότερα χαλεπώτερα νοσήματα, τὰ τοῦ σώματος, ἢ τὰ τῆς ψυχῆς. 424

XXVII. *Iterum quis ſit Deus Socratis.* 277
XXVIII. *Utrùm diſciplinæ ſint reminiſcentiæ.* 287
XXIX. *Utri melius de Diis ſenſerint, Poetæ an Philoſophi.* 301
XXX. *An orandus ſit Deus.* 313
XXXI. *Voluptatem, etſi bonum, non tamen eſſe ſtabile.* 325
XXXII. *Iterum, voluptatem, etſi bonum, non tamen eſſe ſtabile.* 333
XXXIII. *Iterum, voluptatem, etſi bonum, non tamen eſſe ſtabile.* 339
XXXIV. *Quis ſit Philoſophiæ finis.* 349
XXXV. *Ex adverſâ fortunâ utilitatem percipi.* 357
XXXVI. *Quomodo quis ad amicum ſe preparare debeat.* 367
XXXVII. *Omni ſubjecto Philoſophiam convenire.* 377
XXXVIII. *Utrùm Diis ſint dicandæ ſtatuæ.* 393
XXXIX. *An rectè fecerit Socrates, quod accuſatus non reſponderit.* 405
XL. *Quid ſit ſcientia.* 415
XLI. *Corporiſne an animi graviores ſint morbi.* 425

## *Errata* ſic emendentur.

PAG. 8. lin. 34. συστείλαντος. p. 9. l. 35. *Odorari*. p. 10. l. 12. μεταβολῆς. p. 20. l. 26. μελετήσαντα. p. 50. l. 34. εἰσδέξεται. p. 58. l. 21. ὅτι. p. 61. l. 3. *ut*. p. 84. l. 30. Μαντινικήν. p. 121. l. 38 *vitibus*. p. 122. l. 2. διαπλάττουσι. p. 123. l. 33. *ducit*. p. 124. l. 24. κάλλους. p. 126. l. 12. ᾖδον. p. 128. l. 6. μᾶλλον. Ib. l. 16. ὑπακούσαντες. p. 134. l. 9. περὶ τειχῶν. p. 158. l. 11. ἐξήτασε. p. 180. l. 26. τόν. p. 188. l. 7. ἀπό. p. 194. l. 8. Ὄλυνθον. p. 198. l. 31. σπονδάς. p. 210. l. 35. λαίτας. p. 212. l. 16. Ἀποκρί-ναιτ. p. 226. l. 26. ἀλλ' ἐπειδάν. p. 236. l. 26. ὑπέβαλε. p. 246. l. 18. ἐπι. p. 258. l. 18. θερμὸν ἐκεῖ. p. 264. l. 18. χρυσομάνδρων. p. 271. l. 31. *Opinionem*. p. 304. l. 23. ἀπορρίψαντες. p. 366. l. 14. *Contuliſſet*. p. 414. l. 19. ἰσομοιρεῖ.

## In Notis.

PAG. 18. l. 1. *extulerit*. p. 76. l. 11. *in Orat*. p. 81. l. 5. *in Siciliam*. p. 157. l. 4. κατεῖχον. p. 306. l. 8. ἀνδ. p. 319. l. 10. Κῦρος. p. 378. l. 3. *deſcendere*. In iis etiam accentus, vitio Typorum tantùm non detritorum, ſæpè vix apparent.

Del. p. 16. l. 1. Leg. ἄρχει *modo Imper*. Add. p. 418. l. 4. Στρατόπεδον ἐπὶ κέρως βαδίζειν ] Leg. ἐπὶ κέρως. *Thucyd*. lib. II. p. 78. Ἰδόντες δὲ οἱ Πελοποννήσιοι κατὰ μίαν ἐπὶ κέρως παραπλέοντας. Ubi Scholiaſt. Ὥσπερεὶ ἔλεγε, μίαν κατακολουθοῦσαν τῇ ἑτέρᾳ. Τοῦτο γὰρ τὸ ἐπὶ κέρως δηλοῖ.

# ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΥΡΙΟΥ
## ΛΟΓΟΙ.

# MAXIMI TYRII
## DISSERTATIONES.

# ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΥΡΙΟΥ

## ΠΛΑΤΩΝΙΚΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ διαλέξεων τῆς πρώτης ἐπιδημίας λόγοι μα'.

## Περὶ τοῦ, τί ὁ θεὸς, κατὰ Πλάτωνα.

### ΛΟΓΟΣ Α'.

ΠΕΡΙ μὲν [1] δαιμόνων ἀμφισβητῶν, λόγον λόγῳ φέρω, καὶ ἀνέχομαι τὴν στάσιν, καὶ οὐδὲν δεινὸν, οὐδὲ πλημμελὲς, οὐδὲ ἔξω τρόπου ἡγοῦμαι δρᾷν τὸν ἀμφισβητοῦντα πρὸς ἑαυτὸν καὶ πρὸς ἄλλον, εἰ ἔστι τὸ δαιμόνιον, καὶ τί, καὶ ὁπόσον. καὶ γὰρ ἦν ἐνταῦθα τὸ μὲν ὄνομα, δῆλον, ἡ δὲ οὐσία, ἀφανὴς, ἡ δὲ δύναμις, ἀμφισβητήσιμος. Νῦν δὲ δὴ τίς γένωμαι, περὶ θεοῦ λέγων; ποῖον κάλλος ῥημάτων περιβαλόμενος, ἢ ποῖον φῶς ἐξ ὀνομάτων σαφεστάτων ποιησάμενος, ἢ τίνα ἁρμονίαν ᾠδῆς, [2] ἐκ λόγου ἁρμοσάμενος, δείξαιμι ἂν ἐμαυτῷ καὶ ἄλλῳ τὸ νῦν ζητούμενον; ὁπότε γὰρ οὐδὲ ὁ εὐφωνότατος τῶν ὄντων Πλάτων, εἰ καὶ πρὸς Ὅμηρον παραβάλλειν ἐθέλοις, οὔπω καὶ νῦν ἀξιόχρεως τις δίεισι περὶ θεοῦ λέγων, ἀλλ' ἑτέρωθέν [3] τι [4] πυθέσθαι ποθεῖ τὴν Πλάτωνος δόξαν, σχολῇ γ' ἄν τις ἐπιτολμήσαι τῷ λόγῳ, νοῦν βραχὺν ἔχων· πλὴν εἰ μὴ καὶ ἀνδρὶ διψῶντι ποταμοῦ παρόντος καθαροῦ καὶ πολλοῦ, καὶ ἰδεῖν ἡδίστου, καὶ πιεῖν προσηνεστάτου, καὶ θρέψαι γονιμωτάτου, ἀλλοθέν ποθεν ἐκ πηγῆς ἀσθενοῦς καὶ ἧττον τὰ αὐτὰ ἀγαθῆς ἀρυσάμενοι κομίζοιμεν τῷ διψῶντι ἀναγκαῖον ποτόν· ὁποῖόν φασι τὴν γλαῦκα πάσχειν, πρὸς μὲν τὸν ἥλιον ἀμαυρουμένην, θηρεύουσαν δὲ ἐν νυκτὶ ἔκπυρον φῶς. Εἰ γάρ τις ἐς τὰς Πλάτωνος φωνὰς ἐμπεσὼν, ἑτέρων δεῖται λόγων, καὶ [5] εἴ τῳ ἐκεῖθεν τὸ φῶς ἀμαυρὸν δοκεῖ,

[1] *Dæmones ſunt Genii ſive Angeli. vid. Hier. ad 2. Aur. Carm. De eorum muniis ſecundùm Platonicos adi Alcin. de Doct. Platon. c. 15. & noſtrum Diſſ. 27. Apud Ethnicos vox* Δαίμων *in bonam ferè partem ſumitur niſi addatur* κακὸς *vel ſimile Epitheton. In Chriſtianorum verò libris malum Spiritum perpetuò ſignificat. Quo uſu deceptus Lactantius Inſt. Div. lib. 1. c. 7.*

καὶ

# MAXIMI TYRII

## Philoſophi Platonici

## Diſſertationum Romæ habitarum primo in Urbem adventu XLI.

### *Quid ſit Deus, ſecundùm Platonem.*

### Diſſert I.

DE naturâ Dæmonum cùm diſputatur, rationem rationi facilè patior opponi, nec contentionem hanc reprehendo: tantum abeſt ut indignum quid, aut à viri boni ratione alienum abſurdúmve ab eo committi exiſtimem, qui vel ſecum ipſe vel cum aliis de Dæmone, an ſit, quid, & quantus, inquirit. Et tamen in hac quidem quæſtione nomen ipſum de quo agitur manifeſtum eſt: ejus verò de quo quæritur tum abſtruſa eſt eſſentia, tum poteſtas controverſa. Nunc autem cùm de Deo dicere inſtitui, quid agam potiſſimum? quà verborum amœnitate, quâ vocabulorum luce, quà carminis orationiſve harmoniâ, mihi vel aliis id de quo nunc quæritur oſtendam? Si enim Plato, quo homine nihil unquam rerum natura, ne Homero quidem excepto, vidit facundius, ne nunc quidem omnibus, cum de Deo agit, planè ſatisfecit, ſed non nemo reperitur, qui ex alio ſententiam Platonis audire ſe poſtulet, operam ludere videatur, ſi quis ingenii vulgaris homo, diſputationi huic ſe parem judicet. Niſi fortè idem agere velimus, quod ille, qui ſitienti homini cui fluvius adeſt limpidus plenuſque, qui & viſu jucundiſſimus, & guſtu ſit ſuaviſſimus, optiméque nutriat, ex imbelli aliquo fonticulo, quique nulla ex parte cum ſuperiori conferendus ſit, potum neceſſarium adferat. Plane quod de noctua dicitur, quæ cùm interdiu ad ſolem caliget, nocte lumen aliquod ab igne quærit. Si quis enim aliud dicendi genus requirit, cum in Platonica oratione verſatur, aut ſi quis lucem illam obſcuram minúſque illuſtrem arbitratur: idem ille nec ſolem cum oritur, nec

*ex eo quod reſponſis quibuſdam Apollo ſe vocaſſet* Δαίμονα, *perperam contendit neceſſum eſſe ut ſit malus Genius. vid.* & *l. 2. c. 14.* [2] *Coſimus Paccius legit* ἐκλείγα *unà voce. Heinſius autem* ἢ λόγκ. [3] Τίς *H. St.* [4] Πιςικῶς *Schotius.* [5] Εἴ τῳ τὸ ἐκεῖνον ϕῶς *H. St.*

 lunam

καὶ ἥκιστα μετέχον αὐγῆς σαφοῦς, οὔτε οὐδ' ἂν τὸν Ἥλιον ἴδοι ἀνίσχοντα, οὐδὲ τὴν Σελήνην λαμπρυνομένην, οὐδὲ τὸν Ἕσπερον καταδυόμενον, οὐδὲ τὸν Ἑωσφόρον φθάνοντα. Ἔχ' ἀτρέμας· νῶϊ γάρ τοι ἠρέμα ἐννοῶ, οἷον ἂν εἴη τὸ πάθος τοῦ τοιοῦδε λόγου· αὐτὸ ἐκεῖνο οἷον τὸ τῶν μεταλλέων· οὗτοι γάρ που κόπτοντες τὴν γῆν, ὀρύσσοντες τὸν χρυσὸν, οὐχ ἱκανοὶ διαγινώσκειν τὴν τοῦ χρυσοῦ φύσιν, ἀλλὰ ἔστιν ἔργον βασανιζόντων τὸν χρυσὸν ἐν πυρί. Εἰκάζω δὴ τὴν μὲν προτέραν ὁμιλίαν τῶν Πλάτωνος λόγων, μετάλλῳ τινὶ ἀτεχνῶς χρυσοῦ· τὸ δὲ ἐπὶ τούτῳ, ἑτέρας δεῖται τέχνης, ἢ τὸ ληφθὲν δοκιμάζουσα, καὶ ἐκκαθαίρουσα λόγῳ, ὡς πυρί, χρῆσθαι ἤδη δύναται ἀκηράτῳ καὶ βεβασανισμένῳ τῷ χρυσῷ. Εἰ τοίνυν δήλη μὲν ἡ μεταλλεία τοῦ ἀληθοῦς καὶ μεγαλόδωρος καὶ ἄφθονος, δεῖ δὲ ἡμῖν τέχνης ἑτέρας πρὸς βάσανον τοῦ ληφθέντος· φέρε, παρακαλῶμεν τὴν τέχνην ταύτην ξυνεπιλαβέσθαι ἡμῖν [6] τοῦ παρόντος λόγου, τί ποτέ ἐστι τὸ θεῖον κατὰ Πλάτωνα, σκοπουμένοις. Εἰ οὖν ἔροιτο ἡμᾶς ἡ τέχνη φωνὴν λαβοῦσα, πότερα τοίνυν οὐχ ἡγούμενοι αὐτοί τι εἶναι θεῖον ἐν τῇ φύσει, οὐδὲ ἔχοντες καθάπαξ ἔννοιαν θεοῦ, ἀμφισβητοῦμεν, ἢ * περὶ Πλάτωνος, ἢ αὐτοί τινας ἔχοντες οἰκείας δόξας, ἕτερ' ἄττα ἡγούμεθα παρὰ ταύτας δοξάζειν ἐκεῖνον; κἆτα ἡμῶν φασκόντων ἔχειν, ἀξιώσειεν ἀποκρίνασθαι ὁποῖόν τινα ἡγούμεθα εἶναι τὸν θεόν· τί τοίνυν ὦ τὰν ἀποκρινοίμεθα ὅ, τι ἐστὶ θεός;

[7] Γυρὸς ἐν ὤμοισιν, μελανόχροος, οὐλοκάρηνος;

καταγέλαστος ἡ ἀπόκρισις, κἂν εἰ μειζόνως χαρακτηρίζοις τὸν Δία, [8] κυανέας μὲν ὀφρύας, χρυσᾶς δὲ χαίτας, ἐλελιζόμενον δὲ ὑπ' αὐτῶν τὸν οὐρανόν· πάντα γάρ που τὰ τοιαῦτα, ἀπορίᾳ ὄψεως, καὶ ἀσθενείᾳ δηλώσεως, καὶ γνώμης ἀμβλύτητι, ἐφ' ὅσον δύνανται ἕκαστοι ἐξαιρόμενοι τῇ φαντασίᾳ πρὸς τὸ κάλλιστον δοκοῦν, [9] καὶ φιλόσοφοι καταμαντεύονται. Εἰ δὲ συναγαγὼν ἐκκλησίαν τῶν τεχνῶν τούτων, κελεύοις ἅπαντας ἀθρόους διὰ ψηφίσματος ἑνὸς ἀποκρίνασθαι περὶ τοῦ Θεοῦ, οἴει ἄλλο μὲν ἂν τὸν γραφέα εἰπεῖν, ἄλλο δὲ καὶ τὸν ἀγαλματοποιόν, καὶ τὸν ποιητὴν ἄλλο, καὶ τὸν φιλόσοφον ἄλλο; ἀλλ' οὐδὲ μὰ Δία τὸν Σκύθην, οὐδὲ τὸν Ἕλληνα, οὐδὲ τὸν Πέρσην, ἢ τὸν Ὑπερβόρειον, ἀλλὰ ἴδοις ἂν ἐν μὲν τοῖς ἄλλα, ἐν δὲ τοῖς ἄλλα, καὶ οὐ ταὐτὰ ψηφιζομένους τοὺς ἀνθρώπους, πάντας δὲ πᾶσι διαφερομένους. Οὐ τὸ ἀγαθὸν τὸ αὐτὸ πᾶσιν, οὐ τὸ κακὸν ὅμοιον, οὐ τὸ αἰσχρόν, οὐ τὸ καλόν· νόμος μὲν γὰρ δὴ καὶ δίκη ἄνω καὶ κάτω φέρεται διασπώμενα καὶ σπαραττόμενα· μὴ γὰρ ὅτι γένος γένει ὁμολογεῖ ἐν τούτοις,

---

6 Ἐπὶ τοῦ παρόντος λόγου Heinſ. *Sed ejus opem non deſiderat* noſter, *nam Diſſ.*26. *habet* συνεπιλαμβάνειν τοῦ βίου. * Παρὰ Πλάτωνος. *Scal.* 7 *Odyſſ. T.*

ἀλλ'

lunam cum fulget, nec Heſperum cum occidit, nec Luciferum cum ſurgit, unquam videbit. Subſiſte paululum: nunc enim propemodum quis ſit diſſertationis hujus uſus & ratio, intelligo. Illud ipſum hic ſit quod in iis qui metalla effodiunt. Qui cum terram ipſi cædant, aurum educant, ejus tamen naturam dignoſcere non poſſunt: ſed aliis hoc relinquunt, qui admoto igne explorent. Ego primam Platonis lectionem metallo ſimilem facio; & quidem auro mero. Quod deinde ſequitur, aliam artem requirit, quæ examinare id quod habet & rationis ſubſidio tanquam igne purgare poſſit: atque ita aurum purum exploratumque ſatis, ad uſum ſuum convertere. Si nobis ergo veritatis ipſius non minus quam auri, vena manifeſta eſt, & quidem copioſa atque opulenta, nec minus tamen alia arte opus eſt, quæ hoc ipſum exploret: age ejus artis in hac quæſtione in qua agitur, quid ſecundum Platonem ſit Deus, ſubſidium imploremus. Fingamus ergo loqui poſſe hanc ipſam artem, atque ex nobis ſcire velle, quo animo ad hanc diſputationem accedamus; an quod divinam omnino in rebus naturam eſſe ipſi non putemus, ac ne prima quidem Dei cognitione inſtructi accedamus; an verò quod vel de Platonis, vel de aliis quas ipſi peculiariter habemus opinionibus, & quas cum illius non convenire arbitramur, diſputemus, atque hoc fateri nos: illam inſtare rurſus, & ſcire è nobis velle, quæ ſint illæ, & qualem eſſe Deum judicemus. Quid reſpondebimus, ô bone, aut quid Deum eſſe dicemus? Anne ſecundum illud,

*Incurvis humeris, atrum, criſpoque capillo?*

Riſu dignum meritò ejuſmodi reſponſum videbitur, quamvis auguſtiorem etiam formam JOVI tribuas, *nigra ſupercilia, comam auream quâ cœlum moveat.* Hæc enim omnia ob imbecillitatem oculorum, ſermonis penuriam, animi caliginem, ſapientiſſimi conjecère mortalium: dum quam quiſque pulchritudinis concipere ſpeciem poterat maximam, in eam quaſi mentis imaginatione ſublati, poëtæ ſimul & philoſophi, Deo aſſignant. Quod ſi concionem cogas, omnéſque ſimul artes uno decreto convenire jubeas, ac de Deo ex iis quæras; putáſne aliud pictorem, aliud ſtatuarium, aliud poëtam, aliud dicturum eſſe philoſophum? Imo ne Scytha quidem & Græcus, & Perſa, & Hyperboreus. Verùm enimverò in aliis videbis alia, nec unquam eadem ſtatuere homines. Nec enim bonum idem omnibus, nec idem omnibus malum, nec idem turpe aut honeſtum. Ut de legibus & jure taceam, quæ pro cujuſque placito in omnes ita partes diſtrahuntur & vellicantur, ut non modo non gens cum gente, ſed nec

*v. 246. ſed pro ἐν ibi legitur ἴδω.* [8] *Ita Jovem repræſentat Hom. Il. A. v. 528. & alibi ſæpe. Cæterùm H. Stephano poſt χαίτας videtur deſiderari participium ἔχοντα. At, ſi præpoſitionem κατὰ ſubintelligas, integra erit oratio.* [9] *Supplet ποιῆσαί τι Heinſ.*

ἀλλ' οὐδὲ πόλις πόλει, ἀλλ' οὐδὲ οἶκος οἴκῳ, οὐδὲ ἀνὴρ ἀνδρί, οὐδὲ αὐτὸς αὑτῷ.

[10] Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Ἐν τοσούτῳ δὴ πολέμῳ καὶ στάσει καὶ διαφωνίᾳ, ἕνα ἴδοις ἂν ἐν πάσῃ γῇ ὁμόφωνον νόμον καὶ λόγον, ὅτι θεὸς εἷς πάντων βασιλεὺς καὶ πατήρ, καὶ θεοὶ πολλοί, θεοῦ παῖδες, συνάρχοντες θεῷ. Ταῦτα δὲ ὁ Ἕλλην λέγει, καὶ ὁ βάρβαρος λέγει, καὶ ὁ ἠπειρώτης, καὶ ὁ θαλάττιος, καὶ ὁ σοφός, καὶ ὁ ἄσοφος· κἂν ἐπὶ τοῦ ὠκεανοῦ ἔλθῃς τὰς ἠϊόνας, κἀκεῖ [11] θεοί, τοῖς μὲν, ἀνίσχοντες ἄγχου μάλα, τοῖς δὲ, καταδυόμενοι. Οἴει δὴ τούτοις Πλάτωνα ἀντιχειροτονεῖν καὶ ἀντινομοθετεῖν, ἀλλ' οὐχ ὁμόφωνον εἶναι, καὶ ὁμοπαθῆ καλλίστης φωνῆς καὶ ἀληθεστάτου πάθους; τί τοῦτο; Ἥλιος, ὀφθαλμὸς λέγει· τί τοῦτο; βρονταί, ἀκοὴ λέγει· [12] καὶ τὸν τεχνίτην ποθεῖ, καὶ καταμανθάνεται τῆς τέχνης. Εἰ δὲ ἐξεγένοντο ἐν τῷ ξύμπαντι αἰῶνι δύο τινὲς καὶ τρεῖς ἄθεον καὶ ταπεινὸν καὶ ἀναισθὲς γένος, καὶ πεπλανημένον μὲν τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἐξηπατημένον δὲ ταῖς ἀκοαῖς, ἐκτετμημένον δὲ τὴν ψυχήν, ἄλογον καὶ ἄγονον καὶ ἄκαρπον, ὡς ἄθυμος λέων, ὡς βοῦς ἄκερως, ὡς ὄρνις ἄπτερος, καὶ παρὰ τούτου ὅμως τοῦ γένους πεύσῃ τὸ θεῖον· (ἴσασι γὰρ οὐχ ἑκόντες, καὶ λέγουσιν ἄκοντες) κἂν ἀφέλῃς αὐτοῦ τὸ ἀγαθόν, ὡς Λεύκιππος· κἂν προσθῇς τὸ ὁμοπαθές, ὡς Δημόκριτος· κἂν ὑπαλλάξῃς τὴν φύσιν, ὡς [13] Στράτων· κἂν δῷς τὴν ἡδονήν, ὡς Ἐπίκουρος. κἂν μὴ εἶναι φῇς, ὡς Διαγόρας· κἂν ἀγνοεῖν τι φῇς, ὡς [14] Πρωταγόρας. Τούτους μὲν οὖν ἐῶμεν χαίρειν, μὴ δυναμένους ἐπαίρεσθαι τοῦ ἀληθοῦς ὅλου καὶ ἀρτίου, ἰόντας δὲ ἐπ' αὐτὸ ἀσαφεῖς ὁδοὺς καὶ πεπλανημένας· [15] αὐτοῖς δὲ δὴ τί δράσωμεν, ἢ εἴπωμεν, ἐκ τοῦ λοξοῦ τὰ ἴχνη αὐτοῦ σκεψάμενοι, οὐδὲ ὅσον εἰδώλοις ἐντυχόντες; ἀλλ' ὁ μὲν Ὀδυσσεὺς προσχὼν τῇ ξένῃ, εἰς περιωπὴν ἀνελθὼν, ἐσκέπτετο τῶν ἐχόντων τὰ ἴχνη,

[16] Ἤ ῥ' οἵγ' ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι, οὐδὲ δίκαιοι,
Ἠὲ φιλόξεινοι· καί σφιν νόος ἐστὶ θεουδής·

ἡμεῖς δὲ ἄρα οὐ τολμήσομεν, * ἀναβιβασάμενοι τὸν λογισμὸν εἰς

---

[10] *Odyſſ. P.* v. 135. [11] *Θεοὶ hic ſunt ſol, luna & ſtellæ, quæ ab Ethnicis colebantur, vid. Lactant. Inſt. Div. lib. 2. c. 13. Immò eò uſque proceſſit Clem. Alex. ut disertè affirmàrit* Stromat. lib. 6. *Deum Ethnicis dediſſe* τὸν Ἥλιον καὶ τὴν Σελήνην καὶ τὰ Ἄστρα εἰς θρησκείαν. [12] *Adde ex MS. Reg.* Τί ταῦτα; ὡραῖα καὶ καλὰ καὶ περίοδοι καὶ μεταβολαὶ καὶ κράσεις ἀέρων. καὶ ζώων γενέσεις καὶ καρπῶν φύσεις, θεοῦ πάντα ἔργα ἡ ψυχὴ λέγει. [13] Qui nolunt Divinâ Providentiâ factum eſſe mundum aut principiis inter ſe coëuntibus dicunt eſſe concretum (*ut Leucippus, Democritus & Epicurus*) aut repentè natura extitiſſe; Naturam vero ut ait *Straton*, habere in ſe vim gignendi & muniendi ſed eam nec ſenſum habere ullum, nec figuram. *Lact. de Ira Dei, c. 10. Hinc colligere licet cur Straton ab auctore dicatur Dei*

τινα

urbs cum urbe, nec familia cum familia, nec homo cum homine, nec unus aliquis interdum ſecum ipſe conſentiat.

*Talis namque animi mens eſt mortalibus ægris,*
*Qualem quoque die genitor jubet eſſe Deorum.*

In hac tanta pugna, contentione, atque opinionum varietate, in eo leges ubique terrarum atque opiniones convenire videbis: Deum eſſe unum, regem omnium & patrem. Huic multos additos eſſe Deos alios, qui ſupremi illius filii ſint, & quaſi in imperio collegæ. In eo Græcus cum Barbaro, mediterraneus cum inſulano, ſapiens conſentit cum ſtulto. Ut ſi uſque ad extrema Oceani littora proceſſeris, hîc quoque Deos inventurus ſis, qui non procul ab aliis oriuntur, ab aliis occidunt. Solum ergo Platonem exiſtimas diverſa ab his decernere, aut contrarias leges ferre? unum hunc à pulcherrima omnium voce abire, aut ad præſentiſſimam naturæ vim obbruteſcere arbitraris? Quære ex oculis tuis quid videant: reſpondebunt eſſe ſolem. Quære ex auribus quid audiant: reſpondebunt eſſe tonitru. Ita & artificem amant, & ipſam confitentur artem. Quod ſi ab omni ævo duo aut tres extiterunt, tam abjecti homines, ut ſine Deo, & ſine ullo ſenſu oberrarent: quorum neque lucem certam oculi, neque certum ſonitum aures admitterent, animo verò ac præſtantiore ſui parte mutili eſſent; irrationale, ſterile atque inutile hominum genus, ut ſi leonem ſine ſtomacho, bovem ſine cornibus, avem ſine alis dicas: ex his nihilominus hominibus aliquid quid de divina natura intelliges. Nam & inviti hoc ſciunt, & inviti dicunt. Manent enim ſemper reliquiæ aliquæ: quamvis cum Leucippo ſentias, & bonum illi demas: quamvis cum Democrito, & affectibus humanis ſubjicias: quamvis naturam ejus mutes cum Stratone: quamvis voluptatem addas cum Epicuro: quamvis eſſe omnino neges cum Diagora: quamvis quid ſit dubitare te dicas cum Protagora. Hos tamen mittamus potius qui totam veritatem aſſequi nunquam potuerunt: quod incerta quadam fallacíque via ad eam tenderent. Nos verò quid agemus aut dicemus, qui & ipſi obliqua tantum veſtigia videmus, ejúſque vix umbram qualis eſt conſpeximus? Ulyſſes cum ignotam terram appuliſſet, ſpeculam aſcendit, ex qua incolarum veſtigia obſervabat:

*Agreſtéſne homines teneant, ſine legibus ullis,*
*Hoſpitiive fidem metuant, ac numina Divûm.*

Nos verò an non exemplo illius, in ſublimem aliquam animi

φύσιν μεταλλάξαι. 14 Ὁ δὲ Πρωταγόρας ἐντεῦθεν ἀπηγγείλατο, περὶ θεῶν, οὔτε εἰ εἰσὶν οὔθ' ὁποῖοί τινές εἰσι δύναμαι λέγειν. Sext. Empir. *adv. Mathem. p.* 319. *B. Ed Gen. Ejus tamen ſententiam paulò aliter exponunt* Cicero *de Nat. Deor. lib.* 1. *c.* 22. *& Diog. Laert. lib.* 9. *in vit.* 15 Αὐτοὶ H.St. 16 *Od. Z. v.* 120. * *Siquidem Deus ſecundum Platonem eſt* incorporeus: Sed quæ ſubſtantiam non habent corpoream cogitationibus videntur. *vid. Apul. Phil. Plat. lib.* 1. *p.* 3. *&* 4.

τίνα πειρωτὴν ἄνω τῆς ψυχῆς, περισκέψασθαι τὰ τοῦ θεοῦ ἴχνη, τίνα χώραν ἔχει, τίνα φύσιν; ἀγαπήσομεν δὲ ἀμυδρῶς ἰδόντες; Εἴθε μοι μαντεῖον ἦν ἐκ Διὸς ἢ Ἀπόλλωνος, οὐ λοξὰ χρησμῳδοῦν, οὐδὲ ἀμφίβολα· ἠρόμην ἂν τὸν θεόν, [17] οὐ τὸν Κροίσου λέβητα, τοῦ βασιλέων ἀνοητάτου καὶ μαγείρων δυστυχεστάτου· ἀλλ' οὐδὲ θαλάττης μέτρα, οὐδὲ ἀριθμὸν ψάμμου· ἠμέλησα δ' ἂν καὶ τῶν σεμνῶν τούτων ἐρωτημάτων· [18] ἐπίασι Μῆδοι, πῶς φυλάξομαι; κἂν ὁ θεὸς μὴ συμβουλεύῃ, τὰς τριήρεις ἔχω· ἐπιθυμῶ Σικελίας, πῶς λάβω; κἂν γὰρ ὁ θεὸς μὴ κωλύῃ, ἡ Σικελία πολλή· ἐμοὶ δὲ σαφῶς ὁ Ἀπόλλων ἐκ Δελφῶν περὶ τοῦ Διὸς ἀποκρινάσθω, ἢ ὁ Ζεὺς αὐτὸς ὑπὲρ αὑτοῦ, ἢ [19] τις ἐξ Ἀκαδημίας ὑποφήτης τοῦ θεοῦ, ἀνὴρ Ἀττικός, μαντικός· [20] ἀποκρίνεται δὲ ὧδε. Τῇ τοῦ ἀνθρώπου ψυχῇ δύο ὀργάνων ὄντων πρὸς σύνεσιν, τοῦ μέν, ἁπλοῦ, ὃν καλοῦμεν νοῦν, τοῦ δέ, ποικίλου καὶ πολυμεροῦς καὶ πολυτρόπου, ἃς αἰσθήσεις καλοῦμεν, συνῆπται μὲν αὐτῶν ἡ ἐργασία, κεχώρισται δὲ ἡ οὐσία· ὡς δὲ ταῦτα πρὸς ἄλληλα ἔχει, οὕτω κἀκεῖνα ὧν ἐστι ταῦτα ὄργανα· καὶ διαφέρει νοητὸν αἰσθητοῦ, ὅσον νοῦς αἰσθήσεως. Ἔστι δὲ τούτων, κατὰ μὲν τὴν ὁμιλίαν, θάτερον γνωριμώτερον, τὸ αἰσθητόν· τὰ δὲ νοητά, ἄγνωστα μὲν ταῖς ὁμιλίαις, γνωριμώτερα δὲ τῇ φύσει· ζῶα γάρ που, καὶ φυτά, καὶ λίθοι, καὶ φωναί, καὶ θυμοί, καὶ ὁρμαί, καὶ ῥήματα, καὶ χρειαί, ὑπὸ τοῦ ἔθους ξυναγειρόμενα, καὶ τῇ καθ' ἡμέραν διαίτῃ ἀνακιρνάμενα παρεσκεύακε τὴν ψυχήν, καὶ ἀναπέπεικε μηδὲν ἄλλο ἡγεῖσθαι εἶναι ὅ, τι μὴ ταῦτα· τὸ δὲ νοητὸν ἀπηλλαγμένον τῆς τούτων ἐπαφῆς καὶ ἐπερείσεως, αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ ὁρᾶσθαι πέφυκεν ὑπὸ τοῦ νοῦ· ὁ δὲ τῇ πάσῃ ψυχῇ ἐμπεφυρμένος διασπᾶται ὑπὸ τῶν αἰσθήσεων, καὶ ταράττεται, καὶ ἀσχολίαν ἄγει, ὥστε μὴ διορᾶν τὰ αὑτοῦ θεάματα· ἤδη δὲ καὶ δημαγωγηθεὶς ἀναπείθεται, ὥστε συμφθέγγεσθαι ταῖς τῶν αἰσθήσεων φωναῖς, καὶ μηδὲν ἡγεῖσθαι ἄλλο εἶναι παρὰ τὰ ὁρατὰ καὶ ἀκουστὰ καὶ ὀσφραντὰ καὶ γευστὰ καὶ ἁπτά. Ὥσπερ οὖν ἐν συμποσίῳ μεστῷ κνίσσης πολλῆς, καὶ οἴνου χεομένου [21] καὶ αὐλῶν ἤχου, καὶ συρίγγων, καὶ ψαλμάτων, καὶ θυμιαμάτων, ἀνδρὸς ἂν εἴη καρτεροῦ συναγείραντος καὶ συστείλαντος, [22] καὶ τὰς αἰσθήσεις ἀποστρέφοντος πρὸς τὸ νηφάλιον καὶ κόσμιον· οὕτως ἀμέλει καὶ ἐν τῇ τῶν αἰσθήσεων πολυφωνίᾳ,

---

[17] *In animo habuit noſter reſponſum quod* Pythia *Cræſi Nunciis dedit. vid.* Herodot. *lib.* 1. *cap.* 47. & 48. [18] *Xerxis* de adventu quum fama in *Græciam* eſſet perlata & maximè *Athenienſes* peti dicerentur----miſerunt *Delphos* conſultum quidnam facerent de rebus ſuis. Deliberantibus *Pythia* reſpondit ut mœnibus ligneis ſe munirent. Id reſponſum quo valeret quum intelligeret nemo, *Themiſtocles* perſuaſit conſilium eſſe *Apollinis* ut in naves ſe ſuaque conferrent, &c. *Corn. Nepos* vit. *Themiſt.* vid.

ſpeculam rationis noſtræ vim erigere conabimur, unde veſtigia Dei obſervemus, ut ſciamus ubi ſint & qualia: ſed contra ſufficiet, ſi quaſi per umbram ea viderimus? Utinam ad manum oraculum aliquod eſſet mihi, ſive Jovis, ſive Apollinis, quod apertè & manifeſtè, non obliquè reſponderet. Quærerem ex Deo illo, non de Crœſi regis dementiſſimi aut potius infeliciſſimi coci, lebete: non de maris ſpatio, aut arenarum numero. Ne illa quidem, quæ majoris momenti videntur. Medos adventare dicunt, quo pacto evadam? Quid enim Deorum conſilio opus eſt, cùm triremes habeam? Siciliam invadere cogito, quo pacto id ſuccedet? Nam etiamſi Deus non obſtet, magna tamen eſt Sicilia. Mihi verò Delphicus Apollo ſine ullis ambagibus de Jove, aut ipſe de ſe Jupiter reſpondeat: aut ſaltem aliquis ex Academia interpres Deorum, homo Atticus, divinandi non ignarus. Reſpondeat autem hoc modo. Animæ humanæ cùm duo ad percipiendum inſtrumenta conceſſa ſint, quorum alterum eſt ſimplex, quem intellectum; alterum varium, multiplex, mutabile, quos ſenſus vocamus: duo hæc officio inter ſe conjuncta ſunt, eſſentia & natura differunt. Jam ſicut hæc ipſa inter ſe habent, ita & illa quorum ea inſtrumenta ſunt. Quo fit ut & intellectus objecta tantum à ſenſuum objectis differant, quantum hic ab illis. Porrò rurſus quemadmodum objecta ſenſuum in communi vita notiora ſunt, objecta intellectus ignota: ſic objecta intellectus rurſus natura notiora ſunt. Ita ut, animalia, plantæ, lapides, voces, iræ, impetus externi, figuræ, colores, ſimilia ſenſuum objecta, quæ longa conſuetudine colliguntur, & in quotidianam hanc vitam incurrunt, tantum apud animum noſtrum effecerint, ita in partes ſuas eum traxerint, ut nihil aliud præter hæc uſquam extare exiſtimet. Contra intellectus objecta longè à contactu & acceſſione ſenſuum remota, ipſa per ſe ſeorſim intellectui occurrunt. Qui ipſe cum toti animæ infuſus ſit, facile à ſenſibus diſtrahitur, turbatur, impeditur, quo minus ſuis vacare poſſit objectis. Adde quod blanda quadam ac populari vi eò adducitur, ut quæcunque a ſenſibus dictantur, approbet: nec aliquid eſſe arbitretur, quod aut videri, aut audiri, aut adorari, aut guſtari, aut tangi non poſſit. Sicut ergo in convivio nidoris pleniſſimo, & in quo vinum ubique funditur, tibiæ fiſtulæque cum aſſa voce concurrunt, magna odorum vis ſpargitur; viri ſit fortiſſimi, & qui in officio continere poſſit & contrahere animum, ſenſus ad ſobrietatis temperantiæque revocare limitem: ita revera in hac contentione ſenſuum, difficillimum eſt ſobriam invenire men-

*Juſtin* lib. 2. c. 12. *& noſtrum Diſſert.* 3. *init.* [19] Platonem *intelligit.* [20] *Alii*, ἀποκρίνεσθαι *vel* ἀποκρινεῖσθαι. [21] Πολλῷ *addit* Schottus. [22] *Heinſ. legit* συστειλάμενον αὐτὴν ταῖς αἰσθήσεσιν ἀποστρέφεσθαι, &c.

tem

χαλεπὸν εὑρεῖν νήφοντα νοῦν καὶ δυνάμενον προσβλέπειν τοῖς αὐτοῦ θεάμασι. καὶ μὲν δὴ καὶ ἡ τῶν αἰσθητῶν φύσις πολυειδής τε οὖσα καὶ * ζυμπεφορημένη καὶ ῥέουσα, ἐν μεταβολῇ παντοίᾳ [23] συνδιατίθησιν αὐτῇ τὴν ψυχὴν, ὥστε καὶ μεταβιβάζουσαν αὐτὴν ἐπὶ τὴν τοῦ νοητοῦ φύσιν, στάσιμόν τε οὖσαν καὶ ἑδραίαν, μὴ δύνασθαι διορᾷν ἀσφαλῶς ὑπὸ τοῦ σάλου καὶ τοῦ ταράχου κραδαινομένην· οἷόν τι ξυμβαίνειν φιλεῖ καὶ τοῖς ἐκ νεὼς εἰς ἤπειρον ἀποβᾶσι· μόγις γάρ τι καὶ τούτοις ἵσταται τὸ σῶμα ὑπὸ τοῦ ἐν τῷ κλύδωνι ἔθους κινούμενόν τε καὶ περιφερόμενον καὶ σειόμενον. Ἐν ποτέρᾳ δὴ τῶν φύσεων τούτων τὸν θεὸν τακτέον; ἆρα οὐκ ἐν τῇ στασιμωτέρᾳ καὶ ἑδραιοτέρᾳ, καὶ ἀπηλλαγμένῃ τοῦ ῥεύματος τούτου καὶ τῆς μεταβολῆς; τί γὰρ ἂν καὶ τῶν ὄντων στάσιμον, ὅτι μὴ τοῦ θεοῦ ἐπαρησαμένου τῆς ἐκείνου φύσεως; εἰ δέ σοι πρὸς τὸ πᾶν ὥσπερ τινὸς χειραγωγίας δεῖ, ἕπου τῷ λόγῳ· ὁ δὲ ἐρήσεται διαιρούμενος τὰς γνωριμωτάτας φύσεις δίχα, καὶ τὴν ἑτέραν τὴν τιμιωτέραν τέμνων ἀεὶ, ἕως ἂν ἐφίκηται τοῦ νῦν ζητουμένου. Τῶν ὄντων τοίνυν τὰ μὲν, ἄψυχα· τὰ δὲ, ἔμψυχα· καὶ τὰ μὲν ἄψυχα, λίθοι, καὶ ξύλα, καὶ ὅσα τοιαῦτα· τὰ δὲ ἔμψυχα, φυτὰ καὶ ζῶα· κρεῖττον δὲ ἔμψυχον ἀψύχου· τοῦ δὲ ἐμψύχου, τὸ μὲν, φυτικὸν, τὸ δὲ, αἰσθητικόν· τὸ [24] αἰσθητικὸν τοῦ φυτικοῦ κρεῖττον· τοῦ δὲ αἰσθητικοῦ, τὸ μὲν λογικὸν, τὸ δὲ ἄλογον· κρεῖττον δὲ τὸ λογικὸν τοῦ ἀλόγου. Ἀλλὰ καὶ ἐν λογικῇ ψυχῇ, ἐπειδήπερ ἐστὶν ἡ πᾶσα ὥσπερ ἀθροίσματι, θρεπτικὸν, αἰσθητικὸν, κινητικὸν, παθητικὸν, νοητικόν· ὃν οὖν ἔχει λόγον τὸ ἔμψυχον πρὸς τὸ ἄψυχον, τὸν αὐτὸν τοῦτον ἔχει καὶ ἡ ἔννους ψυχὴ πρὸς τὴν ὅλην ψυχήν· καὶ δηλαδὴ ὡς κρεῖττον ἡ ἔννους ψυχὴ τῆς ἐξ ἁπάντων ἠθροισμένης· ποῦ τοίνυν τοῦτον τὸν θεὸν τάττομεν; πότερα ἐν τῷ ἀθροίσματι; ἀλλὰ εὐφημεῖν ἄξιον· λείπεται δὴ ὥσπερ εἰς ἀκρόπολιν ἀναβιβασαμένους [25] τῷ λόγῳ τὸν θεὸν, ἱδρῦσαι κατὰ τὸν νοῦν αὐτὸν ἀρχηγικώτατον· ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα διφυῆ ὁρῶ· τοῦ γὰρ νοῦ, ὁ μὲν νοεῖν πέφυκεν, καὶ μὴ νοῶν· ὁ δὲ [26] καὶ πέφυκεν· ἀλλὰ καὶ οὗτος οὔπω τέλειος, ἂν μὴ προσθῇς αὐτῷ τὸ καὶ νοεῖν ἀεὶ, καὶ πάντα νοεῖν, καὶ μὴ ἄλλοτε ἄλλα· ὥστε εἴη ἂν

---

* *l.* Ζυμπεφυρμένη. Plato *in Phædon. p.* 379. *C. ed. Lugd.* ξυμπεφυρμένη οὔ ἡμῶν ἡ ψυχὴ *&c.* [23] *Senſus corporeos impedimento eſſe iis, qui veritati indagandæ dant operam, fusè diſputat* Socrat. *in Phædon. p.* 378. *& ſeq. ideoque affirmat* Τὸ μελέτημα τῶν φιλοσόφων ἐστὶ λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος *p.* 379. G. *Hoc ità intellexêrunt nonnulli, ac ſi dixiſſet ille, Philoſophorum eſſe, ſibi manus inferre.* Lact. *Inſt. Div. l.* 3. *c.* 18. Cato, antequam ſe occideret, perlegiſſe Platonis librum dicitur qui eſt ſcriptus de æternitate animarum, *Phædonem ſc.* & ad ſummum nefas Philoſophi auctoritate compulſus eſt -----Quid Ambraciotes ille, ( *Cleombrotum dicit* ) qui cùm eundem librum perlegiſſet, præcipitem ſe dedit, nullam aliam ob cauſam,

ἐντε-

tem, & quæ, ſuis jugiter intenta ſit objectis. Ut taceam ſenſuum quoque ita comparatam eſſe naturam, ut cùm varia ſit & è diverſis conflata rebus, mutationique perpetuæ obnoxia; ita ſui ſimilem animam noſtram efficiat, ut quoties ad intellectus objecta, eorumque naturam, quæ ſolida eſt & ſtabilis, ſe accingat, toties ab hoc tumultu & his fluctibus ita agitetur, ut intueri ea firmiter non poſſit. Verè quod illis accidit, qui è navi egreſſi primulùm, terram tangunt. Nam & iis corpus à diuturno illo fluctuum motu, vi, atque impulſu, ægrè ad ſe redit & conſiſtit. Jam in utro horum Deum ponemus? Nonne in illo quod ſtabile fixumque manet, quod moveri nunquam aut mutari ſolet? Cum potiſſimum in rerum natura nihil ſit, quod conſiſtere poſſit, niſi ab illo fulciatur. Quod ſi, ut ad ſummum pervenias, manuductione tibi opus eſt, ſequere ea quæ dicentur. Perveniemus enim eo hac ratione, ut ſemper id quod magis notum eſt natura, bifariam dividamus: atque ex his rurſus, id quod præſtantius eſt ſecabimus, donec ad ejus perventum ſit, de quo quæritur, eſſentiam. Alia ergo animata, alia ſine anima ſunt. Sine anima, ut lapides, ligna, & id genus alia. Animata, ut plantæ & animalia. Jam animatum præſtat ei quod ſine anima eſt. In animato, aliud vegetativum, aliud ſenſitivum eſt. Rurſus ſenſitivum vegetativo eſt præſtantius. In ſenſitivo aliud rationale, aliud rationis expers eſt. Rurſus rationale id quod rationis expers eſt antecedit. Sed & in anima rationali, quoniam tota quaſi quædam eſt congeries (nam & nutritivum in ea, & ſenſitivum, & motivum, & paſſivum) illud excellit quod intellectivum dicitur. Sicut ergo animatum ad illud, quod animæ expers eſt ſe habet, ita intellectiva anima ad totam. Unde ſequitur intellectivam præſtantiorem eſſe ea, quæ ex omnibus conflata eſt. In utro ergo Deum, de quo agimus, ponemus? An in multiplici illa congerie? Ne Deus ipſe ſiverit. Reliquum eſt ergo ut tanquam in arce aliqua ſublimi, in principe intellectu, Deum ſtatuamus. Sed & intellectum duplicem video. Alter enim intelligere poteſt, quamvis non intelligat: alter etiam intelligit. Qui tamen nondum eſt perfectus, niſi & ſemper intelligat, & omnia, neque alias alia. Ut

---

niſi quod Platoni credidit. *Vid. & Cicer. Quæſt. Tuſc. lib.* 1. *c.* 34. *Sed eos male locum cepiſſe manifeſtum eſt; quippe* Socrates *in eodem Dial. p.* 377. *C. probat, à ſtatione non eſſe recedendum priuſquam Deus vocet. Intelligit ergò Philoſophicam tantùm avulſionem, quæ animum in ſeipſum revocat & ad νοητὰ, ubi ſenſibus nihil eſt opus, convertit, prout rectè accepit* Macrob. *Comm. in* Somn. Scip. *lib.* 1. *c.* 13. [24] Τὸ ἢ αἰσθητικόν. Schottus. [25] Τῷ λόγῳ *Heinſ.* Arcem *verò* rationis *dicit propterea quòd λόγος ſumma ſit animæ facultas, caputque ſecundum Platonem obtineat. Apul. de Phil. Plat. l.* 1 *p.* 9. Rationabilitatem, id eſt mentis optimam portionem, ait capitis arcem tenere. [26] *Supplet Heinſ.* καὶ ποῖ.

illi

ἐντελέστατος, ὁ νοῶν ἀεὶ καὶ πάντα καὶ ἅμα. Εἰ δὲ βούλει, εἴκαζέ μοι τὸ λεγόμενον· τὸν μὲν θεῖον νοῦν, τῷ ὁρᾶν· τὸν δὲ ἀνθρώπινον, τῷ λέγειν· ὀφθαλμοῦ μὲν γὰρ βολῇ, ὀξύτατον, ἀθρόως ἀπᾶσα τὴν αἴσθησιν τῶν ὁρωμένων· λόγου δὲ ἐνέργεια ἔοικε χωλαίῳ βαδίσματι. Μᾶλλον δὲ ταύτῃ εἰκαζέσθω· ὁ μὲν θεῖος νοῦς, κατὰ τὴν περιβολὴν τοῦ ἡλίου πάντα ἐφορᾷ τὸν ἐν τῇ γῇ τόπον ἀθρόως· ὁ δὲ ἀνθρώπινος κατὰ τὴν πορείαν αὐτοῦ ἄλλοτε ἄλλα τὰ μέρη τοῦ ὅλου ἐπιπορευομένου. Τοῦτον μὲν δὴ ὁ ἐξ Ἀκαδημίας ἡμῖν ἄγγελος δίδωσι πατέρα καὶ γεννητὴν τοῦ ξύμπαντος· * τούτου ὄνομα μὲν οὐ λέγει· οὐ γὰρ οἶδεν· οὐδὲ χρόαν λέξει· οὐ γὰρ οἶδεν, οὐδὲ μέγεθος λέγει· οὐ γὰρ ἥψατο. [27] Φύσεις αὗται σαρκῶν, καὶ ὀφθαλμῶν συνέσεις. Τὸ δὲ θεῖον αὐτὸ, ἀόρατον ὀφθαλμοῖς, ἄρρητον φωνῇ, ἀναφὲς σαρκὶ, [28] ἀπαθὲς ἀκοῇ, μόνῳ δὲ τῷ τῆς ψυχῆς καλλίστῳ, καὶ καθαρωτάτῳ, καὶ νοερωτάτῳ, καὶ κουφοτάτῳ, καὶ πρεσβυτάτῳ, ὁρατὸν δι᾽ ὁμοιότητα, καὶ ἀκουστὸν διὰ συγγένειαν, ὅλον ἀθρόον ἀθρόᾳ συνέσει συγγινόμενον. Ὥσπερ οὖν εἴ τις ἐπιθυμεῖ ἰδεῖν τὸν ἥλιον, οὐχὶ ταῖς ἀκοαῖς θηρᾶται αὐτοῦ τὴν σύνεσιν· οὐδ᾽ εἴ τις τῆς ἐν φωναῖς ἁρμονίας ἐρᾷ, τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτὴν μεταδιώκει· ἀλλ᾽ ὄψις μὲν ἐρᾷ χρωμάτων, ἀκοὴ δὲ ἀκουστῶν· οὕτω καὶ νοῦς νοητὰ ὁρᾷ, καὶ νοητῶν ἀκούει. Τοῦτ᾽ ἔστιν ἀμέλει τὸ [29] τοῦ Συρακουσίου αἴνιγμα, νοῦς ὁρῇ, καὶ νοῦς ἀκούει· πῶς οὖν ὁρᾷ νοῦς, καὶ πῶς ἀκούει; ὀρθῇ τῇ ψυχῇ καὶ ἐρρωμένῃ πρὸς τὸ ἀκήρατον ἐκεῖνο φῶς ἀντιβλέπων, καὶ μὴ σκοτοδινιῶν, μηδὲ εἰς γῆν καταφερόμενος· ἀλλὰ ἀποφράττων μὲν καὶ τὰ ὦτα, ἀποστρέφων δὲ τὰς ὄψεις καὶ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις ἔμπαλιν πρὸς ἑαυτὸν, καὶ ἐκλαθόμενος μὲν τῶν κάτω οἰμωγῶν καὶ στόνων, καὶ ἡδονῶν καὶ δοξῶν, καὶ τιμῆς καὶ ἀτιμίας, ἐπιτρέψας δὲ τὴν ἡγεμονίαν αὑτοῦ, λόγῳ ἀληθεῖ καὶ ἔρωτι ἐρρωμένῳ· τῷ μὲν λόγῳ, φράζοντι ᾗ χρὴ ἰέναι· τῷ δὲ ἔρωτι, [30] ἐπισπωμένῳ, καὶ τοὺς πόνους τῆς πορείας πειθοῖ καὶ χάρισιν ἐπελαφρύνοντι· * ἰόντι δὲ ἐκεῖσε καὶ ἀφισταμένῳ τῶν κάτω, ἀεὶ τὰ πρόσθεν σαφῆ καὶ εὐλαμπέστατα, καὶ τὴν τοῦ θεοῦ φύσιν προοιμιαζόμενα· καὶ πορευόμενος μὲν, ἀκούει τὴν φύσιν τοῦ θεοῦ· ἀνελθὼν δὲ ὁρᾷ·

* *Hinc* noſter *Diſſ. XXXVIII. Deum vocavit* ἀνώνυμον νομοθέτην. *Platonicis videlicèt æquè ac Veteribus Chriſtianis viſum eſt, Deum ob unitatem nominis proprietate non indigere: & prætereà majeſtatem ejus eſſe tantam, ut nec mente comprehendi nec linguâ exprimi poſſit. Vid.* Lactantium *Div. Inſt. lib. I. c. 6. & de Ira Dei c. 11.* [27] Heinſius *hunc locum ſic interpungit:* Φύσεις αὗται, σαρκῶν καὶ ὀφθαλμῶν συνέσεις. *Num rectè, videant alii.* [28] *Leg.* ἀπαθὲς, *ut optimè* Heinſ. *De re ipsâ. vid.* Apuleium.

ille demum abſolutiſſimus futurus ſit, qui & ſemper, & omnia, & ſimul intelligit. Si placet, ſimilitudine id quod dicimus illuſtremus. Divinum intellectum cum viſu confer, humanum cum ſermone: nihil enim emiſſione oculi velocius eſt, quæ ſtatim eodemque momento objectum ſuum ſenſu ſuo ad ſe attrahit: at ſermonis operatio lento ſimilis eſt gradui. Vel, ut alia utamur comparatione, divinum intellectum cum obtutu Solis conferamus, qui ſimul totum terræ ſpatium perluſtrat, humanum cum motu ejus, quo alium aut alium viciſſim locum totius occupat. Talem Academicus ille Vates patrem & autorem univerſi nobis dat. Illius tamen nomen non edit; non enim novit: nec colorem prodit; non enim vidit: neque magnitudinem deſcribit; non enim attigit. Hæ enim ſimileſque quibus hæc conveniunt naturæ, corpore ſentiuntur, oculis luſtrantur. At divina nec videri oculis, nec efferri voce, nec tangi corpore, nec auditu poteſt percipi: quippe quæ ſola illa parte animi, quæ pulcherrima, quæ puriſſima, quæ perſpicaciſſima atque præſtantiſſima eſt, pro ea quæ inter utrumque ſimilitudine intercedit & cognatione, cùm audiri poſſit ac videri, tota atque in ſeipſam contracta, tota perſpicitur. Nam ut ille qui videre cupit ſolem, auribus non utitur, ut hoc poſſit, & qui harmoniam vocis audire cupit, oculis non utitur, ut eam audiat, ſed colores viſu, auditu quæ audiri poſſunt, perſequitur: ita intellectus quæ intelligi debent, videt, quæ intelligi debent, audit. Hoc eſt quod Syracuſius poëta occulte innuebat, cùm diceret: *Mens videt, mens audit.* Quomodo mens videt, quomodo mens audit? Si firmo erectoque animo intemeratam illam lucem intueatur, neque hallucinetur unquam, aut in terram ſuam defluat. Hoc fiet, ſi aures claudat, oculos reliquoſque ſenſus in ſe convertat: ſi queſtus omnes terrenos & gemitus, ſi voluptatem & gloriam, ſi decus & infamiam, ex animo deleat: atque his relictis duces itineris, rationem veram, amoremque ſolidum aſſumat, atque iis ſe committat. Quorum altera, ratio nimirum, viam oſtendet: alter, jam cognitam, ſuada ſua, & venuſtate leviorem reddet, omneſque itineris moleſtias ſolabitur. Itaque illuc accedendo propius, quo à terra recedemus longius, ſemper quod ſequitur magis magiſque manifeſtè & perſpicuè ſe nobis offeret, ac divinæ quaſi naturæ præludet. De qua inter aſcendendum audiet, poſtquam aſcenderit, videbit. Porro meta ipſa itineris

---

*de Deo Socr p.* 43. [29] *Epicharmi.* Ἐπίχαρμος εἶπεν· Νῦς ὁρῇ, νῦς ἀκύει· τἆλλα κωφὰ καὶ τυφλά. Clem. Alex. *Stromat. lib.* 2. *p.* 270. *ed. Lugd.* [30] Φοιτωμένῳ *Schottus.* * Animæ (*verba ſunt Macrob. Comm. in ſomn. Scip. c.* 13.) quæ ſe in hâc vitâ à vinculis corporeis Philoſophiæ morte diſſolvunt, adhuc extante corpore & ſideribus inſeruntur. *Vid. ſup. not. p.* 10. *Hanc mortem philoſophicam irridet* Lucianus *in Icaromenippo Tom.* 2. *p.* 193.

non

τέλος δὲ τῆς ὁδοῦ, οὐχ ὁ οὐρανὸς, οὐδὲ τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ σώματα, (καλὰ μὲν γὰρ ταῦτα καὶ θεσπέσια, ἅτε ἐκείνου ἔγγονα ἀκριβῆ καὶ γνήσια, καὶ πρὸς τὸ κάλλιστον ἡρμοσμένα) ἀλλὰ καὶ τούτων ἐπέκεινα ἐλθεῖν δεῖ, καὶ ὑπερκύψαι τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τὸν [31] ἀληθῆ τόπον καὶ τὴν ἐκεῖ γαλήνην,

> [32] Ἔνθ᾽ οὐκ ἔστ᾽ οὔτ᾽ ἂρ χειμὼν πολὺς, οὐδέ ποτ᾽ ὄμβρῳ
> Δεύεται, ---------- ----------ἀλλὰ μάλ᾽ αἴθρη
> Πέπταται ἀννέφελος, λευκὴ δ᾽ ἐπιδέδρομεν αἴγλη

μηδενὸς ἐνοχλοῦντος τὴν θέαν πάθους σαρκίνου, οἷα δεῦρο ἐνοχλεῖ τὴν δειλαίαν ψυχὴν, ὅσον αὐτῇ τοῦ φρονεῖν ἔνεστιν ὑπὸ τοῦ μυκηθμοῦ καὶ τοῦ θορύβου καταβάλλοντα. Πῶς γὰρ ἄν τις συνίῃ θεὸν ὑπὸ πλήθους ἐπιθυμιῶν καὶ λογισμῶν ἀλλοκότων ταραττομένων; [33] οὐ μᾶλλον ἐν δημοκρατίᾳ πολυφώνῳ καὶ συντεταραγμένῃ, συνίῃ ἄντις νόμου καὶ ἄρχοντος.

> [34] Ἀνδρῶν δ᾽ ἐν πολλῷ ὁμάδῳ πῶς κἄν τις ἀκούσῃ;

καταπεσοῦσα γὰρ ἡ ψυχὴ εἰς τουτονὶ τὸν θόρυβον, καὶ δοῦσα ἑαυτὴν ἐπ᾽ ἀμηχάνου φορεῖσθαι κύματος, νήχεται δυσεκνευστον πέλαγος· ἕως ἂν αὐτὴν φιλοσοφία ὑποδέξηται ὑποβαλοῦσα τοὺς ἑαυτῆς λογισμοὺς, ὥσπερ [35] τὸ κρήδεμνον τῷ Ὀδυσσεῖ ἡ Λευκοθέα. Πῶς οὖν ἄν τις ἐκνήξαιτ᾽ ἂν καὶ ἴδοι τὸν θεόν; τὸ μὲν ὅλον ὄψει τότε ἐπειδὰν πρὸς αὐτὸν καλῇ· καλέσει δὲ οὐκ εἰς μακρὰν, ἀνάμενον τὴν κλῆσιν· ἥξει σοι γῆρας, ὁδηγοῦν ἐκεῖ· καὶ θάνατος, ὃν ὁ μὲν δειλὸς ὀδύρεται καὶ προσιόντα δέδιεν, ὁ δὲ ἐραστὴς τοῦ θεοῦ, ἐκδέχεται ἄσμενος, καὶ προσιόντος θαρσεῖ. Εἰ δὲ καὶ νῦν ἤδη μαθεῖν ἐρᾷς τὴν ἐκείνου φύσιν, πῶς τίς αὐτὴν διηγήσηται; καλὸν μὲν γὰρ εἶναι τὸν θεὸν, καὶ τῶν καλῶν τὸ φανώτατον, ἀλλ᾽ * οὐ σῶμα καλὸν, ἀλλ᾽ ὅθεν καὶ τῷ σώματι ἐπιρρεῖ τὸ κάλλος· οὐδὲ λειμὼν καλὸς, ἀλλ᾽ ὅθεν καὶ ὁ λειμὼν καλός· καὶ ποταμοῦ κάλλος, καὶ θαλάττης, καὶ οὐρανοῦ, καὶ τῶν ἐν οὐρανῷ θεῶν, πᾶν τὸ κάλλος τοῦτο ἐκεῖθεν ῥεῖ, ὂν ἐκ πηγῆς ἀεννάου καὶ ἀκηράτου. καθόσον αὐτοῦ μετέχει ἕκαστα, καλὰ καὶ ἑδραῖα καὶ σωζόμενα· καὶ καθόσον αὐτοῦ ἀπολείπεται, αἰσχρὰ καὶ διαλυόμενα καὶ φθειρόμενα. Εἰ μὲν ταῦτα ἱκανὰ, ἑώρακας τὸν θεόν· εἰ δὲ μὴ, πῶς τίς αὐτὸν αἰνίξηται; ἐννόει

---

[31] Ἀπαθῆ Heinſ. [32] Hi verſus nullibi ſimul extant. At ex Odyſſ. Δ. v. 566. & Z. v. 43. ſunt deſumti, pauculis mutatis. [33] Οὐ μᾶλλον ἢ ἐν δημοκρ. Heinſ. [34] Iliad. T. v. 81. ſed ibi pro κἄν legitur particula expletiva κεν. [35] Vid. Odyſſ. E. v. 346, & 373. * Ex Platonicorum

γάρ

non cœlum erit, nec quæ in eo ſunt corpora (quamvis hæc quoque amœna ſint, & divinitatis plena, utpote vera ejus legitimaque progenies, & quam poteſt fieri pulcherrima, compoſita & ordinata) ſed & hæc ſunt tranſcendenda, ipſumque ſupra cœlum caput proferendum, donec ad illum quem quærimus locum, in quem nulla cadit mutatio, ejuſque ſerenitatem veniamus,

*Quam non fuſcat hyems, nec multo ſemper ab imbre*
*Tingitur,----------ſed candidus aër,*
*Diſpellit nebulas, & lux puriſſima cingit.*

Ubi nullus corporis hujus affectus, qui miſerrimam hanc dum in his verſatur animam exercet, & hoc omne quod in ea vacare contemplationi poteſt, fremitu ſuo tumultuque in præceps agit, contemplationi noſtræ interveniet. Quem enim quæſo tot cupiditates, tot curarum monſtra, Deum ejuſque naturam intelligere patiantur, ac non continuo tumultu ſuo interturbent? Non magis quam in ſtatu populari, cùm diverſa plebs fremit & fluctuat, legis vocem intelligere poteſt aliquis aut principis.

*Namque virûm magno in fremitu quis verba loquentis*
*Audiat?*

Idcirco animus, cùm in hunc tumultum incidit, ſemelque immenſis hiſce fluctuum vorticibus ſe dedit, mare hoc intranabile navigat: donec philoſophia ſubveniat, quæ navigantem excipit, rationemque illi ſuam, ſicuti vittam Ulyſſi Leucothoe, ſubſternit. Ex hoc ergo mari quomodo emerges ac videre Deum poteris? Plenè quidem & perfectè, cùm ab eo vocaberis: quod paulo poſt futurum eſt. Tu modo mane, & expecta, dum vocet. Jam ſenectus aderit, quæ eo te deducet: jam mors aderit, quam imbelles deplorant, cujus adventum tremunt: quiſquis contrà Deo jungi amat, cum gaudio expectat, forti animo excipit. Quod ſi etiam dum hîc es naturam ejus vis diſcere, quis id præſtabit ſatis? Scimus quidem pulchrum eſſe Deum & pulchrorum omnium pulcherrimum: non tamen corpus puchrum, ſed id unde corpori ſua pulchritudo venit. Nec pratum pulchrum, ſed id unde & prato ſua pulchritudo eſt. Denique quicquid in fluvio, aut in mari quicquid in cœlo cœleſtibuſque Diis pulchrum vocamus; id omne pulchrum tanquam ex perpetuo limpidiſſimoque fonte inde dimanat. Tantumque ſingula, aut pulchritudinis, aut ſtabilitatis, aut diuturnitatis inter ſe habent, quantum ex eo fonte trahunt, tantumque à pulchritudine recedunt, & ad interitum ſuum tendunt, quantum ab eo abeunt. Si hæc ſufficiunt, Deum vidiſti. Si nondum, qua tandem imagine commode exprimi poterit?

---

*nempè ſententiâ omnia ſunt pulcra* τῷ ὁπωςοῦν μετέχειν ἐκείνου τοῦ πρώτου καὶ τιμιωτάτου *quod eſt Deus. Vid.* Alcin. *c.* 27.

Cave

γάρ μοι μήτε μέγεθος, μήτε χρῶμα, μήτε σχῆμα, μήτε ἄλλο τι ὕλης πάθος, ἀλλ' ὥσπερ ἂν εἰ καὶ σῶμα καλὸν ἀπεκρύπτετο πρὸς τὴν θέαν ὑπὸ ἐσθήτων πολλῶν καὶ ποικίλων, ἀπέδυσεν [36] αὐτὸ ἐραστὴς, ἵνα εἰδῇ σαφῶς· οὕτω καὶ νῦν ἀπόδυσον καὶ ἄφελε τῷ λόγῳ τὴν περιβολὴν ταύτην καὶ τὴν ἀχλὺν τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ τὸ καταλειπόμενον ὄψει αὐτὸ ἐκεῖνο οἷον ποθεῖς. Εἰ δὲ ἐξασθενεῖς πρὸς τὴν τοῦ πατρὸς καὶ δημιουργοῦ θέαν, [37] ἀρκεῖ σοι τὰ ἔργα ἐν τῷ παρόντι ὁρᾶν, καὶ προσκυνεῖν τὰ ἔγγονα πολλὰ καὶ παντοδαπὰ ὄντα, οὐχ ὅσα [38] Βοιώτιος ποιητὴς λέγει· οὐ γὰρ τρισμύριοι μόνον θεοὶ θεοῦ παῖδες καὶ φίλοι, ἀλλ' ἄληπτοι ἀριθμῷ· τοῦτο μὲν κατ' οὐρανὸν αἱ ἀστέρων φύσεις· τοῦτο δ' αὖ κατ' αἰθέρα, αἱ δαιμόνων οὐσίαι. Βούλομαι δέ σοι δεῖξαι τὸ λεγόμενον σαφεστέρᾳ εἰκόνι. Ἐννόει μεγάλην ἀρχὴν καὶ βασιλείαν ἐῤῥωμένην, πρὸς μίαν ψυχὴν βασιλέως τοῦ ἀρίστου καὶ πρεσβυτάτου συμπάντων νενευκότων ἑκόντων· ὅρον δὲ τῆς ἀρχῆς, οὐχ Ἅλυν ποταμὸν, οὐδὲ Ἑλλήσποντον, οὐδὲ τὴν Μαιῶτιν, οὐδὲ τὰς ἐπὶ τῷ ὠκεανῷ ἠϊόνας, ἀλλὰ οὐρανὸν καὶ γῆν· τὸν μὲν ὕψου, τὴν δ' ἔνερθεν. Οὐρανὸν μὲν, οἷον τεῖχός τι ἐληλαμένον ἐν κύκλῳ, ἄῤῥηκτον, πάντα χρήματα ἐν ἑαυτῷ στέγον· [39] τὴν δὲ, οἷον φρουρὰν καὶ δεσμοὺς ἀλιτρῶν σωμάτων· βασιλέα δὲ αὐτὸν δὴ τὸν μέγαν ἀτρεμοῦντα, ὥσπερ νόμον παρέχοντα τοῖς πειθομένοις, σωτηρίαν * ὑπάρχουσαν αὐτῶν, καὶ κοινωνοὺς τῆς ἀρχῆς, [40] πολλοὺς μὲν ὁρατοὺς θεοὺς, πολλοὺς δὲ ἀφανεῖς· τοὺς μὲν περὶ τὰ πρόθυρα αὐτὰ εἰλουμένους, οἷον εἰσαγγελέας τινὰς καὶ * βασιλεῖ συγγενεστάτους, ὁμοτραπέζους αὐτοῦ καὶ συνεστίους· τοὺς δὲ, τούτων ὑπηρέτας· τοὺς δὲ ἔτι τούτων καταδεεστέρους. [41] Διαδοχὴν ὁρᾷς καὶ τάξιν ἀρχῆς καταβαίνουσαν ἐκ τοῦ θεοῦ μέχρι γῆς.

---

[36] *Leg.* αὐτός. [37] *Leg.* ἄρκει *modo Imper.* [38] Heſiodum *dicit qui Op. & Dier. v.* 252. *ità loquitur,*

Τρὶς γὰρ μύριοι εἰσὶν ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ
Ἀθάνατοι Ζηνὸς, &c.

[39] Γῆν δὲ *legit* Canterus. * *l.* ὑπάρχοντα. [40] Ὁρατοὶ θεοὶ *ſunt* ἀστέρων φύσεις. Deos cælites, *inquit Apul. de Deo Socr. p.* 41. partim viſu uſurpamus, alios intellectu veſtigamus. Ac viſu quidem cernimus

Vos ô clariſſima mundi
Lumina, &c. (*Georg. lib.* 1. *v.* 5.)

In eodem viſibilium Deorum numero, cætera quoque ſidera qui cum

Περὶ

Cave enim vel magnitudinem, vel colorem, vel figuram, aut ſimile quid quod in materiam cadat, cogites. Verum id quod amator faceret, qui ſi pulchrum aliquod corpus eſſet, cujus aſpectum multæ variæque veſtes eriperent, primum eas detraheret, ut plenè intueri poſſit; Idem tu nunc fac. Quippe ſi amictum hunc & quicquid oculos moratur, cogitatione detrahas, in eo quod reſtabit, id ipſum jam videbis quod quæris. Si verò imbecillior es quàm ut rerum omnium parentem artificemque luſtrare poſſis, ſufficiat in præſenti, quod opera ejus videas, quod filios ejus venereris. Sunt autem hi plurimi, & omnis ferè generis, non tantum quot Bœotius poëta eſſe voluit. Nec enim triginta tantum Deorum millia, ſupremi illius filii & amici ſunt, ſed innumeri: partim in cœlo ſtellarum corpora, partim in æthere dæmonum eſſentiæ. Sed jam id quod volo illuſtriore imagine proponam tibi. Finge animo magnum aliquod regnum, aut potentem principatum, in quo reliqui, omnes actiones ſuas ad unius regis nutum, qui dignitate & majeſtate antecedit cæteris, ſponte dirigunt. Limes hujus imperii ſit non Halys fluvius, aut Helleſpontus, non Mæotis aut Oceani litttora, ſed cœlum ſupra, terra infra. Et cœlum quidem validis compagibus muri ad inſtar circum circa ſuſpenſum maneat, ut omnia amplexu ſuo continere poſſit. Terra quaſi cuſtodia & carcer noxiorum corporum ponatur. In alto, magnus rex ille immotus ſedeat, populiſque ſuis volentibus leges, quibus ſarti tecti maneant, præſcribat. Regni autem conſortes ſint Dii multi, quorum alii videntur, alii oculis conſpici non poſſunt. Horum nonnulli tanquam ſtatores quidam, regique genere proximi, circa veſtibula oberrent, menſæ ejuſdem familiæque conſortes. Alii rurſus, qui his ſubſerviant, & rurſus alii qui infra hos ſint. Vides catenam perpetuam regnique ſeriem, quæ à Deo ad terram uſque deſcendat.

---

Platone ſentis locato. *Stellæ etiam* Alcin. c. 14. *ſunt* νοερὰ ζῶα καὶ θεοί. Philoni *Judæo de opif. mund.* p. 4. θεοὶ αἰσθητοί. *Eas nempe cenſebant animâ & quidem excellentiſſimâ eſſe præditas unde* Plato *in Epinom. ait*, θεῖον γένος ἄστρων, σώματος μὲν τυχὸν καλλίστου, ψυχῆς δ᾽ εὐδαιμονεστάτης. *In hâc ſententiâ fuit* Origenes. *Vid.* P. D. Huetii *Origen. lib.* 2. *qu.* 8. *In* ἐν·τῶν *verò* θεῶν *numero erant* illi duodecim ſitu nominum in duos verſus ab Ennio coartati,

Juno, Veſta, Minerva, Ceres, &c. *aliique.* Apul. *de Deo Socr.* p. 42.
* *Βασιλεῖ Heinſ.* [40] *Vid.* Alcin *capp.* 14, 15, & 16.

## Περὶ τοῦ, εἰ τὸν ἀδικήσαντα ἀνταδικητέον.

### ΛΟΓΟΣ Β'

* Πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον, ἢ σκολιαῖς ἀπάταις ἀναβαίνειν ἐπιχθόνιον γένος ἀνθρώπων· δίχα μοι νόος, ἀτρέκειαν εἰπεῖν. Σὺ μὲν, ὦ Πίνδαρε, ἀμφισβητεῖς πρὸς ἑαυτὸν περὶ ἀπάτης καὶ δίκης, παραβάλλων χρυσῷ χαλκόν· ποιητὴς γὰρ ἦσθα, καὶ δεινὸς ᾠδὴν συντιθέναι χορῷ, καὶ τυράννοις ποιεῖν ἐπινίκια ᾄσματα· καί σοι ἐμέλησεν ὀνομάτων μέτρου, καὶ ἁρμονίας μελῶν, καὶ ῥυθμοῦ σχημάτων. Ἀνδρὶ δὲ ὅτῳ χορὸς μὲν καὶ ᾠδὴ καὶ ἡ ἐκ μελῶν ἡδονὴ χώραν ἔχει ὅσηνπερ καὶ τοῖς παισὶ τὰ ἀθύρματα, μέλει δὲ αὐτῷ μέτρου ψυχῆς καὶ ῥυθμοῦ καὶ μέλους καὶ σχήματος τοῦ περὶ τὰς πράξεις καὶ τὸν ἄλλον βίον, οὐδ᾽ ἂν τὴν ἀρχὴν ἐς νοῦν ἔλθοι [1] τουτὶ τὸ ἀπόρημα, πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον, ἢ μή· ἀλλ᾽ οὑτωσὶ φαίη ἄν, μεταβαλὼν τὸ ᾆσμα τὸ σόν· ὅτι καὶ δίκας τεῖχος ὕψιον, καὶ μὴ σκολιαῖς ἀπάταις ἀναβαίνειν [2] ἐπιχθόνιον γένος ἀνθρώπων· ἀλλ᾽ ἀπρόσβατόν τι χρῆμα τῇ ἀπάτῃ ἡ δίκη, ὥσπερ τοῖς [3] Ἀλωάδαις ὁ οὐρανός· καὶ ὤνησεν αὐτοὺς οὐδὲν ἡ Ὄσσα ἐπιτεθεῖσα τῷ Ὀλύμπῳ, καὶ ὁ Ὄλυμπος τῷ Πηλίῳ, ἀλλὰ ἀπεῖχον τοῦ οὐρανοῦ ὅσον ἀπέχει ἀπάτη δίκης. Οὐκοῦν τῶν μὲν ἀγαθῶν ἡ δίκη, τῶν δὲ μοχθηρῶν ἡ ἀπάτη· καὶ δόκιμον μὲν ἡ δίκη, κίβδηλον δέ τι ἡ ἀπάτη· καὶ ἰσχυρὸν μὲν ἡ δίκη, ἀσθενὲς δὲ ἡ ἀπάτη· καὶ τὸ μὲν, ὠφέλιμον, τὸ δὲ οὔ. Ὅτῳ δὴ μέλει δίκης, καὶ παραβέβληται τουτὶ τὸ Πινδάρου τειχίον· οὗτος ἕλοιτο ἄν ποτε ἀδικηθεὶς, ἀμύνασθαι ἐκ τῆς ἴσης; φέρ᾽ ἴδω τί καὶ λέγω; μὴ γὰρ οὐ καὶ ἀδικεῖσθαι αὐτῷ θέμις ᾖ. Εἰ μὲν γὰρ τὸ ἀδικεῖν καὶ τὸ ἀδικεῖσθαι τοιοῦτόν ἐστιν ὁποῖον τὸ τύπτειν καὶ τὸ τύπτεσθαι, καὶ τέμνειν καὶ τέμνεσθαι, οὐδὲν δεινὸν, τὸν αὐτὸν καὶ δραστικὸν ὁμοῦ εἶναι ἀδικίας καὶ παθητικόν. Εἰ δὲ ἐνταῦθα ὁ αὐτὸς μὲν τῇ κοινότητι τῆς φύσεως ἐνέργειαν καὶ πάθος, ἑκάτερον αὐτῶν, καταδέχεται, ἔοικε δὲ τὸ ἀδικεῖν καὶ ἀδικεῖσθαι, πολὺ μᾶλλον τῷ ὁρᾷν καὶ ὁρᾶσθαι· τὸ μὲν γὰρ, τὸ μετέχον [4] ὄψεως· τὸ δὲ ὁρώμενον οὐ πάντως καὶ ὁρᾷ. Μᾶλλον οὑτωσὶ λέγωμεν, ὅτι ἔοικε τὸ ἀδικεῖν καὶ τὸ ἀδικεῖσθαι, τῷ

---

* *Stylus Dithyrambicus effecit, ut rem facilem* Pindarus *haud clarè extulerit. Dubitat tantùm, utra ſit tutior fraus an verò juſtitia.* [1] *At quid tum fiet* Heſiodo *qui diſertis verbis dixit,*

Νῦν δὲ ἐγὼ μήτ᾽ αὐτὸς ἐν ἀνθρώποισι δίκαιος
Εἴην μήτ᾽ ἐμὸς υἱός, ἐπεὶ κακὸν ἄνδρα δίκαιον
Ἔμμεναι, *&c. Op. & Dier. v.* 270.

ἐλέγ-

## *Utrum Referenda ſit injuria.*

### DISSERT. II.

UTrum juſtitiæ murus ſublimior ſit, an verò fraudis obliquæ, ut mortale aſcendat genus, in dubio, ut verum fatear, mens mihi fluctuat. Tu quidem, Pindare, tecum de juſtitia & fraude dubitas, nec metuis cum auro æs conponere. Nec mirum, poeta enim eras, cujus in eo laus omnis poſita fuit & induſtria, ut odam aliquam choro componeres regumque victorias lyra tua celebrares. Itaque de vocabulorum menſura, deque concinnata verſuum harmonia, & numeroſa orationis forma ſolicitus eras. Homini verò qui chorum odaſque, totamque eam quæ è carmine petitur voluptatem, eo loco habet quo crepundia ſua pueri; potiuſque de animi ſui menſura numeriſque cogitat, nec aliud curat, quam ut concinnè & decorè actiones ſuas totamque vitam inſtituat, ne in mentem quidem unquam veniet hæc quæſtio: *utrum juſtitiæ murus ſublimior, necne.* Sed contra carmen mutabit tuum, dicetque: *Eſt profectò juſtitiæ murus ſublimior, quam obliquæ fraudis, ut eo mortale aſcendat genus.* Planè enim inacceſſa fraudi juſtitia eſt, non ſecus quam Aloïdis cœlum, quos nihil juvit Oſſa Olympo impoſita, aut Pelio Olympus, quo minus à cœlo tantum abeſſent, quantum à juſtitia fraus abeſt. Ergo probi juſtitiam ſibi vendicant, improbi fraudem; ſicut proba & germana res eſt, juſtitia; adulterina fraus; illa valida, hæc debilis; illa utilis, hæc contra. Quicunque ergo juſtitiam colet, & illo Pindari muro munitus ſtabit, num optabit injuria affectus par pari referre? Quid autem dico? cum fortaſſe ne injuria quidem affici poſſit. Si enim afficere injuria & affici, ut ferire & feriri, ſcindere & ſcindi, dicitur, nihil obſtat quo minus idem & faciat injuriam & patiatur. Sin contra in illis naturæ quadam communione, idem actionem ſimul paſſionemque recipit, contra injuria afficere & affici dicitur, ut videre & videri; (quicquid enim videt, ſimul etiam videtur, non contra quicquid videtur, etiam videt) videamus nè tale ſit inferre injuriam & pati, ut arguere & argui. Arguit enim qui veritatem novit, arguitur

---

[2] Ἐπιχθονίων *hic & ſupra maluit* H. St. [3] *Hi ſunt, ut* Homeri *verbis ex Il. E. v.* 385. *utar,*

Ὦτον κρατερόν τ' Ἐφιάλτην
Παῖδας Ἀλωῆος ——

—— *Qui manibus magnum reſcindere cœlum*
*Aggreſſi, ſuperiſque Jovem detrudere regnis.* Virg. *Æn. 6. v.* 582, *ubi vid.* Servium. [4] *Poſt vocem* ἔψαυε *rectè,* καὶ ὁρᾶται, *ſupplevit* Heinſ.

ἐλέγχειν καὶ ἐλέγχεσθαι· ἐλέγχει μὲν γὰρ ὁ τὸ ἀληθὲς εἰδὼς, ἐλέγχεται δὲ ὁ ἀγνοῶν· καὶ ὡς οὐκ ἂν εἴη οὔτε τοῦ τἀληθὲς εἰδότος, τὸ ἐλέγχεσθαι, οὔτε τοῦ ἀγνοοῦντος, τὸ ἐλέγχειν· οὕτως οὐδὲ τὸ ἀδικεῖν εἴη ἂν καὶ τὸ ἀδικεῖσθαι τοῦ αὐτοῦ. Ἐπεὶ τοίνυν οὐ τοῦ αὐτοῦ, ἀλλ᾽ ἑτέρου, ὁ δὲ χρηστὸς τοῦ πονηροῦ οὐχ ὁ αὐτός· ποτέρῳ πότερον προσθήσομεν; ἆρα τὸ μὲν ἀδικεῖν τοῦ πονηροῦ, τὸ δὲ ἀδικεῖσθαι τοῦ χρηστοῦ; ἢ τὸ μὲν ἀδικεῖν, τοῦ μοχθηροῦ, τὸ δὲ ἀδικεῖσθαι, οὔπω δῆλον ὁποτέρου αὐτοῖν; οὑτωσὶ δὲ θεασώμεθα· [5] ἀδικία ἐστὶν ἀφαίρεσις ἀγαθοῦ· τὸ δὲ ἀγαθὸν, τί ἂν εἴη ἄλλο ἢ ἀρετή; ἡ δὲ ἀρετὴ ἀναφαίρετον. Οὐκ ἀδικηθήσεται τοίνυν ὁ τὴν ἀρετὴν ἔχων· ἢ οὐκ ἔστιν ἀδικία, ἀφαίρεσις ἀγαθοῦ· οὐδὲν γὰρ ἀγαθὸν ἀφαιρετὸν, οὐδὲ ἀπόβλητον, οὐδὲ ἑλετὸν, οὐδὲ ληϊστόν. Εἶεν· οὐκ ἀδικεῖται ὁ χρηστὸς οὔτε ὑπὸ τοῦ μοχθηροῦ· ἀναφαίρετος [6] γάρ. Λείπεται τοίνυν ἢ μηδένα ἀδικεῖσθαι καθάπαξ, ἢ τὸν μοχθηρὸν ὑπὸ τοῦ ὁμοίου. Ἀλλὰ τοῦ μοχθηροῦ οὐδενὸς μέτεστιν ἀγαθοῦ· ἡ δὲ ἀδικία ἦν ἀγαθοῦ ἀφαίρεσις· ὁ δὲ μὴ ἔχων ὅ, τι [7] μὴ ἀφαιρεθῇ, οὐδὲ εἰς ὅ, τι ἀδικηθῇ ἔχει. Μήποτε οὖν οὐ κατὰ τὴν ἀφαίρεσιν τοῦ πάσχοντος ἡ ἀδικία τέτακται, ἀλλὰ κατὰ τὴν γνώμην τοῦ δράσαντος; καὶ ὁ μοχθηρὸς ὑπὸ τοῦ μοχθηροῦ ἀδικεῖται· κἂν μὴ ἔχῃ τὸ ἀγαθόν· καὶ ὁ χρηστὸς ὑπὸ τοῦ μοχθηροῦ, κἂν μὴ ἀφαιρετὸν τὸ ἀγαθόν. Ἀποδέχομαι τοῦ λόγου, τῆς γνώμης τοῦ ἡμαρτημένου προστιθέντος τὴν ἀδικίαν μᾶλλον ἢ τοῦ ἐπιτυχεῖ τοῦ ἔργου. Καὶ γὰρ μοιχὸν κολάζει ὁ νόμος, οὐ τὸν δράσαντα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν βουληθέντα· καὶ τοιχωρύχον τὸν ἐπιχειρήσαντα, κἂν μὴ λάθῃ δράσας· καὶ προδότην τὸν μελετήσαντα, κἂν μὴ πράξῃ. Ἥξει τοίνυν ὁ σύμπας λόγος εἰς τὸ δέον. Ὁ μὲν γὰρ ἀγαθὸς, οὔτε ἀδικεῖ, οὔτε ἀδικεῖται. Οὐκ ἀδικεῖ μὲν, διὰ τὴν βούλησιν, οὐκ ἀδικεῖται δὲ, διὰ τὴν ἀρετήν. Ὁ δὲ μοχθηρὸς, ἀδικεῖ μὲν, οὐκ ἀδικεῖται δέ· ἀδικεῖ μὲν διὰ μοχθηρίαν· οὐκ ἀδικεῖται δὲ, διὰ τὴν ἀπορίαν ἀγαθοῦ. Ἔτι τοίνυν, εἰ μὲν ἀγαθὸν ἡ ἀρετὴ μόνον καὶ οὐκ ἄλλο τι, ὁ μοχθηρὸς ἢ τὴν ἀρετὴν οὐκ ἔχων, οὐδ᾽ εἰς ὅ, τι ἀδικηθῇ ἔχει· [8] εἰ δὲ πρὸς τῇ ἀρετῇ, καὶ ταυτὶ ἀγαθὰ τὰ περὶ σῶμα, καὶ τὴν ἐκτὸς τύχην καὶ περιβολήν· ἀρετῆς μὴ παρούσης, [9] βέλτιον ἀπεῖναι ταῦτα ἢ μή· ὥστε οὐδ᾽ ὡς ἀδικηθείη ἂν ὁ μοχθηρὸς, ἀφαιρούμενός τι τούτων οἷς χρῆται κακῶς. Οὐκοῦν ἀδικεῖ μὲν, οὐκ ἀδικεῖται δὲ,

---

[5] Injuria propoſitum hoc habet aliquem malo afficere: Malo autem ſapientia non relinquit locum: Unum enim malum illi eſt turpitudo, quæ introire eò ubi jam virtus honeſtumque eſt non poteſt. Senec. *de conſtant. c. 4. Hanc verò opinionem, ut & plures alias, Platonicis debent Stoici: quod conſtare poteſt luſtranti quæ Alcinous de doct. Plat. c. 27. è Platone collegit.* [6] *Ἡ ἀρετὴ ἀεὶ deeſt ut vidit* Heinſ. [7] H. St. *de-*

προστι-

qui ignorat. Jam ſicut neque ejus eſt argui, qui veritatem novit, neque arguere ejus qui ignorat: ita neque injuria afficere & affici ejuſdem eſt. Si ergo non ejuſdem eſt, ſed alterius, probus autem alter eſt ab improbo, utrum utri tribuemus? Anne improbo ut injuria afficiat, probo ut afficiatur? An verò alterum quidem dabimus, improbi nimirum eſſe injuriam inferre, de altero adhuc dubitabimus, utrius ſit pati? Quod ita videamus. Injuria eſt boni ereptio. Bonum autem quid ſit aliud quàm virtus? Atqui virtus eripi non poteſt. Sequitur ergo, aut illum qui virtutem habet, affici injuria non poſſe, aut injuriam qui facit, non eripere bonum: quia nullum bonum eripi, amitti, tolli, aut ſpoliari poteſt. Ponamus ergo hoc. Ne ab improbo quidem affici injuria poteſt probus, quia nihil habet quo privari poſſit. Reſtat ergo, aut neminem injuria affici, aut improbum ab improbo tantum. Atqui nullius boni particeps eſt improbus: diximus autem boni ereptionem eſſe injuriam. Qui verò non habet quo privari poſſit, nè habet quidem quo injuriam patiatur. Niſi fortè non ex privatione ejus qui afficitur, ſed ex animo illius qui intulit injuriam, ipſa metienda ſit injuria. Atque ita improbus injuria afficitur ab improbo, quamvis bonum non habeat: & probus ab improbo, quamvis bonum eripi non poſſit. Accipio equidem ſolutionem hanc, quæ improbo inſtituto injuriam aſcribit potius quam actionis ſucceſſui. Sicut mœchum lex punit, non qui mœchatus eſt tantum, ſed & qui voluit: & furem qui tentavit furtum, licet deprehenſus fuerit: & proditorem qui animum habuit, ſine eventu. Efficietur rurſus id omne quod volumus: ut nec afficiat nec afficiatur injuria vir bonus. Non afficit quia ne vult quidem: non afficitur, quia virtute eſt præditus. Improbus contra afficit injuria, non afficitur. Afficit, quia improbus eſt, non afficitur, quia bono caret. Etiam hoc accedit: quod ſi virtus ſolummodo bonum eſt, nec præter virtutem aliud, improbus, quia virtute caret, non habet quo injuriam patiatur: ſin præter hanc etiam alia quæ corporis bona dicuntur, & externa quæ fortuna ſuppeditat, bona ſunt, tamen ſi virtus abſit, etiam hæc abeſſe præſtabit, itaque nè ſic quidem injuria afficietur improbus, ſi iis priventur, quibus non recte utitur. Ergo afficiet injuria, non affi-

*let μὴ & in ejus locum reponit conjunctionem καὶ, quæ ſæpè παρέλκει, ut notum eſt. Sed hæc emendatio neceſſariò non eſt recipienda: Conſtat enim Græcos non raro particulas negativas orationi πλεοναστικῶς inculcare. Exempla ſuppeditabit doctiſſ.* Kuhnius *not. in Ælian. V. H. III.* 43. [8] *Plato virtutibus* Divinorum bonorum *nomen indidit: Pulchritudinem verò, divitias, &c.* humana *vocavit* bona. *Apuleius Phil. Platon. lib.* 2 *p.* 13. Divina eſſe bona atque ſimplicia virtutes animi; humana autem bona—quæ cum corporis commodis congruunt & illa quæ nominamus externa. [9] *Bona humana ſtolidis & eorum uſum ignorantibus oportet eſſe mala. Apul. ib.*



cietur,

προστιθέντων ἡμῶν τῇ βουλήσει τὸ ἄδικον. Οὕτως ἐρῶ [10] πονηρῶν. Βούλεται μὲν ὁ μοχθηρὸς ἀδικεῖν, οὐ μὴν δυνατός· βουλόμενος δέ, ἢ πρὸς τὸν ὅμοιον ἀποτείνεται, ἢ πρὸς τὸν κρείττονα. [11] * * * τί δὲ τῷ κρείττονι δραστέον, ἢ ἀνταδικητέον τὸν μοχθηρόν; καὶ μὴν [12] εἰς ὅ, τι ἀδικῇ οὐκ ἀδικεῖ, ὅτι οὐκ ἔχει· ἀπουσία γὰρ ἀγαθοῦ μοχθηρός ἐστιν. Οὔτ' ἐν κατὰ τὸ ἔργον ἀνταδικήσει ὁ νοῦν ἔχων τὸν μοχθηρόν· οὐ γὰρ ἔχει εἰς ὅ, τι ἀδικηθήσεται· οὔτε κατὰ τὴν βούλησιν· οὐ γὰρ ἐθέλει ἀδικεῖν, χρηστὸς ὤν· οὐ μᾶλλον ἢ αὐλητικὸς παρὰ μέλος αὐλεῖν. Καθόλου δέ, εἰ τὸ ἀδικεῖν πονηρόν, καὶ τὸ ἀνταδικεῖν, ὅμοιον. [13] Εἰ γὰρ τῷ ὑπάρξαι πλεονεκτεῖ κατὰ πονηρίαν ὁ ἀδικῶν, ἀλλὰ τῷ ἀμύνασθαι ἐξισοῦται κατὰ μοχθηρίαν ὁ ἀνταδικῶν· καὶ μὴν εἰ ὁ ἀδικῶν κακῶς ποιεῖ, ὁ ἀντιποιῶν κακῶς, οὐδὲν ἧττον ποιεῖ κακῶς, κἂν ἀμύνηται· ὥσπερ γὰρ ὁ ἀποδιδοὺς χάριν τῷ προϋπάρξαντι, οὐδὲν ἧττον εὖ ποιεῖ, κἂν προπεπονθὼς ᾖ· οὕτως ὁ μετατιθεὶς τὴν ἀμοιβὴν εἰς κάκωσιν, οὐδὲν ἧττον κακῶς δρᾷ, κἂν προπεπονθὼς ᾖ. Τί δὲ τοίνυν ἔσται καὶ πέρας τοῦ κακοῦ; εἰ γὰρ ὁ ἀδικηθεὶς ἀμύνεται, ἀεὶ μεταβαίνει τὸ κακὸν ἀπ' ἄλλου πρὸς ἄλλον, καὶ μεταπηδᾷ, καὶ διαδέξεται ἀδικία ἀδικίαν. [14] Εἰ γὰρ τῷ αὐτῷ τούτῳ δικαίῳ τῷ παθόντι συγχωρεῖς ἐπεξιέναι εἰς τὸν ἀδικήσαντα, ἐπαναχωρεῖ αὖθις ἀπ' ἐκείνου πρὸς τὸν αὐτὸν ἡ τιμωρία· τὸ γὰρ δίκαιον ἐπ' ἀμφοῖν ἴσον. Ὦ Ζεῦ καὶ οἷον πεποίηκας, δικαιοσύνην ἐξ ἀδικημάτων; καὶ ποῖ βαδιεῖται τὸ κακόν, καὶ ποῦ στήσεται; οὐκ οἶσθα ὅτι πηγὴν ταύτην ἀέναον κινεῖς πονηρίας; καὶ γράφεις νόμον ἀρχέκακον τῇ πάσῃ γῇ; τοῦτο γὰρ ἀμέλει ἐστὶ τὸ τῶν πάλαι κακῶν τοῖς ἀνθρώποις ἡγησάμενον, στόλων Βαρβαρικῶν καὶ Ἑλληνικῶν ἐπ' ἀλλήλους περαιουμένων, ἁρπαζόντων καὶ πολεμούντων καὶ ληϊζομένων, προκάλυμμα ποιουμένων τῆς παρούσης ἀδικίας, τὴν φθάσασαν. [15] Φοίνικες ἐξ Ἄργους βασιλικὴν κόρην ἄγουσιν, Ἕλληνες ἐκ Κόλχων βαρβαρικὴν παρθένον ἄγουσι, καὶ αὖθις Φρύγες ἐκ Πελοποννήσου Λακωνικὴν γυναῖκα. Ὁρᾷς τὴν διαδοχὴν τῶν κακῶν, καὶ τὰς προφάσεις τῶν πολέμων, καὶ τὸν πολλαπλασιασμὸν τῶν ἀδικημάτων. Τοῦτο καὶ τὴν Ἑλλάδα συνέτριψεν αὐτήν, ἡ περὶ ἑαυτὴν δόξα ἀδικίας διαβαίνουσα ἐπὶ τοὺς πλησίον, καὶ ἄπαυστοι θυμοί, καὶ ὀργαὶ ἀθάνατοι, καὶ τιμωρίας ἔρως, καὶ ἀμαθία δίκης. Ἀλλ' εἴπερ οἱ ἀδικοῦ-

---

[10] Περὶ πονηρῶν *Heinſ.* [11] *Aſteriſci ſunt delendi, locus enim, ut mihi quidem videtur, non eſt mutilus. Nam ſuprà ſtatuerat* Noſter *improbos* ἀδικεῖν μὲν, οὐκ ἀδικεῖσθαι δέ, *ideoque non opus erat, ut hanc partem ulterius tractaret; Quamobrem rectà proceſſit ad id, quod hâc diſſert. præcipuè voluit, demonſtrandum.* [12] *Liquet ſanè hunc locum eſſe corruptum ſed quomodo ſit reſtituendus, non ità manifeſtum eſt. Forte leg.* εἰς ὅ, τι ἀδικηθῇ, οὐκ ἔχει. *Certè hoc modo ſuprà locutus eſt* Noſter *& ſenſus congruit. Voces itaque* ἀδικεῖ ὅτι *ex repetitione præcedentium ſunt natæ.* [13] MS. οὐ.

μὲν οἱ

cietur, ſiquidem ex animo metienda eſt injuria. Ut jam de improbo concludamus. Inferre vult injuriam improbus, nec poteſt tamen. Porro cùm velit, neceſſe eſt, aut ſimilem ſui petat, aut ſe meliorem. * * * Quid verò aget melior? An injuria certabit cum improbo? Atqui illud in quo locum habet injuria, non habet: quatenus enim bonum non habet, malus eſt. Ergo, nec reipſa vir prudens injuriam referet improbo, quia quod injuriam patiatur, non habet: neque voluntate, quia non magis improbe agere vult cum ſit probus, quam imperite inflare tibiam tibicen peritus. Præterea ſi ſimpliciter injuriam inferre improbum eſt, etiam referre injuriam, huic ſimile eſt. Etenim ſi improbior eſt, qui infert injuriam, quod incipit: improbitate ei certè æquatur, qui hoc ipſum reddit. Et ſi is qui injuriam facit, male facit: qui malum malo compenſat, non minus malè facit: quamvis malum ulciſcitur. Nam ut qui beneficium reddit ei à quo accepit prius, nihilominus bene facit, quamvis acceperit prius: ita qui remuneratur malum, non minus malè facit, quamvis prius malè acceptus ſit. Et quis erit obſecro finis mali? Si enim perpetuo qui injuria affectus eſt, malum malo compenſat, neceſſe eſt ab uno ad alium tranſire, & quaſi tranſilire malum: atque ita injuriam excipiet injuria. Quoniam quo jure permittis ei qui injuria affectus eſt, ut injuriam injuriæ autori reddat, eodem jure redit iterum ad eundem vindicta. Eadem enim juris in utroque ratio eſt. Vide præterea, per Jovem quid facias, qui jus conſtituis ex injuriis. Quouſque quæſo ſe diffundet hoc malum? ubi definet? Non vides quid facias? perennis improbitatis fontem excitas: legemque fers, quam primam malorum cauſam totum univerſum agnoſcat. Nec eſt aliud profectò quod mala omnia hominibus invexit. Hinc Græcæ primum Barbaræque claſſes mare tranſmiſerunt. Hinc impetum aliæ in alterius terram facere, atque omnia vaſtare cœperunt: dum ſemper præſenti injuriæ priorem obtendunt. Phœnices Argivis regiam puellam ereptum eunt: Græci Colchis Barbaram. Phryges è Peloponneſo Laconicam mulierem rapiunt. Vides ſeriem malorum, vides belli cauſas, & per ordinem ſcelerum cumulatum ſcelus. Non alia ſunt quæ perdidêre Græciam, quàm injuriæ propriæ æſtimatio, quæ in finitimos quoque erupit, quam furor implacabilis, ira immortalis, vindictæ cupido, juris ignorantia. Etenim ſi omnes, quos prius

[14] MS. *Reg. ità hunc locum exhibet, ſi* Heinſio *ſit fides.* Ὧ γὰρ δικαίῳ συγχωρεῖς τῷ παθόντι ἐπεξιέναι, τῷ αὐτῷ τούτῳ δικαίῳ ἐπαναχωρεῖ αὖθις ἀπ' ἐκείνου πρὸς τὸν αὐτὸν ἡ τιμωρία. *Sed ſi pro voce* αὐτὸν, *ſubſtituas* ἄλλον, *rectè ſe habebit* textus, *nec Manuſcripti auxilio indigebit.* [15] *Phœnices Io Inachi filiam rapiebant, Jaſon Medeam, Paris Helenam. Vid.* Herodot. *lib.* 1. *capp.* 1, 2 & 3.

μόνοι ἠπίσταντο, [16] ὅτι τοῖς ἀδικοῦσι μέγιστον κακὸν ἡ ἀδικία αὐτή, καὶ τοῦτ' εἶναι πολέμου μεῖζον καὶ τειχῶν ἀφαιρέσεως, καὶ γῆς δῃώσεως καὶ τυραννίδος καταστάσεως, οὐκ ἂν ἐμπέπληστο ἡ Ἑλλὰς τοσούτων κακῶν. [17] Ποτίδαιαν Ἀθηναῖοι πολιορκοῦσιν. Ἔασον ὦ Λακεδαιμόνιε, μεταγνώσονταί ποτε· μὴ μιμήσῃ τὸ κακόν, μὴ μεταλάβῃς τοῦ ψόγου· ἐὰν δὲ ἀγαπᾷς μὲν τὴν πρόφασιν, καὶ ἐπὶ Πλαταιὰς ἔλθῃς, ἀπόλωλέ σοι Μῆλος νῆσος γείτων, ἀπόλωλεν Αἴγινα νῆσος φίλη, ἀπόλωλε Σικυώνη πόλις σύμμαχος, Μίαν πόλιν λαβών, πολλὰς πορθήσεις· ὥσπερ γὰρ τῶν ἐπὶ χρηματισμῷ παραβαλλομένων ἐν θαλάττῃ, οἱ τόκοι μεγάλοι τῶν δανεισμάτων, οὕτω καὶ τῶν ἐπεξιόντων τοῖς θυμοῖς, οἱ τόκοι μεγάλοι τῶν συμφορῶν. [18] Καὶ πρὸς τὸν Ἀθηναῖον λέγω, Σφακτηρίαν ἔχεις, ἀπόδος τῇ Σπάρτῃ τοὺς ἄνδρας· ἕως εὐτυχεῖς, σωφρόνησον. Εἰ δὲ μή, τοὺς μὲν ἄνδρας ἕξεις, τὰς δὲ τριήρεις οὐχ ἕξεις. [19] Λύσανδρος περὶ Ἑλλήσποντον εὐτυχεῖ, καὶ ἡ Σπάρτη μεγάλη· ἀλλὰ ἀπέχου Θηβῶν. Εἰ δὲ μή, [20] δακρύσεις τὴν ἐν Λεύκτροις τύχην, καὶ τὴν ἐν Μαντινείᾳ συμφοράν. Ὦ [21] δίκης ἀφανοῦς καὶ πλανωμένης. Διὰ τοῦτο ὁ Σωκράτης οὐκ [22] Ἀριστοφάνει ὠργίζετο, οὐ Μελίτῳ ἐχαλέπαινεν, οὐκ Ἄνυτον ἐπιμαρεῖτο· ἀλλὰ ἐβόα μέγα, [23] ἐμὲ δὲ Ἄνυτος καὶ Μέλιτος ἀποκτεῖναι μὲν δύνανται, βλάψαι δὲ οὐ δύνανται· οὐ γὰρ θέμις ἀγαθῷ ἀνδρὶ ὑπὸ πονηροῦ βλαβῆναι. Αὕτη φωνὴ δίκης, ἣν εἴπερ ἅπαντες ταύτην ἐφθέγγοντο, οὐκ ἂν ἦσαν αἱ τραγῳδίαι, οὐδὲ τὰ ἐπὶ τῇ σκηνῇ δράματα, οὐδὲ πολλαὶ καὶ παντοδαπαὶ συμφοραί. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν τοῦ σώματος νοσημάτων, χαλεπὰ τὰ ἑρπυστικά, καὶ δεῖ τούτοις ἐπικουρίας στασίμου, ἵνα τὸ περιλειφθὲν σωθῇ· οὕτως ἐπειδὰν ἐμπέσῃ οἴκῳ ἢ πόλει ἀδικίας ἀρχή, στῆναι δεῖ τὸ κακόν, εἰ μέλλει τὸ περιλειφθὲν σωθήσεσθαι. Τοῦτο Πελοπίδας ἐξέτριψε, τοῦτο Ἡρακλείδας ἠφάνισε, τοῦτο τὴν Κάδμου οἰκίαν, τοῦτο Πέρσας ἀπώλεσε, τοῦτο Μακεδόνας, τοῦτο Ἕλληνας. Ὦ νόσημα διηνεκοῦς, καὶ ἐπὶ πολλὰς περιόδους χρόνων καταλαβόντος τὴν γῆν. Ἐπιτολμήσαιμι δ' ἂν ἔγωγε εἰπεῖν, ὅτι εἴπερ ἐστὶν ἀδικίας πρὸς ἀδικίαν ὑπερβολή,

---

[16] Socrates *apud Platonem in Gorgiâ p.* 290. A. Μέγιστον τῶν κακῶν τυγχάνει ὂν τὸ ἀδικεῖν. [17] *Hæc bello* Peloponneſiaco *reverà accidêrunt; Eo tamen, quo geſta ſunt, ordine non refert* Noſter. *Vid.* Thucyd. *lib.* 2, 3 & 5. [18] *Hiſtoria extat apud* Thucyd. *lib.* 4. *Huic adjungatur* Plutarch. *in Nicia p.* 527. *licèt de Spartanorum in Inſulâ Sphacteriâ relictorum numero paululùm abeat à Scriptore jam laudato.* Plato *in Menexemo p.* 406. C. *hanc inſulam vocat* Σφαγίαν, *quo nomine ab aliis etiam inſignitur, ut notat* Caſaub. *ad Theophr. Charact.* περὶ ἀλαζονείας *p.* 343. *Quo non intellecto, Ficinus vocem iſtam ſecurè prætermiſit.* [19] *Apud Ægos flumen Athenienſes pugnâ navali vicit. Vid.* Corn. Nep. *in Lyſand. & Conon.* [20] *Leuctris & Mantineæ, Duce Epaminondâ Thebano, debellati*

injuria invaſit, hoc perſuadere ſibi potuiſſent, injuriam ipſam iis qui inferunt malum eſſe maximum, eamque vel bello, vel direptione murorum, vel populationibus terrarum atque incendiis, vel cujuſlibet tyrannidis everſione, pœnam graviorem eſſe, nunquam tot tantiſque calamitatibus redundâſſet Græcia. Potidæam Athenienſes obſident: permitte hoc illis Spartane; brevi poſt eos cœpti pœnitebit. Noli malum hoc imitari, noli eandem incurrere infamiam. Quia ſi prætextum hunc amplecteris, & Platæas petis, periit tibi Melus vicina inſula, periit amœniſſima inſularum Ægina, periit Sicyone urbs ſocia. Pro una quam cepiſti urbe, multas evertes. Nam ut illi qui lucri cauſa maris periculo ſe committunt, magno fœnore ſe obſtringunt: ita qui in vindicando iræ indulgent, maximo ſe calamitatum fœnore involvunt. Rurſus tibi, Athenienſis, dico: Sphacteriam expugnaſti, captivos Spartanis redde: dum ſors favet, modeſtiam in conſilium adhibe: ſin minus, homines ſervabis, triremes amittes. Lyſander ad Helleſpontum feliciter rem gerit, nec Sparta ſe capit. Vide ne Thebas tangas, ſin minus, adverſam circa Leuctra fortunam lacrymabis, apud Mantineam calamitatem plorabis. O occultam inſtabilemque fortunæ potentiam! Hanc ob cauſam Ariſtophani non ſuccenſebat Socrates, nec indignabatur Melito, nec Anytum vindicabat, ſed alta voce exclamabat, Vitam eripere fortaſſe Anytus & Melitus mihi poſſunt, lædere non poſſunt. Non enim ab improbo detrimentum poteſt accipere vir bonus. Hæc ipſa juſtitiæ vox eſt: quæ ſi ab omnibus eodem modo uſurparetur, nulla tragœdia extaret, nullam ſcenæ calamitatem oſtenderent, vaſta illa ac multiplex malorum ſeges, ab humanis exularet rebus. Nam ut in corporum morbis ii maximè nocere conſtantemque medici opem requirere ſolent, qui ulteriùs ſerpunt; ut quod adhuc eſt immune, ſervetur: Ita cum in familiam aut Remp. vel leviſſima injuſtitiæ ſcintilla incidit; cohiberi continuo debet, ut id quod ſupereſt, vindicetur. Hoc eſt quod Pelopidas evertit, quod Heraclidas ſuſtulit, quod totam Cadmi familiam, quod Perſas, quod Macedonas, quod Græcos delevit. O morbum continuum, & qui tot jam ſæcula, terrarum orbem fatigat! Non dubitabo equidem dicere, ſiquidem altera alterâ major ſit injuria, magis im-

---

*ſunt Lacedæmonii. Præter Scriptores qui Hiſtoriam illorum temporum poſteris tradidêre Vid. Ælian.* VII. 14. *&* Ciceron. *de fin. bon. &* *malor.* II. 30. [21] *Heinſ. legit* Τύχης. *Verùm, ut opinor, recepta lectio ſana eſt: Ultio enim in cauſa eſt cur, ſecundùm* Maximum Nuſtrum, *δ' αν ἐπ' ἄλλοις πρὸς ἄλλον μεθαπηδᾷ, adeoque ἐναλλὰξ fiat & πλανωμένη.* [22] *Qui enim* Nubibus *Comœdiâ deridendum propinavit:* Socrates *verò* Comœdiarum publicatos in ſe & ſpectatos ſales in bonam partem accepit, riſitque, *&c. Senec. de Conſt,* c. 18. *Adi & Ælian.* V. H. *lib.* 5. *c.* 8. [23] *Memoriæ etiam prodidit hoc Socratis dictum Arrian. Epict. lib* 2. *c.* 2.

probum

ὁ τιμωρῶν τοῦ προϋπάρξαντος ἀδικώτερος· ὁ μὲν γὰρ ὑπὸ ἀμαθίας ἐπὶ τὸ ἀδικεῖν ἐλθὼν, ἔχει τὴν δίκην ἐκ τοῦ ψόγου· ὁ δὲ ἐπεξιὼν, προσλαβὼν ἐκ τοῦ ὁμοίου τὸ ἄδικον, ἀφῄρηκεν ἐκείνου τὸ ἐπίψογον. Ὥσπερ γὰρ τῷ μαστίλης ἐμπεπλησμένῳ τὸν συμπλακέντα ἀνάγκη καὶ αὐτὸν συναισχῦναι τὸ σῶμα· οὕτω καὶ ὅς τις ἀδίκῳ ἀνδρὶ [24] συμπλέκεσθαι καὶ συγκυλινδεῖσθαι ἀξιοῖ, ἀνάγκη τοῦτον συναπολαύειν καὶ τοῦ κακοῦ καὶ συναναπίμπλασθαι τῆς μαστίλης. Ἀθλητῇ μὲν οὖν ἀνδρὸς προσφερομένου ἀθλητοῦ ἐκ τῆς ἴσης ἀγωνίας καὶ φιλοτιμίας, ἀποδέχομαι. Ὁρῶ γὰρ αὐτοῖς ὁμοίαν μὲν τὴν φύσιν, παραπλησίαν δὲ τὴν μελέτην, ἰσότιμον δὲ τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ νικᾶν· ὅταν δὲ ἀγαθὸς ἀνὴρ πονηρῷ συμπέσῃ, οὐκ ἐκ τῆς αὐτῆς παλαίστρας προσεληλυθὼς ἑκάτερος, οὐδὲ ὑπὸ τῷ αὐτῷ παιδοτρίβῃ ἀσκηθεὶς, οὐδὲ τὴν αὐτὴν τέχνην ἐκμαθὼν, οὐδὲ τοῖς αὐτοῖς παλαίσμασιν ἐντεθραμμένος, οὐδὲ τοῦ αὐτοῦ στεφάνου ἐρῶν, οὐδὲ τοῦ αὐτοῦ κηρύγματος, οἰκτείρω τὴν μάχην, ἄνισος ἡ ἀγωνία. Ἀνάγκη τὸν πονηρὸν κρατεῖν ἀγωνιζόμενον ἐν τοιούτῳ σταδίῳ, οὗ πονηροὶ μὲν θεαταὶ, ἄδικοι δὲ οἱ ἀθλοθέται. Ὁ δὲ ἀγαθὸς ἐν τούτοις ἄτεχνος καὶ ἀμαθὴς, καὶ ἄπορος ἀπιστίας καὶ πανουργίας καὶ ἀπάτης, καὶ τῶν ἄλλων παλαισμάτων, ὑφ' ὧν μοχθηρία κρατύνεται καὶ ἰσχυρίζεται· ὥστε καὶ καταγέλαστος ἂν γένοιτο ἀντεπιχειρῶν ἀδικεῖν ὁ μὴ πεφυκὼς [25] τὸ ἄδικον καὶ τῇ φύσει καὶ τῇ τέχνῃ καὶ τῷ ἔθει. Ἀλλὰ διὰ τοῦτο, φαίη ἄν τις, ὁ δίκαιος ἀνὴρ προπηλακίζεται καὶ συκοφαντεῖται καὶ διώκεται, καὶ χρήματα ἀφαιρεῖται, καὶ εἰς δεσμωτήριον ἐμβάλλεται, καὶ φεύγει καὶ ἀτιμοῦται καὶ ἀποθνήσκει. Τί οὖν; εἰ παῖδες νόμους πρὸς ἀλλήλους θέμενοι, καθίσαντες δικαστήριον ἑαυτῶν, ὑπάγοιεν ἄνδρα κατὰ τοὺς αὐτῶν νόμους, κᾆτα, εἰ δόξαι ἀδικεῖν, ψηφίζοιντο αὐτὸν ἄτιμον εἶναι ἐν τῷ τῶν παίδων δήμῳ, δημεύοιεν δὲ αὐτοῦ τὰ παιδικὰ χρήματα, τοὺς ἀστραγάλους, καὶ τὰ παίγνια· τί εἰκὸς πρᾶξαι τὸν ἄνδρα; ἢ οὐ καταγελάσεσθαι [26] ἐν τοιούτοις δικασταῖς αὐταῖς ψήφοις καὶ καταδίκαις αὐταῖς; οὕτω καὶ ὁ Σωκράτης [27] Ἀθηναίων κατεγέλα, ὡς παιδαρίων ψηφιζομένων, καὶ κελευόντων ἀποθνήσκειν ἄνδρα θνητόν. Καὶ ἄλλος ὅστις ἀγαθὸς ἀνὴρ καὶ δίκαιος, καταγελάσεται γέλωτα ἀκραιφνῆ, ὁρῶν τοὺς ἀδίκους ἐπ' αὐτὸν ὡρμημένους σπουδῇ, [28] οἰομένους τι δρᾷν, δρῶντας δὲ οὐδέν. Ἀλλὰ καὶ ἀτιμαζόντων ἐκείνων, βοήσεται τὸ τοῦ Ἀχιλλέως,

[29] ----φρονέω δὲ τετιμῆσθαι Διὸς αἴσῃ;

---

[24] *Metaphora ducta eſt ab Athletis*; Οἱ μὲν αὐτῶν ΠΕΡΙΠΛΕΚΟΜΕΝΟΙ ἀλλήλους ὑποσκελίζουσιν· Οἱ δὲ ἄγχουσι καὶ ἐν τῷ πηλῷ συναναφύρονται ΚΑΛΙΝΔΟΥΜΕΝΟΙ, ὥσπερ σύες. *Verba ſunt* Luciani *è lib. de Gymnaſ. Tom.2. p.* 269. [25] H. St. *legit* τῶν ἀδίκων; *ſed ſine causâ idoneâ.*

καὶ

probum eſſe eum, qui illatam ulciſcitur, quam qui infert. Qui enim ex ignorantia juris injurius eſt, delicti ſui præmium in infamia habet: at qui injuriam reddit, cum non minus injurius ſit, infamiam illam in ſe derivat. Nam ut qui fuligine imbutum tractat, aut cum eo luctatur, neceſſe eſt corpus inficiat: ita qui cum improbo congreditur, & quaſi volutatur, neceſſario mali ſit particeps, eadem imbuitur fuligine. Ego athletam qui cum athleta ex æquo concurrit, ferre poſſum, neque ſtudium utriuſque reprehendo. Video enim parem indolem, parem curam, parem in utroque victoriæ ardorem. At verò quoties cum improbo probus concurrit, non ex eadem palæſtra, neque ſub eodem ad luctam edoctus, nec eadem arte inſtructus, nec iiſdem luctationibus innutritus, nec ejuſdem coronæ competitor aut præconii, infelix hæc meo judicio pugna eſt, & congreſſus impar. Quid enim obſtet, quo minus ſuperior in hoc ſtadio evadat improbus, ubi & ſcelesti ſpectatores, & iniqui ſunt judices? Hic enim vir bonus & ab arte deſtituitur, & à ſcientia: neque diffidentia aut ſutelis aut dolis aliiſque inſtructus accedit artibus, quibus confirmatur ac robur aſſumit improbitas. Ut nihil aliud quam riſum excitaturus ſit, qui cum improbo manum conferat, nec ingenio, nec arte, nec exercitatione par. Sed hac ipſa de cauſa ſupplantatur vir bonus, dicet aliquis, calumniis ſycophantiiſque differtur, facultatibus exuitur, in vincula conjicitur, relegatur, infamia notatur, morti addicitur. Quid tum poſtea? Quid ſi pueri alibi pro tribunali ſederent, ac leges ferrent: atque ex earum legum præſcripto hominem aliquem in judicium vocarent, quem peccaſſe dicerent: & mox inter pueros ſuos infamem eſſe juberent, ejuſque crepundia aliquot, ut putatalos, & ſi quæ ejuſmodi eſſent, haſtæ ſubjicerent, quid facturum hunc hominem putas? Anne aliud quam ut ſuaviter rideat, ipſoſque judices cum calculis ſuis & ſuffragiis cachinno explodat? Ita Athenienſes ridebat Socrates, non aliter quam pueros, qui ſuffragio ſuo hominem mori juberent, quem natura jam antè juſſerat mori. Neque aliud facturus eſt quilibet bonus probuſque vir, quam ut riſum rideat ſuaviſſimum, quoties improbos ſerio ad ſe ire videbit, quaſi rem geſturos maximam, cum tamen nihil poſſint. Sed & in media eorum contumelia illud Achillis exclamabit:

*---haud regi ſuperûm contemptus abibo.*

---

[26] *Delenda eſt hæc præpoſitio, ut vidit* Heinſ. [27] Πρὸς τὸν εἰπόντα, Θάνατόν σοι κατέγνωσαν Ἀθηναῖοι· Κἀκείνων, φησὶν, ἡ φύσις. *Diog. Laert. lib. 2. vit. Socr. De eo etiam non abſimile narrat Xenophon Apol. Socrat. p.* 706. C. *Alii tamen hoc dictum Anaxagoræ tribuunt, ut loc. cit. & Anaxag. vit. notat Laert.* [28] Βέλτιον μὲν ὁ μοχθηρὸς ἀδικεῖν, ὁ μὴν σπουδαῖος· *Quia bonus vir* οὐκ ἀδικεῖται διὰ τὴν ἀρετὴν, *ut ſuprà diſputavit* Noſter. [29] *Iliad.* I. v. 604.

Quod

καὶ ἀφαιρουμένων τὰ χρήματα, περιόψεται ὡς παίγνια καὶ ἀστραγάλους ἀφαιρουμένους, καὶ ἀποθανεῖται ὡς ὑπὸ πυρετοῦ καὶ λίθου· οὐδὲν ἀγανακτῶν πρὸς τοὺς ἀποκτιννῦντας.

---

## Περὶ τοῦ, εἰ μαντικῆς οὔσης ἔστι τι ἐφ' ἡμῖν.

### ΛΟΓΟΣ Γ'.

ΟΤΕ οἱ Μῆδοι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐστρατεύοντο, ἐχρῶντο οἱ Ἀθηναῖοι τῷ θεῷ τί χρὴ δρᾶν, ἐπιόντος αὐτοῖς βαρβαρικοῦ στόλου, ἵππου Μηδικῆς, ἁρμάτων Περσικῶν, ἀσπίδων Αἰγυπτίων· εἵποντο δὲ καὶ σφενδονῆται Κᾶρες, καὶ ἀκοντισταὶ Παφλαγόνες, καὶ πελτασταὶ Θρᾷκες, καὶ ὁπλῖται Μακεδόνες, καὶ Θετταλικὸν ἱππικόν· ἐχρῶντο οὖν τῷ θεῷ οἱ Ἀθηναῖοι, τί χρὴ δρᾶν ἐπιόντος ταῖς Ἀθήναις τοσούτου κακοῦ. Ὁ δὲ αὐτοῖς χρᾷ, φράττεσθαι τὸ ἄστυ ξυλίνῳ τείχει. Θεμιστοκλῆς λέγει ὅτι οἱ δοκεῖ τὸ ξύλινον τεῖχος αἱ τριήρεις εἶναι. Συνεδόκει ταῦτα τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ ἀναστάντες ἐκ τοῦ ἄστεος, ἐς τὸ τεῖχος τοῦ θεοῦ μετῳκίσθησαν. Εἰ οὖν οἱ Ἀθηναῖοι τότε τῷ μὲν θεῷ συμβουλεύεσθαι περὶ τούτων οὐκ ἤθελον, νῦν δὲ ἔχοντι ἀνδρεῖ καὶ δυναμένῳ ἐκλογίζεσθαι καὶ τὴν παροῦσαν δύναμιν, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν παρασκευήν, καὶ τὸν μέλλοντα κίνδυνον, καὶ τὴν ὑποφαινομένην ἀσφάλειαν· τί εἰκὸς συμβουλεῦσαι ἂν τὸν ἄνδρα τοῦτον, καταδεέστερον τῆς χρησμῳδίας τοῦ θεοῦ; ἐγὼ μὲν οἶμαι [1] οὐδὲ αἰνίγματος ἂν ἐδεήθη πρὸς αὐτούς, οὐδὲ τείχους ἀμφισβητησίμου· ἀλλ' εἶπεν ἂν ὧδέ πως· ὦ Ἀθηναῖοι, τῶν μὲν λίθων καὶ τῶν οἰκοδομημάτων ἐξίστασθε τῷ Βαρβάρῳ, αὐτοὶ δὲ πανοικησίᾳ, αὐτοῖς παισίν, ἐλευθερίᾳ, καὶ νόμοις, ἴτε ἐπὶ τὴν θάλατταν. Ὑποδέξονται δὲ ὑμᾶς τριήρεις, ἱκαναὶ καὶ σώζειν φέρουσαι, καὶ νικᾶν μαχόμεναι. Τί δή ποτ' οὖν οἱ ἄνθρωποι ἐπὶ τὰ μαντεῖα παραγίγνονται, ἀμελήσαντες τῆς παρὰ τοῦ ὁμοίου συμβουλῆς; ἢ διότι γνώμη μὲν ἀνθρώπου ἐπισφαλὲς καὶ ἄπιστον καὶ ἐπίφθονον, καὶ κίβδηλον, καὶ οὐκ ἀεὶ ὅμοιον, καὶ οὐκ ἐν παντὶ εὔστοχον· τὸ δὲ θεῖον, κατὰ μὲν τὴν ὑπεροχὴν πιστόν, κατὰ δὲ τὴν ἀλήθειαν δόκιμον, κατὰ δὲ τὴν πεῖραν εὔστοχον, κατὰ δὲ τὴν τιμὴν ἀν-

---

[1] *Ænigmaticam hanc oraculorum reddendorum methodum riſu excipit* Lucian. *in Jove Tragœdo Tom.* 2. *p.* 143. *ubi Momus ità loquitur.* Τοῦτο μὲν ὀρθῶς ἔλεξας, ὦ Ἄπολλον, ἐπαγγείλας τοὺς σαφῶς λέγοντας, εἰ καὶ μὴ πάνυ ποιεῖς σὺ τοῦτο ἐν τοῖς χρησμοῖς, λοξὸς ὢν καὶ γριφώδης καὶ εἰς τὸ μετ-

ϛπ-

Quod ſi facultates quoque ejus auferre parent: eas ille non ſecus quam ſi crepundia eripiant aut talos, dimiſſurus eſt. Nec aliter morietur, quàm ſi morbo aliquo, febri putà aut calculo, moriendum eſſet; neque mortis auctoribus ſuccenſebit.

## *Utrum Manente divinatione aliquid ſit in noſtra poteſtate.*

## DISSERT. III.

CUM Medorum exercitus Græciam invaderet, ad oraculum Athenienſes confugerunt, ut ex Deo intelligerent, quid adverſus tantam claſſis Barbaricæ vim faciendum ſibi eſſet. Videbant equitatum Medorum, currus Perſarum, clypeos Ægyptiorum; ſequebantur & funditores è Caria, & ſagittarii è Paphlagonia, & velites è Thracia, & cataphracti e Macedonia, & equites rurſus è Theſſalia: Quæſiverunt ergo ex oraculo illi, quidnam potiſſimum tanto in malo ſibi faciendum eſſet. Deus oraculum dat illis, urbem ut ligneo muro cingerent. Videri ſibi Themiſtocles ait ligneo muro triremes deſignari. Res Athenienſibus placuit, relictaque urbe ſua muros, quos oraculum juſſerat, conſcenderunt. Si ergo, hoc in diſcrimine, nihil oraculi voce ſibi opus eſſe, Athenienſes putaſſent, ſed prudentis potius viri, qui è re nata, tum proprias vires, tum hoſties recte perpendere, nec minus de periculo, quam de fiducia, ſi quam in virtute ſua repoſitam habebant, recte judicare potuiſſet: minuſne ſapienter eum hominem reſponſurum fuiſſe putamus quam oraculum? Meo judicio nec obſcure loqui opus fuiſſet, nec de ambiguo muro egiſſet: ſed hoc potius modo ſententiam ſuam propoſuiſſet: Me auctore, hos lapides, Athenienſes, quos videtis & hos muros, Barbaro relinquetis: ipſi verò cum tota familia veſtra, veſtriſque liberis, libertate item ac legibus, ad mare ibitis. Hic vos triremes excipient, quæ & capere vos, & ſervare, & pugnare pro vobis, & victoriam vobis parere poterunt. Cur ergo ad oracula confugiunt homines, nec potius ab hominibus conſilium petunt? An quia conſilium humanum, ut tutum minus minuſque certum, ita invidiæ obnoxium eſt: nec probum uſquequaque, aut ſui ſimile eſſe, & ad finem ſuum pervenire ſolet? Divinum contra, & præſtantia ſua fidem ſibi, & veritate auctoritatem conciliat: nec unquam à ſcopo ſuo aberrat qui eo utitur, &

*αἰχμιον ἀσφαλῶς ἀποβρίπτων τὰ πολλά, εἰς τὰς ἀκύρους ἄλλως δεῖξιν Πυθίας προς τὴν ἐξήγησιν αὐτῶν. Ob inſignem in reſponſis ambiguitatem Λοξίας nomen adeptus eſt Apollo. Vid.* Suidam.

invidiam

ἐπίφθονον. Θεοῦ δὲ μαντεία, καὶ ἀνθρώπων νοῦς (τολμηρὸν μὲν εἰπεῖν, φράσω δὲ ὅμως) χρῆμα συγγενὲς, καὶ εἴπερ τι ἄλλο ἄλλῳ ὅμοιον, οὐδὲν ἂν εἴη ἐμφερέστερον ἀρετῆς ἀνθρωπίνης γνώμῃ θεοῦ. Μὴ τοίνυν ἀπόρει μήθ᾽ ὅντινα τρόπον τὸ αὐτεξούσιον τῆς ἀνθρωπίνης γνώμης χρῆται μαντικῇ, μήθ᾽ ὅπως ἀληθευούσης τῆς μαντικῆς, δύναταί τι καὶ ἀνθρώπου γνώμη· περὶ γὰρ ὁμοίου πράγματος σκοπεῖς· τὸ γὰρ αὐτὸ ἐρωτᾷς καὶ ἀπορεῖς καὶ ἀναστρέφεις, ἐξὸν τὸ πᾶν διελέσθαι ὡς δεῖ. Οὔτε [2] τὸ θεῖον πάντων εὔστοχον, οὔτε τὸ ἀνθρώπινον πάντων ἄστοχον· καὶ περὶ μὲν τοῦ ἀνθρωπίνου [3] νόμου, καὶ αὖθις ῥητέον· τὸ δὲ θεῖον δοκεῖ σοι γινώσκειν πάντα ἑξῆς, καὶ τὰ καλὰ καὶ τὰ αἰσχρὰ, καὶ τὰ τίμια καὶ τὰ ἄτιμα; φείδομαι τῶν ῥημάτων, καὶ αἰδώς με τοῦ θεοῦ ἔχει. Σεμνὸν γάρ τι τὸ πάντα εἰδέναι, καὶ [4] ἀριθμὸν ψάμμων καὶ θαλάττης μέτρα, καὶ ξυνιέναι, ἅπερ λέβητος ἑψομένου ἐν Λυδοῖς· καὶ δηλαδὴ πᾶσι τοῖς δεομένοις θεσπίζει ὁ θεὸς τὸ ἀληθὲς μαθεῖν· καὶ συμφέρει, κἂν μέλλῃ ὁ μαθὼν, ἄδικος ὢν, πλεονεκτήσειν. Δεινῶς τινα πολυπράγμονα ἡγῇ τὸν θεὸν καὶ περίεργον καὶ εὐήθη, καὶ μηδὲν τῶν ἐν τοῖς κύκλοις ἀγειρόντων διαφέροντα, οἳ δυοῖν ὀβολοῖν τῷ προστυχόντι ἀποθεσπίζουσιν. Ἐγὼ δὲ μὴ ὅτι θεὸν, ἀλλ᾽ οὐδὲ ἄνδρα ἀγαθὸν ἀξιῶ ἐπιπηδᾶν τῷ ἀληθεῖ· οὐδὲν γὰρ σεμνὸν τὸ τἀληθῆ λέγειν, εἰ μὴ γίγνοιτο ἐπ᾽ ἀγαθῷ τοῦ μαθόντος. Οὕτω καὶ ἰατρὸς νοσοῦντα ἐξαπατᾷ, καὶ στρατηγὸς στρατόπεδον, καὶ κυβερνήτης ναύτας· καὶ δεινὸν οὐδέν· ἀλλὰ ἤδη καὶ ψεῦδος ὤνησεν ἀνθρώπους, καὶ τἀληθὲς ἔβλαψεν· εἰ μὲν οὖν ἄλλο τι ἡγῇ εἶναι τὴν μαντικὴν, ἢ νοῦν θεῖον, διαφέροντα [5] νοῦ ἀνθρώπου ἀκριβείᾳ καὶ βεβαιότητι, νόμιζε πολεμεῖν λόγῳ λόγον· εἰ δὲ ἐστιν οὐδὲν ἀλλοιότερον, ἢ ὅσον τὸ ἐξ ἡλίου φῶς τοῦ ἐκ πυρὸς, φῶς δὲ ἑκάτερον, ἀγάπα μὲν τὸ λαμπρότερον, [6] μὴ ἀτίμαζε δὲ τῇ διαιρέσει τὸ ἀμαυρότερον, ἀλλ᾽ ἡγοῦ τὸ πᾶν τοῦτο, ἁρμονίαν τινὰ εἶναι ὀργάνου μουσικοῦ, καὶ τεχνίτην μὲν τὸν θεὸν, τὴν δὲ ἁρμονίαν αὐτὴν ἀρξαμένην παρ᾽ αὐτοῦ, δι᾽ ἀέρος ἰοῦσαν καὶ γῆς καὶ θαλάττης καὶ ζώων καὶ φυτῶν, ἐμπεσοῦσαν μετ᾽

---

[2] *Toto cælo erraret, cui videretur* noſter, *hoc de Deo ſummo affirmaſſe; nulli enim de eo reverentiùs ſunt locuti quàm* οἱ περὶ Πλάτωνα. *Secundùm hos Dæmonum erat oracula reddere, aliaque hujuſmodi munia præſtare, Vid.* Platon. *in Sympoſ.* p.327. G. *&* Alcinoum *de doctr. Plat.* c. 16. *Et ſanè aſſerit Porphyrius,* δαίμονας, *qui ſacrificiis & libaminibus gaudent,* οἰκεῖον εἶναι ψεῦδος. Περὶ ἀποχ. ἐμψ. *lib. II.* §. 42. *Tales autem erant, qui oraculis præfuère.* [3] *Leg.* νοῦ, *ut rectè* Heinſ. [4] *Apollo Cræſo nunciis hæc de ſe jactavit, ut videre eſt apud* Herodotum *lib. I.*

τοῦτο

invidiam humanam majeſtate ſua excedit. Imo præſcientia divina, & mens humana, (quamvis enim audacia ſit in verbo, dicetur tamen) res cognatæ ſunt. Ut ſi quid aliud uſquam, nihil ſit ſimilius quam virtus hominis, & conſilium Dei. Noli ergo dubitare poſthac, aut quomodo homo cum liberi arbitrii ſit, divinatione utatur, aut quomodo ſalva divinationis veritate, aliquid humana ſervet prudentia, quod in poteſtate ſua ſit poſitum. Simillima enim ſunt de quibus agis. Idem eſt quod quæris, quod in dubium vocas, quod volvis & revolvis toties: cum ſine ulla moleſtia totum, ut oportet, poſſis diſtinguere. Nec enim omnia ad finem ſuum divina dirigit potentia, nec ubique à fine ſuo aberrat homo. Et de humana quidem mente aliàs. Nunc illud audire ex te velim, utrumne ſcire omnia divinam mentem exiſtimes: turpia & honeſta, digna atque indigna. Equidem pudet me referre ſingula, ne minus dignè de Deo loqui videar. Res enim videlicet præclara eſt, ſcire omnia, arenarum numerum, maris ſpatium, tum ſi qui fortè abſurdus in Lydia lebes coquitur. Nihil enim, ut illi volunt, quærere aliquis poſſit, de quo non verum ipſum reſpondere poſſit Deus: ſive id è re futurum ſit ejus quis quærit, ceu contrà. Nec refert an injuſtus aliquis oraculum accedat ut præter fas aliena invadat. Equidem ardelionem potius mihi narras quam Deum, mireque curioſum ac vanum: ſimilem mendicis illis, qui in triviis ſtipem colligunt, & duobus obolis obvio cuique ventura prædicunt. Ego verò non Deo tantum, ſed & viro bono indignum eſſe puto, ut occaſione qualibet verum dicere occupet. Nec enim res per ſe præclara eſt verum dicere, niſi id cum utilitate fiat ejus, qui audit. Ita ſæpè medicus ægros, dux exercitum, gubernator fallit nautas: nec hoc in iis reprehenditnr. Quid quod mendacia ſæpè proſunt hominibus, nocet contra veritas? Quare ſi aliud divinationem eſſe exiſtimas, quam mentem divinam, quæ accurata ſtabilique ſcientia differt ab humana, eadem opera exiſtimare potes rationem cum ratione pugnare. Sin contra fateris, non aliter differre hæc duo quam ſolis lumen à lumine ignis noſtri, cum utrumque ſit lumen: per me licet ut id quod magis lucet, præferas, dummodo ne id quod minus lucet, in diviſione tua excludas. Quin potius ſic ſtatue: univerſum hoc, harmoniam eſſe quandam inſtrumenti muſici, cujus artifex ſit Deus. Eam autem harmoniam incipere à Deo, à Deo per aërem, per terram, per mare, per animalia omnia tranſire & plantas. Quia autem ſimul ac digreſſa eſt à Deo, diverſas diſſi-

*capp.* 47 & 48. [5] H. St. *ἀντὶ Νῦ ἀνθρώπε legit ἀνθρωπίνε. Temerè omninò,*
[6] *Erant autem inter Ethnicos qui præceptum hoc contemnebant μαντευόμενοι ἃ τοῖς ἀνθρώποις ἔδωκαν οἱ Θεοὶ μαθοῦσι διακρίνειν, ut loquitur Xen. Memor. Socr. p.* 709, *ideoque eos δαιμονᾶν dixit* Socrates.

τοῦτο εἰς πολλὰς καὶ ἀνομοίους φύσεις, συντάττειν τὸν ἐν αὐταῖς πόλεμον· ὡς κορυφαία ἁρμονία, ἐμπεσοῦσα εἰς πολυφωνίαν χοροῦ, συντάττει τὸν ἐν αὐτῇ θόρυβον. Τίς δὲ ὁ τρόπος τῆς θείας τέχνης, ὀνόματι μὲν εἰπεῖν οὐκ ἔχω, εἴσῃ δὲ αὐτῆς τὴν δύναμιν ἐξ εἰκόνος, [7] οἷα δήποτε. Ἐθεάσω νεῶν ἐρύσεις ἐκ θαλάττης ἄνω, καὶ λίθων ἀγωγὰς ὑπερφυῶν κατὰ μέγεθος, παντοδαποῖς ἑλιγμοῖς καὶ ἀναστροφαῖς ὀργάνων, ὧν ἕκαστον πρὸς τὸ πλησίον τὴν ῥώμην νειμάμενον, ἕτερον ἐξ ἑτέρου διαδεχόμενον τὴν ἀγωγὴν, κινεῖ τὸ πᾶν· καὶ τὸ μὲν ὅλον ἔχει τὴν αἰτίαν τοῦ ἔργου, συνεπιλαμβάνει δέ τι αὐτῷ καὶ τὰ μερικά. Κάλει τοίνυν τεχνίτην μὲν τὸν θεὸν, ὄργανα δὲ τοὺς λογισμοὺς τοὺς ἀνθρωπίνους, τέχνην δὲ τὴν ἀνθρωπίνην [8] ἄγουσαν ἡμᾶς ἐπὶ τὴν ἀγωγὴν τῆς εἱμαρμένης. Εἰ δέ σοι καὶ σαφεστέρας εἰκόνος δεῖ, νόει μοι στρατηγὸν μὲν τὸν θεὸν, στρατείαν δὲ τὴν ζωὴν, ὁπλίτην δὲ τὸν ἄνθρωπον, σύνθημα δὲ τὴν εἱμαρμένην, ὅπλα δὲ τὰς εὐπορείας, πολεμίους δὲ τὰς συμφορὰς, σύμμαχον δὲ τὸν λογισμὸν, [9] ἀριστείαν δὲ τὴν ἀρετὴν, ἧτταν δὲ μοχθηρίαν, μαντικὴν δὲ τὴν τέχνην αὐτὴν τὴν ἐκ τῆς παρασκευῆς ἐπισταμένην τὸ μέλλον. Καὶ γὰρ κυβερνήτης ναῦν ἔχων, καὶ εἰδὼς τὰ ὄργανα καὶ τὴν θάλατταν ὁρῶν καὶ αἰσθανόμενος τῶν πνευμάτων, οἶδε τὸ ἀποβησόμενον· καὶ στρατηγὸς στρατόπεδον ἔχων, καὶ τὰ ὅπλα εἰδὼς, καὶ τῆς παρασκευῆς μεμνημένος, καὶ τῶν πολεμίων αἰσθανόμενος, οἶδε τὸ ἀποβησόμενον, καὶ ἰατρὸς τὸν κάμνοντα ἰδὼν καὶ τῆς νόσου ξυνεὶς καὶ τῆς τέχνης αἰσθανόμενος, οἶδε τὸ ἀποβησόμενον. Ὁρᾷς τὸ πλῆθος τῶν μάντεων ὡς σαφὲς, ὡς τεχνικὸν, ὡς εὔστοχον. Εἰ μὲν οὖν τὸ ἐφ' ἡμῖν αὐτὸ ἦν καθ' αὑτὸ, ἀπήλλακτο δὲ εἱμαρμένης, οὐδὲν ἔδει μαντικῆς. Εἰ δὲ ἀνακέκραται τὸ ἐφ' ἡμῖν τοῖς ὅλοις, μέρος ὂν καὶ τοῦτο τῆς εἱμαρμένης, κατὰ μὲν τὸ ἀναγκαῖον ἡ μαντικὴ στήσεται, κατὰ δὲ τὸ δῆλον ἢ μὴ, βουλὴ ἔσται. Ἤδη δὲ καὶ τοῦ ἀναγκαίου γνώμη καὶ ἡ μαντικὴ δηλωτική. Πῶς καὶ τίνα τρόπον ἑκατέρα; αὐχμοὺς μὲν καὶ ἀνομβρίας, καὶ σεισμοὺς γῆς, καὶ πυρὸς ἐκβολὰς, καὶ πνευμάτων ἐμβολὰς, καὶ ἀέρων μεταβολὰς οὐ θεὸς οἶδε μόνος, ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπων ὅσοι δαιμόνιοι. Οὕτω καὶ [10] Φερεκύδης σεισμὸν Σαμίοις προεμήνυσε, καὶ [11] Ἱπποκράτης Θετταλοῖς προσιόντα λιμὸν, καὶ [12] Τιμάσιος Κλαζομενίοις ἐκλείποντα ἥλιον, καὶ [13] ἄλλος ἄλλο τι. Πῶς δὲ δὴ καὶ θεὸς τὰ ὅσα ἐφ' ἡμῖν καταμαντεύεται;

---

[7] Οἵας *Heinſ.* [8] *Poſt* ἀνθρωπίνην *aliquid deeſſe videtur* H. St. [9] *Codex C. Paccii habuit* ἀριστεῖον. [10] Pherecydes quidem ille Pythagoræ Magiſter---cùm vidiſſet hauſtam aquam de jugi puteo terræ motus dixit inſtare. *Cic. de Div.* I. 50. §. 112. *Alii tamen divi-*

[14] Μὴ

diſſimileſque naturas invenit, iis ſe miſcet, diverſitatemque quæ in illis eſt conciliat ac componit. Non aliter quam ſuprema harmonia diverſitatem quæ in toto choro eſt moderatur ac temperat. Et modum quidem quo divina hæc ars procedit, verbis exprimere non poſſum, delineare tamen qualicunque ſimilitudine poſſum. Vidiſtíne unquam naves in terram ſubduci, aut ingentes ſaxorum moles impelli? quod variis inſtrumentorum motibus converſionibuſque fieri ſolet, quorum ſingula ſingulis vim addunt aliquam, atque invicem ita moventur, ut univerſum pondus promoveant. Hìc enim cùm tota inſtrumentorum compago id facere dicatur, aliquid tamen partes conferunt. Ita ſtatuatur ipſum artificem eſſe Deum, machinas rationes humanas, humanam rurſus artem quæ nos ad fatale decretum trahit. Quod ſi magis etiam perſpicuam ſimitudinem requiris, finge Deum eſſe ducem, militiam vitam noſtram, militem hominem, teſſeram, fatum, arma, facultates homini conceſſas, inimicos, calamitates, ſocios belli, rationem, victoriam, virtutem, cladem, improbitatem, divinationem verò eſſe eam artem, quæ ex apparatu præſenti futura conjiciat. Gubernator enim ſi navem habeat, & inſtrumenta norit quæ requiruntur, ſi mare inſpiciat, ventos obſervet, quid futurum ſit novit. Dux ſi exercitum habeat, & arma ſua ſciverit, & de neceſſario apparatu cogitaverit, & hoſtium adventum præviderit, exitum novit. Et medicus ſi ægrum videat, & morbum intelligat, & artis ſuæ ſibi ſit conſcius, quid futurum ſit, non neſcit. Vides quanta ſit hariolorum copia, quam certa, quam artificioſa, quam prudens. Si igitur quod in poteſtate noſtra eſt, ex ſeipſo tantùm penderet, non opus eſſet divinatione. Cùm verò id ipſum cum toto cohæreat, tanquam pars quædam & ipſa fati; id quod neceſſitati ſubjicitur, divinationem ſtatuat, quod vel certitudinem vel incertitudinem rei futuræ reſpicit, conſultationi ſubjiciatur. Quid quod de neceſſariis quoque, & humana mens, & divina judicat ſcientia? Quomodo, dices, utraque? Sane ſiccitates, pluviarum penuria, & terræ motus, & eruptiones ignium, & ventorum impetus, & mutationes aëris, non Deus prævidet tantum, ſed & divini ingenii viri. Ita terræ motum Pherecydes Samiis, & imminentem peſtem Theſſalis Hippocrates, & defectum ſolis Clazomeniis Timeſias, aliuſque aliud prædixit. Quomodo contra quæ in poteſtate noſtra ſunt prædicit Deus?

[1] *Homerum tàm impenſe mirati ſunt Veteres, ut ægrè admodùm tulerint, ſi quis ei culpæ nonnihil affricare conaretur; Hinc tot in Zoilum convitia, quæ ſanè vix eſſe poſſent graviora, licèt non minùs pravè de Diis ſenſerat, quàm nonnullis videbatur* Poëta. *Hanc etiam ob cauſam non prorſus impunè abiit* Plato: Heraclides *enim Ponticus Alleg. Hom. p.* 411. *illum* Ὁμήρου συκοφάντην *appellat. Eidem pag. ſeq.* ἀχαρίστως ὅσων ἀπέλαυσε, *utpote qui, ſuorum placitorum fontem cùm habeat Homerum, ei detrahit, quam dicam* Philoſopho *rurſus impingit p.* 431. *Platonicorum ergò intererat, ab hoc crimine Magiſtrum liberare, quod aggreſſus eſt, præter Noſtrum,* Proclus *Comm. in Remp. p.* 392. *& ſeq. ed. Baſ. Græc.* [2] *Prodicus, Hippias, Gorgias, & Thraſymachus* Socratis *tempore floruêrunt. Eorum frequens mentio apud Platonem. Præ ſe ferebant docere,* quemadmodum cauſa inferior dicendo fieri ſuperior poſſet. Cicer. *in Bruto c.* 8.

Μιθαίκου

## *Utrum rectè Homerum è Repub. ſua dimiſerit Plato.*

### DISSERT. VII.

SPartam olim veniebat Syracuſanus quidam ſophiſta, qui neque elegantiam dicendi cum Prodico, neque inanem garrulitatem cum Hippia, neque artificium orationis cum Gorgia, neque injuſtitiæ patrocinium profitebatur cum Thraſymacho, nec in ulla denique liberalium diſciplinarum parte verſabatur. Contra verò tota Syracuſii hujus ſophiſtæ ars in ipſa actione, & quidem tali, quæ cum uſu pariter quotidiano ac voluptate eſſet conjuncta, ponebatur. Obſonia quippe ciboſque eleganter præparabat, variiſque condimentis aptè concinneque compoſitis igni admotos, gratiores, quam per ſe erant, efficiebat. Ut propemodum non minus jam eſſet apud Græcos celebre in hac arte Mithæci nomen, quam in ſtatuaria Phidiæ. Spartam ergo ſe contulit bonus ille vir, quo tempore reliquis adhuc imperabat urbibus, nobilemque illam ſuam integram ſervabat potentiam ; idque artis ſuæ fiducia, quam gratiſſimam illis futuram judicabat. Quæ ſpes eum vehementer fruſtrata eſt. Magiſtratus namque Lacedæmonius ſtatim ad ſe vocavit hominem, juſſitque finibus ſuis excederet, aliamque in terram, populumque eum, cui & voluptatem artis ſuæ & uſum commendare poſſet, ſe conferret. Se enim ſtatuiſſe, ſi quo condimento cives egerent, non aliunde id quam à labore mutuari : ideoque neceſſario tantum cibo, non artificioſo ſibi opus eſſe, quippe cum in nutriendis corporibus nullis illecebris, ſed potius ſimplicitate quadam victus uterentur, quæ non magis quam leonum corpora, egere condimentis exiſtimabant. Ita Mirhæcus cum arte ſua Sparta exceſſit. Nec tamen minus propterea reliquis acceptus fuit Græcis, quorum pro voluptatis ſuæ ſtudio ſinguli amplexi ſunt eum, non pro contemptu Lacedæmoniorum rejecerunt. Quod ſi & ab aliis videtur artibus, non paulò quam hæc Mithæci fuit, honeſtioribus, exempla eſſe de-

---

[3] *In Scriptoribus Atticis* gradus ſuperlativus, *ut loquuntur Grammatici,* pro comparativo *ſæpè uſurpatur. In re clarâ exemplum duntaxat unum afferam ex Xenoph. Mem. lib.* I. *p.* 718. Εἴθε σοι---τότε συνεγενόμην, ὅτε ΔΕΙΝΟΤΑΤΟΣ σαυτοῦ ταῦτα ἦσθα. [4] Κλέος ἐν *Scal. Heinſ. autem* καὶ ὄνομα ἐν. *ſed mihi quidem arridet Scaligeri conjectura.* [5] *Hic locus vitioſâ interpunctione laborat, quæ hoc modo tollenda eſt.* Ἦν δὲ καὶ εἰς τὴν Σπάρτην ἥκων ὁ ἀνὴρ δυναστεύων τότε, ἐν ἀρχούσῃ τῇ πόλει, &c. [6] *Inter artes adulatorias* ὀψοποιϊκὴν *numerabat Plato. Vid.* noſtrum *diſſ. IV. De parco autem & ſimplici Lacedæmoniorum victu multa Veterum teſtimonia congeſſit Joan. Meurſius Miſcell. Lacon. lib. I. c.* 8.

ſumenda :

Μηθαίης τέχνης· Θηβαῖοι αὐλητικὴν ἐπιτηδεύουσι, καὶ ἔστιν ἡ δι' αὐλῶν μοῦσα ἐπιχώριος τοῖς Βοιωτοῖς. Ἀθηναῖοι λέγειν, καὶ ἔστιν ἡ περὶ τοὺς λόγους σπουδὴ, τέχνη Ἀττική· [7] παιδεύματα Κρητικὰ, θῆραι, ὀρειβασίαι, τοξεῖαι, δρόμοι· τὰ Θετταλὰ, ἱππική. Τὰ Κυρηναϊκὰ, διφρεῖαι· τὰ Αἰτωλικὰ, λῃστεία, ἀκοντίζουσιν Ἀκαρνᾶνες, πελτάζουσι Θρᾷκες, νησιῶται πλέουσι. Ἐὰν δὲ μεταθῇς τὰ ἐπιτηδεύματα [8] ἄλλων πρὸς ἄλλους, νοθεύσεις τὰς τέχνας. Τί γὰρ δεῖ ἠπειρώταις νεῶν, ἢ ἀμούσοις αὐλῶν, ἢ ὀρείοις ἵππων, ἢ πεδιάδα οἰκοῦσι δρόμων, ἢ ὁπλίταις τόξων, ἢ τοξόταις ἀσπίδων; ὥσπερ οὖν ἐνταῦθα διεκληρώσαντο τὰς τέχνας οἱ τόποι, ἢ αἱ φύσεις τῶν χρωμένων, ἢ αἱ φιλίαι τῶν ἀπ' ἀρχῆς ἐπιτηδευθέντων· καὶ οὔτ' αὐτῶν ἕκαστον, οὔτε πᾶσι τίμιον, διότι ἐνίοις, οὔτε ἄτιμον πᾶσιν, ὅτι τισίν· ἀλλὰ εὐδοκιμεῖ ἕκαστον κατὰ τὴν χρείαν τῶν λαβόντων· τί κωλύει περὶ τῆς καλῆς ταύτης πολιτείας, [9] οὓς Πλάτων θρεψάμενος τῷ λόγῳ, ὑπὸ νόμοις ξένοις καὶ οὐ καθωμιλημένοις τῷ τῶν πολλῶν ἔθει καθῴκισεν, αὖθις σὺν λόγῳ ἔχειν καὶ τούτους ἐπιχώρια ἄττα αὐτῶν νόμιμά τε καὶ ἐπιτηδεύματα, συμπεφυκότα τῇ ἐκ παίδων τροφῇ, τιμώμενα μὲν αὐτοῖς, κατὰ τὴν χρείαν αὐτῶν ἐκείνων, ἀτιμαζόμενα δὲ παρὰ τοῖς ἄλλοις, ἐπεὶ μὴ κἀκείνοις ἥρμοσεν; εἰ μὲν γὰρ πόλιν πόλει παραβαλλοίμεθα, καὶ πολιτείαν πολιτείᾳ, καὶ νόμους νόμοις, καὶ νομοθέτην νομοθέτῃ, καὶ τροφὴν τροφῇ, ἔχοι ἄν τινα ἡμῖν λόγον ἡ ἐξέτασις τοιάδε, διερευνωμένοις τὸ παρ' ἑκάστοις ἐνδέον· εἰ δέ τις μέρος τοῦ ὅλου ἀποτεμόμενος καθ' αὑτὸ, σκοπεῖ διὰ μαρτύρων τῶν χρωμένων τούτῳ ἢ μὴ, οὕτω γ' ἂν καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὅσοις ἄνθρωποι χρῶνται κατ' ἴσον ἂν τύχοι τιμῆς καὶ ἀτιμίας, καὶ διατελοῖ ἐν ἀμφισβητησίμῳ κρίσει πλανώμενα. Καὶ γὰρ αἱ τροφαὶ καὶ τὰ φάρμακα καὶ τὰ διαιτήματα, καὶ τἆλλα ὅσα τῇ τῶν ἀνθρώπων χρείᾳ ἀνακέκραται, οὐ πᾶσιν ἑξῆς ὅμοια πάντα, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ἤδη, τὸν μὲν ἔβλαψε, τὸν δὲ ὤνησε, καὶ τὸν μὲν εὔφρανε, τὸν δὲ ἠνίασεν· ἕκαστον γὰρ τούτων ἡ χρεία καὶ ὁ καιρὸς καὶ ἡ ὑπόθεσις τοῦ βίου ἕτερα ἑτέρῳ φαίνεσθαι ποιεῖ. Οὕτω τοίνυν ἐχόντων τούτων, μεταβάντες αὖ, περὶ Ὁμήρου σκοπῶμεν ἀδεκάστως μάλα [10] οὔθ' ὅστις Πλάτωνι χαίρει, ἀτιμάζων Ὅμηρον· οὔθ' ὅστις Ὅμηρον θαυμάζει, μεμφόμενος Πλάτωνι. Οὐ γὰρ διακεκλήρωται οὐδὲ ἀπέχεσθαι ἑκάτερον θατέρου,

[7] Ἵππων δὲ ἡμῖν, ait Hoſpes Athenienſis, χρεία μὲν οὔτε τις πολλῶν, οὔτε πολλή, κατά γε δὴ Κρήτην. Plato *de leg. l. VIII. p.* 644. *H. Montana nempè & inæqualis erat Creta, ut docet* Clinias *apud eundem lib. I. de leg. p.* 565. *C.* Τὴν γὰρ τῆς χώρας πάσης Κρήτης φύσιν ὁρᾶτε, ὡς οὐκ ἔστι, καθάπερ ἡ τῶν Θετταλῶν πεδιάς. Διὸ δὴ καὶ τοῖς μὲν ἵπποις ἐκεῖνοι χρῶνται μᾶλλον, δρόμοισι δὲ ἡμεῖς. *Quem locum, cùm hæc ſcriberet, in animo ha-*

ἀλλ'

ſumenda; ſcimus Thebanos tibiarum cantu delectari, & hanc muſam quaſi vernaculam eſſe Bœotis. Athenienſes eloquentiæ operam dant, ut verè oratorium ſtudium dici poſſit ars Attica. Diſciplina Cretenſium eſt, venari, montes ſuperare, ſagittare, currere. Theſſalorum equitare, Cyrenenſium aurigari, Ætolorum prædari. Jaculo Acarnanes, pelta valent Thraces, inſulani navigant. Quod ſi aliorum ſtudia ad alios transferas, perit natura atque uſus ſingulorum. Quid enim navibus mediterraneo opus eſt, aut tibiis qui inflare eas neſcit, aut equo qui in montibus, aut curriculis qui in campeſtri terra habitat, aut arcu, cataphracto, aut ſagittario, clypeo? Sicut igitur in illis diverſas artes diverſa loci populique ingenia, aut diverſa conſuetudo amorque conſuetudinis diſtinguit, neque ſingulæ illarum aut omnibus gratæ, quia quibuſdam ſunt, aut inviſæ omnibus, quia nonnullis ſunt; ſed pro uſu hominum laudatur unaquæque: quid vetat eos qui tam præclaræ Reip. cives futuri ſunt, quos ex rationis præſcripto Plato, ſub novis legibus & quæ nihil cum vulgaribus commune habent, eduxit, rurſus ex ejuſdem rationis præſcripto conſuetudines quaſdam & inſtituta ſervare, quibus à teneris innutriti ſunt ipſi? Fieri enim poteſt ut hæc illi amplectantur, quia ex uſu ſuo eſſe ſciunt: alii verò non item, quibus non conveniunt. Si enim urbem unam cum altera, aut cum Rep. Remp. aut leges cum legibus, aut cum legiſlatore legiſlatorem, aut cum educatione educationem conferre nobis eſſet propoſitum, non ſine ratione inſtitui poſſet hæc comparatio: cum ſcire vellemus quid deeſſet ſingulis. At verò ſi quis partem totius ſegregatam ſumat, eamque ſeorſim intueatur, deque ea ex hominibus qui vel uſi ea vel non uſi ſunt inquirat, ita fortaſſe fieri poſſet, ut omnia quibus utuntur homines, æquè ab honore & infamia diſtarent, nec facile judicari poſſet, utrum alteri præferendum eſſet. Quippe & educationes, & remedia, & vivendi rationes, aliaque quæ in quotidiano hominum verſantur uſu, non omnibus eadem ſunt prorſus, ſed unum ſæpè idemque huic conducit, illi nocet: huic jucundum, illi moleſtum eſt. Facile enim aut uſus, aut occaſio, aut vitæ inſtitutum efficit, ut unumquodque horum aliud alii eſſe videatur. Quæ cum ita ſint, ad Homerum tranſeamus, ac de eo judicemus quam æquiſſimè. Ut nec eorum teſtimonio utamur, qui Platonem amant, rejiciunt Homerum, aut qui Homerum mirantur, Platonem non ferunt. Non enim alterum ab altero diviſum eſt

*buit* Noſter. [8] Πολλῶν .MS. *in cujus locum ex* H. Stephani *conjecturâ* ἄλλων *ſuppoſuit D.Heinſ.* [9] *Hoc apertè confitetur* Plato. Τί οὖν; οὐκ ἡμεῖς ... παράδειγμα ἐποιοῦμεν λόγῳ ἀγαθῆς πόλεως. *lib.* 5. *de Rep. p.* 465. G. [10] Χρώμενοι μάρτυσι *deeſt. Heinſ.*

&

ἀλλ' ἔξεστι καὶ τὰ τοῦ Πλάτωνος τιμᾶν, καὶ θαυμάζειν Ὅμηρον. Ἔξεστι δὲ ὧδε· Πόλιν οἰκίζει Πλάτων τῷ λόγῳ, οὐ Κρητικὴν, οὐδὲ Δωρικὴν, οὐδὲ Πελοποννησίαν, οὐδὲ Σικελικὴν, οὐδὲ μὰ Δί' Ἀττικήν· (Ἢ γὰρ ἂν τοιαύτην οἰκίζων πόλιν, μὴ ὅτι Ὁμήρου ἂν ἐδεήθη μόνου, ἀλλὰ καὶ πρὸς Ὁμήρῳ Ἡσιόδου καὶ Ὀρφέως, καὶ εἴ τις ἄλλη παλαιὰ μοῦσα ποιητικὴ κατεπᾴδειν ἱκανὴ τὰς τῶν νέων ψυχὰς καὶ δημαγωγεῖν, καὶ ἡδονῇ συνήθει ἀνακιρνᾶναι τροφὰς ἀληθεῖς λόγους) ἀλλ' ἔστιν αὐτῷ ξυνοίκησις καὶ ἡ πολιτεία [11] γιγνομένη λόγῳ, κατὰ τὸ ἀκριβέστατον μᾶλλον ἢ χρειωδέστατον· ὅνπερ τρόπον καὶ τοῖς τὰ ἀγάλματα τούτοις διαπλάττουσιν, [12] οἳ πᾶν τὸ παρ' ἑκάστοις καλὸν συναγαγόντες, κατὰ τὴν τέχνην ἐκ διαφόρων σωμάτων ἀθροίσαντες εἰς μίμησιν μίαν, κάλλος ἓν ὑγιὲς καὶ ἄρτιον καὶ ἡρμοσμένον αὐτὸ αὑτῷ ἐξειργάσαντο. Καὶ οὐκ ἂν εὕροις σῶμα ἀκριβὲς κατὰ ἀλήθειαν ἀγάλματι ὅμοιον· ὀρέγονται μὲν γὰρ αἱ τέχναι τοῦ καλλίστου, αἱ δὲ ἐν ποσὶν ὁμιλίαι καὶ χρεῖαι ἀπολείπονται τῶν τεχνῶν. Οἶμαι δὲ εἰ καί τις ἦν ἐν ἀνθρώποις δύναμις πλαστικὴ σωμάτων σαρκίνων, [13] ξυμφορήσαντες ἂν οἱ δημιουργοὶ τὰς δυνάμεις ξυμμέτρως γῆς καὶ πυρὸς, καὶ τῶν ὅσα τούτοις ἁρμοσθέντα τε καὶ ὁμολογήσαντα, συνίστησι τὴν σωμάτων φύσιν, ἀπέφηναν ἂν, ὡς εἰκὸς, σῶμα ἀνενδεὲς φαρμάκων καὶ μαγγανευμάτων καὶ διαιτημάτων ἰατρικῶν. Εἰ οὖν τις ἐκείνων τινὸς τῶν δημιουργικῶν ἀκούσας νομοθετοῦντος τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πλασθεῖσι τῷ λόγῳ, ὅτι ἄρα δεήσονται οὐδὲ Ἱπποκράτους ἰωμένου σφᾶς, ἀλλὰ χρὴ [14] στέψαντας ἐρίῳ τὸν ἄνδρα καὶ χρίσαντας μύρῳ ἀποπέμπειν παρ' ἄλλους, εὐδοκιμήσοντα ἐκεῖ ὅπου τὴν τέχνην παρακαλεῖ ἡ νόσος· κᾆτα ἀγανακτοίη πρὸς αὐτὸν ὡς ἀτιμάζοντα τὴν Ἀσκληπιοῦ καὶ τὴν Ἀσκληπιαδῶν τέχνην ἆρα οὐ καταγέλαστος ἂν γίγνοιτο αἰτίαν προσφέρων τῷ μὴ κατὰ ἀτιμίαν παραιτουμένῳ ἰατρικὴν, ἀλλὰ μήτε κατὰ χρείαν δεομένῳ αὐτῆς, μήτε καθ' ἡδονὴν ἀσπαζομένῳ; δύο γὰρ ὄντων τούτων ὑφ' ὧν Ὅμηρος καὶ Ἡσίοδος,

---

[11] *Per* πολιτείαν λόγῳ γινομένην *intelligit adeò perfectam ut in terris quidem locum non habeat, in cœlo tamen extet illius exemplar quod ratione poteſt concipi.* Γῆς γε, *inquit Plato de Rep. lib.* 9. *p.* 510. *F.* οὐδαμοῦ οἶμαι αὐτὴν εἶναι. Ἀλλ' (ἦν δ' ἐγὼ) ἐν οὐρανῷ ἴσως παράδειγμα ἀνάκειται, τῷ βουλομένῳ ὁρᾶν. &c. *Hinc* Diog. Laërt. *in ſuo de Platon. Epigr. lib.* 3. *p.* 88. Πλάτων, *inquit,*

——Πόλιν ἤλυθεν, ἥν ποτε αὐτὸς
Ἔκτισε καὶ δαπέδῳ Ζηνὸς ἐνιδρύσατο.

*Reſpicit autem ad IDEAS divino intellectui obverſantes quæ ſunt ut ait* Plutarc. *in Quæſt. Plat. p.* 1001. παραδείγματα---τὰ νοητὰ τῶν αἰσθητῶν. *Vid. &* Procl. *Comm. in Polit. p.* 394. [12] *Optimè hanc in rem* Cicero *de Orat. c.* 2. Phidias cùm faceret Jovis formam, aut Minervæ, non contemplabatur aliquem e quo ſimilitudinem duceret; ſed ipſius in mente inſidebat ſpecies

καὶ

& quaſi ſeparatum, cum ſimul & Platonis ſcripta colere & mirari Homerum liceat. Id autem fiet hoc modo. Civitatem ſola contemplatione inſtituit Plato; non Creticam hercules; neque quam aut Dores, aut Peloponneſii, ant Siculi, aut Athenienſes incolerent. Id quippe ſi ſpectaſſet, non Homero tantum, ſed cum hoc & Heſiodo & Orpheo, & ſi quæ præterea antiqua Muſa eſt, quæ juventutis animos ſuaviter mulcere ac delinire, & cum voluptate molliter miſcere veritatem poſſet, opus eſſet. Sed, ut dixi, exemplum tantum civitatis, exemplum tantum Reip. oſtendit; magis accuratum quam uſui accommodatum. Idem quod ſtatuarii noſtri faciunt, qui cum è ſingulis corporibus, quæ in iis pulchra ſunt, mira arte colligant, & ex tam diverſis unam imaginem efficiant; hæc ipſa tam aptè inter ſe confundunt & miſcent, ut unam quoque eamque concinnam & veram exprimant pulchritudinem: cum qua tamen nulla naturalis pulchritudo corporis tam eſt accurata ut venire in certamen poſſit. Artes quippe abſolutè pulchrum aliquid deſiderant, cum quotidianus uſus longè minus accuratus ſit. Quod ſi quis hoc concederet hominibus, ut humanum corpus fabricare poſſent, dubium non eſt, ut ego arbitror, quin terræ igniſque qualitates, cum aliis quæ apte conjunctæ inter ſe & temperatæ humanum corpus conſtituunt, ita abſolutè miſcerent novi illi artifices, ut nec remediis ullis, nec lenociniis, nec præſcriptionibus medicis in victu illis opus eſſet. Jam ſi aliquis ex his artificibus unum audiret qui leges præſcriberet homini, quem feciſſe eum fingimus, & inter cætera hoc quoque: Nihil illi medicina Hippocratis opus fore quare hominem lana coronatum, quod de Homero Plato dicit, unguentoque delibutum, ad alios mitteret: ibi enim locum habituram illius artem, ubi locum habet morbus. Si hæc, dico, audiret aliquis, nec æquo ferret animo, quod Aſclepii, quod Aſclepiadarum artem contemneret, nonne oppido ridicule eum accuſare videretur, qui artem rejiceret, non quam contemneret: ſed quam neque uſui ſibi nec voluptati eſſe poſſe ſciret? Cum enim ſint duo à quibus Homerus Heſioduſ-

---

pulcritudinis eximia quædam quam intuens in eaque defixus, ad illius ſimilitudinem artem & manum dirigebat. [13] *Exiſtimabant Philoſophi corpora tùm animata tum inanimata ex Empedocleis conſtare Elementis. vid.* Apul *Phil. Plat. l. 1. p. 5. Cùm verò hæc corporis* στοιχεῖα *debitâ adſint copiâ aptèque inter ſe commixta, præſtò eſt ſanitas.* [14] *Homerum bis, ut vult Maximus, honoribus mactatum è Rep. ſuâ dimiſit* Plato. *vid. l. 3. de Rep. Non deſunt tamen, qui contumeliæ cauſa unguentis delibutum lanaque coronatum arbitrantur. Eum nempè molliculum judicabat & ſeverioris diſciplinæ hoſtem. Nam Corona lanea apud Cretenſes* κατηγορεῖ ὅτι ἀνδρόγυνός ἐστιν *ut ait Ælian. V. H. XII.* 12. *ubi vid.* Kühn. *Unguentum etiam, effeminati erat nota.* Seneca *de Benef. l. 7. c.* 25. Ariſtippus aliquando delectatus unguentis, malè, inquit, iſtis effeminatis eveniat qui rem tam bellam infamavêrunt.

que,

καὶ ὅσις ἄλλος, ἐν ἁρμονίᾳ ποιητικῇ εὐδόκιμοι ἦσαν, χρείας καὶ ἡδονῆς, κατ' ἑκάτερον αὐτοῖν ἐπιτήδεια τὰ ἔπη τῇ Πλάτωνος πολιτείᾳ, οὔτε κατὰ τὴν χρείαν, οὔτε κατὰ τὴν ἡδονήν. Ἥ τε γὰρ χρεία συνελήλαται αὐτῇ εἰς τροφὴν ἀκριβῆ καὶ ἀκέσματα ἀναγκαῖα, οὐδὲν αὐθαίρετον, οὐδὲ αὐτεξούσιον, οὐδὲ οἷον ἂν δέξαιντο παρὰ μητέρων παῖδες ὑπὸ φήμης ἀλόγου πλασθέντα μῦθον· οὐδὲν γὰρ εἰκῇ οὐδὲ ἐκ τοῦ προστυχόντος οὔτε ἄκουσμα οὔτε παίδευμα οὔτε ἄθυρμα παρέλθοι ἂν εἰς τοιαύτην πόλιν, ὥστε καὶ δεηθῆναι Ὁμήρου, τὰς οὔσας περὶ θεῶν δόξας ἐμμελῶς μεγαλύνοντος, καὶ τρέποντος τὰς τῶν πολλῶν ψυχὰς ἐκ ταπεινῆς φαντασίας εἰς ἔκπληξιν. Τοῦτο γάρ τοι δύναται ποιητοῦ λόγος ἐμπεσὼν ἀκοαῖς τεθραμμέναις καλῶς, προσβιβάζειν αὐτὰς, καὶ μὴ παρέχειν σχολὴν διαπιστεύειν τοῖς εἰκῇ θρυλλουμένοις λόγοις· ἀλλ' εἰδέναι μὲν ὅτι ποιητικὴ πᾶσα αἰνίττεται, καταμαντεύεσθαι δὲ τῶν αἰνιγμάτων μεγαλοπρεπῶς, κατὰ τὴν θεῶν δίκην. Ὁπόθεν δὲ ἐξελήλαται τὸ ταπεινὸν πᾶν καὶ τὸ ἠμελημένον, τί δεῖ ἐνταῦθα τοιούτου φαρμάκου; [15] Τὸν Ἀνάχαρσιν ἐκεῖνον ἤρετο Ἕλλην ἀνὴρ, εἰ ἔστιν αὐλητικὴ ἐν Σκύθαις· ὁ δὲ, οὐδὲ ἄμπελοι, ἔφη. Ἄλλη γὰρ ἄλλην προκαλεῖ ἡδονὴν, καὶ ἔστι ξυμφυὲς τὸ χρῆμα, καὶ ἄπαυστον καὶ ἀέναον, ἐπειδὰν ἄρξηται ῥεῖν· καὶ μία μηχανὴ πρὸς σωτηρίαν, στῆσαι τὰς πηγὰς, καὶ ἀποφράξαι τὴν ἡδονῶν γένεσιν. Ἡ δὲ τοιαύτη πόλις ἣν συνεστήσατο ὁ Πλάτων, ἄβατος ἡδονῇ καὶ θεαμάτων καὶ ἀκουσμάτων. Ὥστε οὔτε εἰ ποιητικὴ προσκαλεστικὸν ἡδονῆς, εἰσεδέξατο ἂν αὐτὴν, καὶ πολὺ μᾶλλον κατὰ τὴν χρείαν. Ἐῶ λέγειν ὅτι καὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις γενῶν οὐ λόγῳ μόνον πλαττόμεναι πόλεις, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ γινόμεναι πολλαὶ καὶ πολιτευθεῖσαι ὑγιῶς, καὶ ξυνοικισθεῖσαι νομίμως, ἀγνοοῦσι τὸν Ὅμηρον· ὀψὲ μὲν γὰρ ἡ Σπάρτη ῥαψῳδεῖ, ὀψὲ δὲ καὶ ἡ Κρήτη, ὀψὲ δὲ καὶ τὸ Δωρικὸν ἐν Λιβύῃ γένος. Ἐπῃνοῦντο δὲ οὐκ ὀψὲ, ἀλλ' ἐκ παλαιοῦ ἀρετῆς. Τὰ δὲ τῶν [16] βαρβάρων τί χρὴ λέγειν; σχολῇ γὰρ ἂν ἐκεῖνοι τὰ Ὁμήρου μάθοιεν· ἀλλ' εὕροις ἂν ὅμως καὶ ἐν βαρβάροις ἀρετὴν ἀπεσχοινισμένην τῶν Ὁμήρου ἐπῶν· ἢ γὰρ ἂν καὶ τὸ τῶν ῥαψῳδῶν γένος τὸ ἀνοητότατον, εὐδαιμόνει κατὰ τὴν συνουσίαν τῆς τέχνης· τὸ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει. Καλὰ μὲν γὰρ τὰ Ὁμήρου ἔπη, , καὶ ἐπῶν τὰ κάλλιστα καὶ φανότατα, καὶ ᾄδεσθαι Μούσαις πρέποντα· ἀλλ' οὐ πᾶσι καλὰ, οὐδὲ ἀεὶ καλά· οὐδὲ

---

[15] *Hoc ejus reſponſum memorat* Diog. Laërt. *in vit. p.* 27. *ut & alii quorum verba ſuppeditabunt* Il. Caſaubonus & Æg. Menagius *in loc.* [16] *Frontibus adverſis inter ſe pugnant Ælianus & Noſter. Ille enim V. H. XII.* 48. *alt*, Ὅτι Ἰνδοὶ τῇ παρὰ σφίσιν ἐπιχωρίῳ φωνῇ τὰ Ὁμήρου μεταγράψαντες

que, & ſi qui alii à poëtica celebrari ſolent harmonia, utilitas nimirum & voluptas; neutro horum ad Rempub. Platonis, conferre eorum quicquam poſſunt carmina: nec utilitate, dico, nec voluptate. Nam utilitatem ſi ſpectes, tota ea in educatione accurata & ſalubribus ibi monitis conſiſtit; quare neque ullam dicendi audiendique quæ velis libertatem aut licentiam admittit: nec ullam ibi fabulam ex matribus ſuis pueri hauriunt, quam ipſæ prius à rumore vano hauſerunt. Nullum enim dictum, nulla diſciplina, nulla delectatio, temere & ſine certa ratione eam intrat Remp. ne ibi neceſſario Homerum requiri putes, qui conceptas de Diis opiniones cum quadam numerorum elegantia in majus tollit: humileſque & demiſſas vulgi cogitationes admirari & ſtupere cogit. Hæc enim propria poëtici ſermonis vis eſt, ut malè inſtitutorum hominum aures ita ſuo ſtrepitu detineat, occupetque, ne temere ineptis cum vulgo opinionibus accedant: ſed ante omnia, id quod res eſt cogitent, poëtam omnem obſcurè ſcribere, atque ea ipſa, ſicut in rebus divinis, aliter intelligenda eſſe. At verò in ea urbe in qua nihil plebeium, nulli negligentiæ locus eſt, quid hoc remedio eſt opus? Græcus quidam ex Anacharſide illo celeberrimo, quæſiſſe dicitur, eſſentne tibiæ in Scythia; ille, nec vites, inquiebat. Voluptas enim alia aliam trahit, alia cum alia cohæret: quæ cum ſemel fluere cœpit, nunquam deſinit, nunquam inhiberi poteſt. Nec aliud ad ſalutem reſtat remedium, quam fontem ipſum ſiſtere, ortum voluptatis impedire. Qualis cum ſit Platonis Reſp. nullam oculorum auriumve delectationem admittit. Ex quo ſequitur, nec poëticen, ſi voluptatem parit, in hanc Rempublicam admiſſam iri: cum ob utilitatem potius admitti poterat. Ut omittam multas extitiſſe inter homines non imaginarias, ſed veras Reſp. quæ & optimè eſſent conſtitutæ, optimiſque uterentur legibus, quæ tamen Homerum ignorarent. Nuper enim Sparta recitare verſus ejus cœpit, nuper Cretes, nuper qui in Libya ſunt Dores, qui tamen omnes non nuper, ſed antiquitus à virtute commendati fuerunt. Nec enim de Barbaris neceſſe eſt dicere: quos non vereor ne verſus Homeri didiciſſe putes. Et tamen virtutem apud Barbaros invenies, quam Homericæ poëſi non debent. Quod niſi ita ſe haberet, beatiſſimi rhapſodi eſſent: quos omnium hominum conſtat eſſe dementiſſimos. Atqui longe aliter ſe res habet. Pulchra ſunt fateor Homeri poëmata, longeque omnium pulcherrima, maximeque illuſtria, & revera digna quæ à Muſis canantur. Non tamen omnibus pulchra, nec pulchra ſemper. Nec

*ἄδουσιν οὐ μόνοι, ἀλλὰ καὶ οἱ Περσῶν βασιλεῖς. Ad Indos quod attinet, idem refert* Dion *Chryſoſtomus Orat.* 53. *p.* 555.

enim

γὰρ τῶν ἐν μουσικῇ μελῶν εἷς νόμος, οὐδὲ εἷς χρόνος. Καλὸν μὲν ἐν πολέμῳ [17] τὸ Ὄρθιον, καλὸν δὲ ἐν Συμποσίῳ τὸ [18] Παροίνιον· καὶ καλὸν μὲν Λακεδαιμονίοις τὸ [19] Ἐμβατήριον, καλὸν δὲ Ἀθηναίοις τὸ [20] Κύκλιον· καὶ καλὸν μὲν ἐν διώξει τὸ Ἐγκελευστικὸν, καλὸν δὲ ἐν φυγῇ τὸ Ἀνακλητικόν. Ἡδεῖα μὲν πᾶσα μοῦσα, ἀλλὰ τὸ τῆς χρείας οὐχ ὅμοιον πᾶσιν. Ἂν τοίνυν καθ' ἡδονὴν κρίνῃς Ὅμηρον ᾄδειν ἄνδρας, εἰσκυκλεῖς ποιητῶν χορὸν ἀκόλαστον καὶ βακχεύοντα, κρατοῦντα ἡδονῇ τῆς Ὁμήρου ᾠδῆς, ἀποχειροτονεῖς τῆς ἡδονῆς τὸν ἄνδρα. Ἡδὺς μὲν γὰρ, ἡδὺς, ἀλλὰ τὸ κάλλος ἀκμαιότερον τῆς ἡδονῆς, καὶ μὴ παρέχον σχολὴν εὐφραίνεσθαι, ἀλλ' ἐπαινεῖν. Ἀλλ' ἔπαινος, σὺν ἡδονῇ μὲν, ἀλλ' οὐκ αὐτὸ ἡδονή. Εἰ δὲ καθ' ἡδονὴν τὰ Ὁμήρου ἀσπαζόμεθα, ὡς αὐλήματα, ὡς κιθαρίσματα, ἐξελαύνεις Ὅμηρον οὐκ ἐκ τῶν Πλάτωνος τροφίμων μόνον, ἀλλὰ καὶ [21] ἐκ τῶν Λυκούργου· καὶ ἐκ τῶν Κρητικῶν, καὶ παντὸς χωρίου, καὶ πάσης πόλεως ὅπου μετ' ἀρετῆς εὐδοκιμοῦσιν οἱ πόνοι.

---

## Τίς ἡ Σωκράτους ἐρωτική.

## ΛΟΓΟΣ Η'.

[1] ΚΡιτοβούλῳ ἀνδρὶ ὄνομα Αἰσχύλῳ, παῖς ἦν Ἀκταίων, μειράκιον Δωρικὸν, ὥρᾳ διαφέρον. Ἐρᾷ Ἀκταίωνος νεανίας Κορίνθιος, γένους τῶν Βακχιαδῶν· [2] Βακχιάδαι δὲ Κορίν-

---

[17] *Genus musices quo nullum post Harmoniam natam ad acuendos Militum animos aptius exciterit; nomen* ἀπὸ τοῦ ῥυθμοῦ *accepisse inquiunt* Hesych. *in V. Pollux IV. 9. Schol. vero Aristoph. Achar. I. 1.* διὰ τὸ εἶναι εὔτονον καὶ ἀνάτασιν ἔχειν. *Horum utrique gemina habet Phot. in Lex.* MS. Ὄρθιον νόμον καὶ τροχαῖον, δύο νόμους ἀπὸ τῶν ῥυθμῶν ὠνόμασε Τέρπανδρος, ἀνατεταμένοι δ' ἦσαν. *Constabat autem nomus iste ex tetrasemi elatione & octasemi positione. Auctor ejus Terp. qui &* Δαίολον νήτην *&* τόνον *etiam* μιξολύδιον *primus in hanc disciplinam invexit, notante* Plutarch. *de Muſ. De Orthii viribus mira narrant* Herod. Cli. Cap. 24. *& ex eo Agell. XVI. 19. necnon Camertis Episcopus.* Τρόπος ἐκεῖνος ᾠδῆς εἰς πόλεμον ἐρεθιστικός. Τιμόθεος ἐν ὄρθιον ᾆσας τοσοῦτον Ἀλέξανδρον Ἄρεος ἔπλησεν ὡς εἰς τὰ ὅπλα εὐθὺς ἀναπηδῆσαι *quæ rectius apud Eustath. in Il. λ. p. 758. quem transcripsit, hodie leguntur. Pro* ἐρεθισμὸς ἐρεθιστικὸς *nimirum & post* εὐθὺς *additur* ἐκεῖνον. *Historia extat apud* Plutarch. *loco laudato, Hermog. & aliis. Cæterum Orthii meminit* Julian. *in Epist. ad Iamb.* Schol. *Pindari 169. 94. 161. Sch. in Anthol. p. 21.* Wassius. [18] *Quod hoc genere delectabantur Athenienses, testatur* Athen. 4. 27. *Auctor ejus Lasus Hermionensis* Schol. *ad Arist. Aves 421. 16. qualia autem fuerint hæc* Κύκλια *& quomodo musicen corruperint narrat* Schol. *supra laudat. p. 404 & 585. Nub. 79. 9. qui* Κυκλίων Χορῶν ἀσματοκάμπτας *deridendos propinat. vid. e-*

θα

enim in muſicis modulationibus unus tonus eſt, nec unum tempus idoneum omnibus. Pulchrum in bello, id quod Orthion vocant: pulchrum in convivio, quod Parœnion dicitur. Pulchrum apud Lacedæmonios, quod Embaterion: pulchrum apud Athenienſes quod Cyclion appellant. Pulchrum ei qui hoſtem inſequitur, quod Enceleuſticon, pulchrum illi qui fugit quod Anacleticon vocant. Jucunda eſt omnis ars muſica, ſed non idem omnium uſus. Quod ſi in commemoranda heroum virtute, nil præter voluptatem ſpectaſſe Homerum exiſtimas, vide ne examen ingens laſcivorum nobis furioſorumque admittas poëtarum, qui in hac quidem parte Homero ſunt præferendi, atque ita ſuffragio tuo ne jucunditatis quidem ei palmam relinquas. Jucundus, fateor, jucundus eſt, ſed longè major ejus pulchritudo: quæ lectori non permittit ut delectetur, ſed ut laudet tantum. Laus autem ut cum voluptate conjuncta eſt, ita non eſt ipſa voluptas. Nam ſi non aliud in Homeri ſcriptis quam voluptatemamamus, ut in tibiæ alicujus aut citharæ cantibus, jam non ex Platonis tantum alumnis, ſed & ex Lycurgi & Cretenſium, omnique regione & civitate Homerum exigis, ubi cum virtute labos laudatur.

## *De amatoria Socratis.*

### DISSERT. VIII.

Homini cuidam Corinthio, nomine Æſchylo, filius erat, Doricus adoleſcens, admodum formoſus. Hunc Actæonem (nam id adoleſcenti erat nomen) deperire fortè juvenis Corinthius cœpit, è Bacchiadarum genere, qui tum temporis Co-

*tiam Theon. in Aratum p.* 659. *Enarrat.* Sophocl. 45. *Caſaub ad Athen. III.* 7. Waſſius. [19] *Embaterion erat modus quo pugnaturi utebantur Lacedæmonii, ut animos ad virtutem excitarent; quod multis probat doctiſſ. Meurſius Miſcell. Lacon. l.* 2. *c. XI.* [20] *Intellige veterum Scolia Convivalia v.g. Pindari, &c. Sive ſententiam aliquam maxime ſeveram & ſeriam ad præſentem temulentiam accommodatam* παρὰ πὸτον ... *Sic apud* Petron. *cum Convivæ invitaſſent ſeſe pluſculum inquit aliquis*-----Quam totus homuncio nil eſt, diutius vivit vinum quàm homuncio, ergo-----Vivamus dum licet eſſe bene. *v.* Lucian. *de Saltat. Hæc dicuntur* παρόινια ἄσματα *Pollux VI.* 19. *fuere* παροίνιοι αὐλοὶ *Idem Cap.* 10. *Lib.* 4. *nam ad tibiam canere ſolebant Miniſtri.* Waſſius. [21] *De Lacedæmoniis & Cretenſibus hoc ipſum teſtatur* Plat. *de leg. lib.* 1. *pag.* 568. *F.* & 569. *C.*

[1] *Hanc Hiſtoriam prolixè narrat* Plutarch. Ἐρωτ. διηγ. *p.* 772. *E. Actæoni Meliſſum dat patrem qui noſtro eſt Æſchylus. Amatori nomen erat Archias, qui, ut ex eodem diſcimus, ob hoc facinus Corintho Siciliam profugit.* [2] *A Bacchide Prumnidis filio, ex poſteris Aletæ Heraclidis, ortum ducebant, Corinthique imperium tenuère. Vid.* Pauſan. *in Corinth. p.* 92.

 rinthi

θεν ἐδυνάστευον· ὡς δὲ ἐσωφρόνει τὸ μειράκιον καὶ ὑπερεφρόνει ὕβρεως τοῦ ἐραστοῦ, [3] ἐκώμασεν εἰς Ἀκταίωνος ὁ ἐραστὴς, ὁμοῦ τοῖς Βακχιάδαις νεανίσκοις· οἱ θαρσοῦντες μέθῃ καὶ τυραννίδι καὶ ἔρωτι, εἰσπεσόντες εἰς τὸ δωμάτιον, οἱ μὲν ἐπειρῶντο ἀπάγειν, οἱ δὲ οἰκεῖοι, κατέχειν. Σπωμένου τὸ μειράκιον ὑπ' ἀμφοῖν, βίᾳ διαφθείρεται ἐν χερσὶν αὐτῶν. Καὶ [4] εἰκάσθη τὸ ἐν Κορίνθῳ τοῦτο πάθος τῷ Βοιωτίῳ διὰ τὴν ὁμωνυμίαν τῶν μειρακίων· ἀπολομένου ἑκατέρου, τοῦ μὲν, ὑπὸ κυνῶν ἐν θήρᾳ, τοῦ δὲ ὑπὸ ἐραστῶν ἐν μέθῃ. [5] Περιάνδρῳ τῷ Ἀμβρακιώτῃ τυράννῳ παιδικὰ ἦν μειράκιον πολιτικὸν, ἅτε δὲ οὐ σὺν δίκῃ τὴν ὁμιλίαν συστησαμένῳ, ὕβρις ἦν τὸ χρῆμα, οὐκ ἔρως· θαρσῶν δὲ ὁ Περίανδρος τῇ ἐξουσίᾳ, παροινεῖ εἰς τὸ μειράκιον. Ἡ δὲ παροινία αὕτη Περίανδρον μὲν ἔπαυσεν ὑβρίζοντα, τὸ δὲ μειράκιον ἐποίησεν ἐξ ἐρωμένου τυραννοκτόνον. Αὕτη δίκη ἀδίκων ἐρώτων. Βούλει σοι λέγω καὶ τοῦ ἑτέρου τρόπου τῶν ἐρώτων τοῦ δικαίου μίαν γέ τινα ἢ δευτέραν εἰκόνα; Μειρακίῳ [6] Ἀττικῷ δύο ἤστην ἐραστὰ, ἰδιώτης καὶ τύραννος· ὁ μὲν, δίκαιος ἦν, διὰ ἰσοτιμίαν· ὁ δὲ ἄδικος, δι' ἐξουσίαν. Ἀλλά τό γε μειράκιον ὄντως ἦν καλὸν καὶ ἐρᾶσθαι ἄξιον, ὥστε ὑπεριδὸν τοῦ τυράννου, τὸν ἰδιώτην ἠσπάζετο· ὁ δὲ, ὑπ' ὀργῆς, [7] τἆλλά τε ἀμφοτέρους προὐπηλάκισε, καὶ [8] ἀδελφὴν Ἁρμοδίου Παναθηναίοις ἥκουσαν ἐπὶ τὴν πομπὴν κανηφορήσουσαν ἐξήλασεν ἐπ' ἀτιμίᾳ. Διδόασι δίκην ἐκ τούτου Πεισιστρατίδαι, καὶ ἦρξεν ἐλευθερίας Ἀθηναίοις ὕβρις τυράννου, καὶ μειρακίου θάρσος, καὶ ἔρως δίκαιος, καὶ ἐραστοῦ ἀρετή. Ἐλευθεροῖ τὰς Θήβας [9] Ἐπαμινώνδας ὑπὸ Λακεδαιμονίων, στρατηγήματι ἐρωτικῷ. Μειρακίων πολλῶν καλῶν ἐρασταὶ ἦσαν Θήβησι πολλοὶ νεανίαι· ὅπλα δοὺς Ἐπαμινώνδας τοῖς ἐρασταῖς καὶ τοῖς ἐρωμένοις, ξυνέταξε λόχον ἱερὸν τοῦ ἔρωτος, δεινὸν καὶ ἄμαχον, καὶ συνασπίζοντα ἀκριβῶς, καὶ ἄρρηκτον· [10] οἷον οὔτε ὁ Νέστωρ περὶ τὸ

[3] *Qui hunc amatorum morem ignorat, adeat* Plutarch. Ἐρωτ. *p.* 762. *C. Cum commeſſantibus erant Tibicinæ; hinc Agathonis convivæ apud* Platon. *in Sympos p.* 331. G Κωμαστῶν καὶ αὐλητρίδος φωνὴν *audiunt: Huc etiam reſpexit* Lucian *in vit. Auct.* T. 1. *p.* 377. *de molli Philoſopho loquens:* Κωμάσαι, *inquit,* μετ' αὐλητρίδος ἐπιτήδειος, ἐρῶντι καὶ ἀσώτῳ διαιτᾶν. [4] *Hæc fabula ex* Ovid. *Metam. III. v.* 131. *& ſeq. fit notiſſima. Nugivenduli* Ἀλληγορισταὶ *hoc commentum ità explicant ac ſi, quoniam canes* inanitèr paſcendo omnem penè ſubſtantiam perdidit, à canibus ſuis devoratus eſſe dicatur, *ut ait* Fulgentius *Mythol. lib.* 3. *c.* 3. *vid. &* Palæphatum περὶ ἀπίστων *c.* 3. [5] *Periandri caſum paucis exhibet* Plutarch. Ἐρωτ. *p.* 768. *F.* Περίανδρος, *inquit,* ὁ Ἀμβρακιωτῶν τύραννος ἠρώτα τὸν ἐρώμενον, εἰ μήπω κύει, κἀκεῖνος παροξυνθεὶς ἀπέκτεινεν αὐτόν. *Eadem habet* Ariſtot. *de Rep. V.* 10. [6] *Hipparchus & Ariſtogiton Harmodium amabant;* Ἐραστῶν *verò poſterior unà cum Amaſio Tyrannum interfecit, ut multis refert* Thucyd. *lib.* 6. *p.* 215, 216. *ed. Steph.* [7] Ἅμα τι. Canter. [8] *A tempore* Erichthonii, *cùm* Panathenæa *agerentur, primariæ Virgines ferebant caniſtra, in quibus repoſita erant ea, quæ ſacris faciendis neceſſaria. Vid.* Meurſii *Panath. c.* 23. [9] *Pugnâ Leuctricâ.* Ἱερῷ λόχῳ, *qui ex Amaſiis*

Ἴλιον

rinthi imperabant. Cum autem caſtus adoleſcens eſſet, amantemque libidinoſum negligeret, nocte quadam, cum aliquot ejuſdem familiæ juvenibus, in domum Actæonis procatum venit: ubi vel ebrietatis ſuæ vel regiæ poteſtatis vel amoris fiducia, abducere adoleſcentem conatur, propinquis eum retinentibus; donec utrinque in diverſa diſtractus, miſer adoleſcentulus in manibus eorum expiraret. Quod Corinthiorum facinus cum altero illo cœpit conferri, quod in Bœotia accidit: non alia credo de cauſa, quam quod idem utrique adoleſcenti nomen eſſet, cùm alter in venatione à canibus, alter in vino diſcerptus eſſet ab amantibus. Periander Ambraciotarum tyrannus, civis cujuſdam filium in deliciis habebat, quo cum præter jus faſque abuteretur, fœda potius libido, quam amor dici debebat. Ergo Periander tempore quodam fretus poteſtate ſua, contumelioſè admodum adoleſcentem tractat: quæ res libidini ejus finem attulit, ſimulque adoleſcentem ex catamito tyrannicidam fecit. Talis plerunque pœna improbum amorem excipit. Viſne viciſſim alterius amoris, qui legitimus eſt, unum & alterum tibi adferam exemplum? Adoleſcens quidam Atticus, amatores habebat duos, privatum hominem, & tyrannum: quorum alter vir probus erat, conditionis ſuæ memor: alter improbus, potentiæ fiducia. Sed & adoleſcens verè pulcher erat, & amore non indignus: quo facilius tyrannum contempſit, privatum hominem amplexus eſt. Quare ſuccenſus ille, præter alias injurias, queis utrunque affecit, ſororem Harmodii, quæ Panathenæorum feſto ad gerendum caniſtrum veniebat, cum ignominia ejecit. Hujus facinoris pœnam ſtatim Piſiſtratidæ dedêre, cauſaque Athenienſibus libertatis fuit, contumelioſa tyranni libido, adoleſcentis audacia, probuſque amor, & amatoris virtus. Epaminondas amatorio ſtratagemate Thebas in libertatem à Lacedæmoniis vindicavit. Erant Thebis multi pulchri adoleſcentuli qui amabantur, multi pulchri juvenes qui amabant. Utriſque arma in manum Epaminondas dat, ex utriſque cohortem inſtruit amatoriam, quæ miræ virtutis planeque inexpugnabilis cum eſſet, conferto ſimul agmine facile hoſtium impetum ſuſtinuit. Qualem neque imperatorum

---

9 *Amatoribus conſtitit, auctor fuit Gorgidas.* Plutarch. *in Pelop. p.* 287. *B.* Τὸν δ' ἱερὸν λόχον, ὥς φασιν, συνετάξατο Γοργίδας πρῶτος, ἐξ ἀνδρῶν ἐπιλέκτων τριακοσίων —— Ἔνιοι δέ φασιν ἐξ ἐραστῶν καὶ ἐρωμένων γενέσθαι τὸ σύστημα τοῦτο. Athenæus *l.* 13. *p.* 561. *F.* Ὁ δὲ παρὰ Θηβαίοις ἱερὸς λόχος καλούμενος συνέστηκεν ἐξ ἐραστῶν καὶ ἐρωμένων. 10 *Hinc Pammenes Homerum incuſavit* ὡς ἀνέραστον, ὅτι κατὰ φῦλα καὶ φρήτρας συνελόχιζε τοὺς Ἀχαιοὺς, οὐκ ἐρώμενον ἔταττε παρ' ἐραστὴν —— καὶ γὰρ φυλέτας καὶ οἰκείους καὶ θεοὺς γονεῖς καὶ παῖδας ἐγκαταλείπουσιν, ἐραστοῦ δὲ καὶ ἐρωμένου μέσος οὐδεὶς πώποτε διεξῆλθε πολέμιος, οὐδὲ διεξήλασεν. *Verba ſunt* Plut. *ex Amat. p.* 761. *B. Vid. & vit.* Pelop. *ab eodem ſcript. p.* 287. *Porrò locus, quem reſpexit Pammenes, extat Il. B. v.* 362. *ubi Neſtor Agamemnonem hoc modo alloquitur,*

Κρῖν' ἄνδρας κατὰ φῦλα, κατὰ φρήτρας, Ἀγάμεμνον,
Ὡς φρήτρη φρήτρηφιν ἀρήγῃ, φῦλα δὲ φύλοις.

Ἴλιον συνεξήσατο, ὁ δεινότατος τῶν στρατηγῶν· οὔτε [11] Ἡρακλεῖδαι περὶ Πελοπόννησον, οὔτε [12] Πελοποννήσιοι περὶ τὴν Ἀττικήν· ἔδει γὰρ ἕκαστον τῶν ἐραστῶν [13] ἀριστεύειν καὶ διὰ φιλοτιμίαν ἐν ὄψει τῶν παιδικῶν μαχόμενον, καὶ δι' ἀνάγκην ὑπερμαχοῦντα τῶν φιλτάτων. Ἦν δὲ καὶ τὰ μειράκια ἐφάμιλλα τοῖς ἐρασταῖς, ὥσπερ ἐν θήρᾳ σκύλακες συμπαραθέοντες τοῖς πρεσβυτέροις τῶν κυνῶν. Τί δή μοι βούλεται ὁ Ἐπαμινώνδας καὶ ὁ Ἁρμόδιος, καὶ οἱ περὶ τοῦ ἀδίκου ἔρωτος λόγοι; ὅτι πρᾶγμα διττὸν, τὸ μὲν ἀρετῆς ἐπήβολον, τὸ δὲ μοχθηρίᾳ συμπεφυκὸς, [14] φωνῇ μιᾷ οἱ ἄνθρωποι ἐπονομάζοντες ἔρωτα, οὑτωσὶ καλοῦντες καὶ τὸν θεὸν καὶ τὴν νόσον. Καλλωπίζονται μὲν οἱ μοχθηροὶ ἐρασταὶ διὰ τὴν πρὸς τὸν θεὸν ὁμωνυμίαν, ἀπιστοῦνται δὲ οἱ χρηστοὶ διὰ τὸ ἀμφίβολον τοῦ πάθους· ἀλλ' ὥσπερ εἰ τοὺς ἀργυρογνώμονας ἐξετάζειν ἔδει, ὁπότερος αὐτῶν γνωριστικὸς τοῦ δοκίμου καὶ μή, τὸν μὲν πρὸ τοῦ δοκίμου τὸ φαινόμενον ἀσπαζόμενον πόρρω πάνυ ἐτιθέμεθα τῆς τέχνης, τὸν δὲ τἀληθῆ αὐτὰ γνωρίζοντα, τοῦτον καὶ συνιέναι αὐτῆς· ταύτῃ καὶ τὴν ἐρωτικὴν προσιῶμεν φέροντες, ὥσπερ [15] τινι νομίσματι, τῇ τοῦ καλοῦ φύσει. Ἐὰν γὰρ τούτου τὸ μὲν ᾖ φαινόμενον καλὸν, οὐχ οὕτως ἔχον, τὸ δὲ, καλὸν καὶ ὂν καὶ φαινόμενον, ἀνάγκη τοὺς μὲν τοῦ φαινομένου κάλλους καὶ μὴ ὄντος γλιχομένους, νόθους τινὰς εἶναι καὶ κιβδήλους ἐραστάς· τοὺς δὲ τοῦ καὶ ὄντος καὶ φαινομένου, γνησίους ἐραστὰς κάλλους ἀληθινοῦ. Εἶεν. Ἐπεὶ ταύτῃ βασανιστέον τε καὶ [16] ἀρθρητέον τὸν ἐρωτικὸν καὶ λόγον καὶ ἄνδρα, ἐπιτολμητέον τι καὶ Σωκράτους ἐκλογίσασθαι, τί ἦν αὐτῷ ταυτὶ τὰ θρυλλούμενα ἐν τοῖς λόγοις, ὁποῖα ἄττα φησὶ περὶ αὐτοῦ ἐκεῖνος· ὅτι εἴη θεράπων τοῦ ἔρωτος, καὶ [17] λευκὴ στάθμη πρὸς τοὺς καλοὺς, καὶ τὴν τέχνην δεινός. Ἀλλὰ καὶ [18] διδασκάλους ἐπιγέγραπται τῆς τέχνης, Ἀσπασίαν τὴν Μιλησίαν, καὶ Διοτίμαν τὴν Μαντικῆν, καὶ μαθητὰς λαμβάνει τῆς τέχνης, [19] Ἀλκιβιάδην τὸν γαυρότατον, καὶ Φαῖδρον τὴν θείαν κεφαλὴν, καὶ

---

[11] *Poſt annos à Trojana clade octaginta, pro calculo* D. Petavii, *Heraclidæ Peloponneſum occupàrunt. Rem totam breviter narrat Apollod. Biblioth.* II. 8. [12] *Decantatiſſimum intelligit bellum, quod Athenienſes inter & Peloponneſios erupit, cujus Hiſtoriam ſcripſit* Thucydides. [13] *Gemina germana occurrunt apud* Platon. *in Sympoſ. p.* 317. G. *Socrates apud* Xenoph. *in Conviv. p.* 898. *C. Pauſaniam eadem ſentientem reprehendit,* θαυμαστὰ λέγων, εἴγε οἱ ψόγου τε ἀφροντιστεῖν καὶ ἀναισχυντεῖν πρὸς ἀλλήλους ἐθιζόμενοι, οὗτοι μάλιστα αἰσχύνονται αἰσχρόν τι ποιεῖν. [14] *Hoc eſt quod queritur Protogenes apud* Plut. *Amat. p.* 750. *B.* Ἐγὼ δέ σοι δοκῶ, *inquit,* ἐρῶντι νῦν πολεμεῖν, ὡς ὑπὲρ ἔρωτος διαμάχεσθαι πρὸς ἀκολασίαν καὶ ὕβριν αἰσχίστοις πράγμασι καὶ πάθεσιν εἰς τὰ κάλλιστα καὶ σεμνότατα τῶν ὀνομάτων εἰσβιαζομένην. *Unde geminus Amor apud* Plat. *Conviv. p.* 318. *D.* [15] Τίνα νομίσματα H. St. [16] Ἀθρητέον Heinſ. [17] *Ità Socrates apud Plat. in Charmid. p.* 235. *F. Significat ſe omnes pulcros nullo habito delectu amare.* A. Gellius *Præf. Noct. Attic.* Albâ, ut dicitur, lineâ, ſine

20 Λύσιν

ſolertiſſimus Neſtor, in Trojano agro, neque in Peloponneſiaco Heraclidæ, neque in Attico inſtruxêre Peloponneſii. Neceſſe enim fuit amatores ſingulos, vel exiſtimationis ſuæ cauſa, quod in oculis adoleſcentulorum pugnarent, vel neceſſitatis, quod ſinguli amiciſſimum defenderent, ſtrenue rem gerere. Vehemens rurſus æmulatio adoleſcentulos pungebat, ut cum amatoribus ſibi ſuis paria facerent: ſicut in venatione catuli, qui majores canes ſequuntur. Quæ ergo cauſa eſt, cur Epaminondam adducam & Harmodium? cur de contrario amore agam? Ut intelligas rem duplicem, quarum altera cum virtute, altera cum improbitate conjuncta eſt, uno nomine amorem ab hominibus dici: eadem enim voce & Deum mortales ſignificant, & morbum. Quo fit ut improbi amatores ſe efferant, quaſi aliquid cum Deo commune habeant, nomen videlicet: non credantur contra boni, quia ambiguitas imponit. Quare quod faceremus, ſi duo nobis explorandi eſſent argentarii; alterum namque qui probo nummo præferret eum qui videretur tantum, procul à ſcientia abeſſe diceremus: alterum contra, qui veritatem intelligeret, peritum eſſe concederemus. Eodem modo ſcientiam amandi in ipſius pulchri natura, tanquam in nummo quodam explorando, verſari dicamus. Si enim pulchrum duplex eſt: quorum alterum videtur eſſe, nec eſt, alterum videtur & eſt, neceſſe eſt eos qui pulchrum illud ambiunt, quod videtur, nec eſt; ſpurios & adulterinos amatores eſſe: contra, qui illud quod videtur & eſt, veros amatores & eſſe, & verum pulchrum amare. Eſto. Cum ergo una hæc ſit explorandi ratio, qua & de homine & ſermone amatorio ſit judicandum: audeamus & in quædam Socratis verba inquirere, ut ſciamus quid illa ſibi velint, quæ toties in diſputationibus ipſius occurrunt, cum de amore loquitur. Ut cum dicis gratia, *amoris famulum ſe vocat*, cum *albam formoſi corporis amuſſim*, cum artis hujus ſibi vindicat ſcientiam. Etiam cum magiſtras hujus diſciplinæ agnoſcit, Aſpaſiam Mileſiam, & Diotimam Mantinicen: cum diſcipulos ejuſdem aſſumit, generoſiſſimum Alcibiadem, & divinum illud, ut vocat, caput, Phœdrum, & adoleſcentulum Lyſin, & formoſum illum

curâ diſcriminis, ſolam copiam ſectati converrebant. [18] *Aſpaſia quidem in Rhetoricis fuit Socratis Magiſtra. Vid.* Platon. *Menexem. p.* 403. *E. De eâ multa habet* Suidas, *quæ ex* Ariſtoph. *Schol. in Acharnenſ. p.* 396. *pro more ſuo tranſtulit. Sed quod Socratem docuerit* τȣ̀ς περὶ Ἔρωτος λόγȣς *nondum comperi. De Diotimâ verò res eſt clara è Sympos. pagg.* 327. *C. &* 329. *F.* [19] *Alcibiadis ſuperbiam ſatis apertam fecit Socrat. in Alcib. I. p.* 25. Πολλῶν γὰρ, *inquit,* γενομένων καὶ μεγαλοφρόνων, ἐδεὶς ὃς ἐχ ὑπερβληθεὶς τῷ φρονήματι ὑπὸ σοῦ πέφευγε. *Porrò Phædrum vocat* θείαν κεφαλὴν *in cognom. Dial. p.* 339. *G. Hic autem locus in* MS. *Reg. cum additamentis quibuſdam extat, hoc modo:* Ἀλκιβιάδην τὸν γενναιότατον, καὶ Κριτόβȣλον τὸν ὡραιότατον, καὶ Ἀγάθωνα τὸν ἁβρότατον καὶ Φαῖδρον *&c. Quæ etiam in ſuo Codice invenit Paccius, ut ex ejus verſione apparet.*

 Charmi-

[20] Λύσιν τὸ μειράκιον, καὶ Χαρμίδην τὸν καλόν. Ἀποκρύπτεται δὲ οὐδὲν τῶν τοῦ ἔρωτος, οὔτε ἔργον, οὔτε πάθος, ἀλλὰ ἔοικε πάντα ἐξῆς παῤῥησιαζομένῳ. Πηδᾷ μὲν αὐτῷ ἡ καρδία ἐπὶ Χαρμίδῃ καὶ ἰδόντι τὸ σῶμα, ἐπτόηται δὲ καὶ ἐνθουσιᾷ, καθάπερ αἱ Βάκχαι, ἐπὶ Ἀλκιβιάδῃ, [21] ἐπιστρέφεται δὲ ἐπ᾽ Αὐτόλυκον τὰ ὄμματα, ὥσπερ ἐν νυκτὶ ἐπὶ φέγγος. Πόλιν δὲ οἰκίζων ἀγαθῶν ἀνδρῶν, τιθεὶς νόμους τοῖς ἀριστεύουσιν, οὐ στέφανον, οὐδὲ εἰκόνας, τὰς Ἑλληνικὰς φλυαρίας, δωρεῖται, [22] ἀλλ᾽ ἐξεῖναι φιλεῖν τῷ ἀρίστῳ ὅν δὴ τινα ἂν θέλῃ τῶν καλῶν. Ὢ τοῦ θαυμαστοῦ γέρως. Αὐτὸς δὲ δὴ τὸν ἔρωτα, ἀναπλάττων ἐπ᾽ αὐτῷ μῦθον, οἷον καὶ εἶναι λέγει; [23] αἰσχρὸν ἰδεῖν, καὶ πένητα, ἐγγυτάτω τῆς ἑαυτοῦ τύχης, ἀνυπόδητον, χαμαιεύνην, ἐπίβουλον, θηρατικόν, φαρμακέα, σοφιστήν, γόητα ἀτεχνῶς· οἷα εἰς αὐτὸν Σωκράτην ἔσκωπτον ἐν Διονυσίοις οἱ κωμῳδοί. Ἔλεγε δὲ ταῦτα [24] μόνον οὐκ ἐν μέσοις τοῖς Ἕλλησιν, ἀλλὰ καὶ οἴκοι καὶ δημοσίᾳ, ἐν συμποσίοις, ἐν Ἀκαδημίᾳ, ἐν Πειραιεῖ, ἐν ὁδῷ, [25] ὑπὸ πλατάνῳ, ἐν Λυκείῳ· καὶ τὰ μὲν ἄλλα πάντα ἀποποιεῖται εἰδέναι, καὶ τοὺς περὶ ἀρετῆς λόγους, καὶ τὰς περὶ θεῶν δόξας, καὶ τὰ ἄλλα ἅπαντα ἐφ᾽ οἷς οἱ σοφισταὶ ἐκόμων· [26] τὴν δὲ ἐρωτικὴν τέχνην ὑποδύς, ταύτης καὶ ἐπιστήμων εἶναι, καὶ πραγματεύεσθαι περὶ αὐτὴν ἔλεγε. Τί βούλεται τῷ Σωκράτει ταυτὶ τὰ κομψά, εἴτε αἰνίγματα, εἴτε εἰρωνεύματα, ἀποκρινάσθω ἡμῖν ὑπὲρ τοῦ Σωκράτους Πλάτων, ἢ Ξενοφῶν, ἢ Αἰσχίνης, ἢ τις ἄλλος τῶν ὁμοφώνων αὐτῷ· ἐγὼ γὰρ θαυμάζω καὶ ἐκπλήττομαι ὅπως τὰ μὲν Ὁμήρου ἔπη τῆς θαυμαστῆς πολιτείας καὶ τροφῆς τῶν νέων ἀπεπέμψατο αὐτῷ Ὁμήρῳ, στεφανώσας τὸν ποιητὴν καὶ χρίσας μύρῳ, αἰτιασάμενος τὴν παῤῥησίαν τῶν ἐπῶν, [27] ὅτι ὁ Ζεὺς πεποίηται αὐτῷ τῇ Ἥρᾳ μισγόμενος ἐν τῇ Ἴδῃ, νεφέλης αὐτοὺς καλυπτούσης ἀθανάτου, καὶ Ἄρεως καὶ Ἀφροδίτης συνουσία, καὶ Ἡφαίστου δεσμά, καὶ θεοὶ πίνοντες, καὶ γελῶντες θεοὶ ἄσβεστον γέλωτα, καὶ Ἀπόλλων φεύγων, καὶ Ἀχιλλεὺς διώκων,

[28] Αὐτὸς θνητὸς ἐών, θεὸν ἄμβροτον·
καὶ ὀδυρόμενοι θεοί·
[29] Ὤμοι ἐγών, ὅτε μοι Σαρπηδόνα φίλτατον ἀνδρῶν,
ὁ Ζεὺς λέγει· καὶ αὖθις αὖ,
[30] Ὤμοι ἐγὼ δειλή, ὤμοι δυσαριστοτόκεια,

---

[20] Ἔστι δὲ ὁ Λύσις, *inquit* Socrat. *in Lyſide p.* 106. *D.* υἱός τις. *Charmidem appellat* καλὸν *in Theag.* p. 11. [21] *Reſpicit locum qui in* Xenophont. *Sympoſ. p.* 873. *C. invenitur. Porrò malè* Heinſ. *memoriæ lapſum* noſtro *impingit, quamvis enim hoc de omnibus convivis dicitur, iis tamen interfuit Socrates*; Et quod de omnibus verum eſt, de ſingulis nequit eſſe falſum. [22] *Vid. lib.* 5. *de Rep. p.* 464. *A. Hinc Lucian.* Βίων πρᾶσις p. 380. Ἀγορ. Τί δὲ περὶ τῶν ἐν ὥρᾳ παίδων σοι (Σώκρατες) δοκεῖ; Σωκρ. καὶ οὗτοι ἔσονται τοῖς ἀρίστοις ἆθλον φιλῆσαι λαμπρόν τι καὶ νεα-

ἢ Θέ-

Charmidem. Nullam enim amatoriam aut actionem aut affectum diſſimulat, ſed liberè omnia ordine effundit. Quid quod amore Charmidis *palpitare ſibi cor dicit, percelli & furere non ſecus quam Bacchæ ſolent, amore Alcibiadis: ad Autolycum non aliter quam noctu ad lumen aliquod ſe convertere oculos?* Rurſus in ſua quam ex optimis civibus conſtituit Rep. cum de præmiis virtutis ſancit leges, non coronas aut ſtatuas, reliquaſque Græcorum nænias dat illis: ſed ut præſtantiſſimo liceat pulchrum amare adoleſcentulum, quem ipſe voluerit. O præmium admirabile! Jam in fabula quam de Amore finxit ipſe, quomodo deſcripſit eum? Turpem videlicet aſpectu, pauperem, ejuſdem ferè fortunæ cujus ipſe eſſet, diſcalceatum, humicubum, inſidiatorem, qui ſemper venaretur aliquid, veneficum, ſophiſtam, præſtigiatorem denique, & quicquid ipſi Socrati Dionyſiis objicere ſolebant comici. Et hæc quidem propemodum in medio Græcorum omnium, ſed & privatim, & publicè; in conviviis, in Academia, in Piræeo, in via, ſub platano dicebat ſua, & in Lyceo. Adde quod reliquarum rerum negat ſe ſcire quicquam, nec quæ de virtute, nec quæ de Diis traduntur, neque quicquam denique eorum quæ cum faſtu profitebantur ſophiſtæ. Solum tamen amatoriæ ſcientiæ nomen artemque ſibi vindicat: in ea quotidie occupari ſe fatetur. Quid ſibi volunt iſti tam verniles, ſive luſus, ſive ænigmata, ô noſter Socrates? Reſpondeat nobis pro Socrate, vel Plato, vel Xenophon, vel Æſchines, ejuſve familiarium alius quivis. Ego certè miror & obſtupeſco, cum cogito, Socratem ex admirabili illa ſua Rep. procul ab educatione juvenum cum corona & unguento, ut ipſe loquitur, ablegaſſe Homerum: non aliam ob cauſam, quam licentiam illam qua in poëſi ſua uſus eſt. Ut cum Jovem inducit, qui ſub immortali nebula Junonem ſuam amplectitur in Ida monte. Ut cum Martis Venerisque congreſſum & Vulcani deſcribit vincula. Cum Deorum compotationes, & effuſos riſus, quod Apollo fugiat, Achilles ſequatur,

*Mortali de ſtirpe, Deum*------

quod Dii lamententur:

*Hei mihi Sarpedon animi lux unica noſtri*
*Occidit,*

ait Jupiter. Et rurſus,

*Hei mihi cui natus pariter præſtanſque miſerque*
*Contigit!*

---

νικὸν ἐργασαμένοις. [23] *In Convivio p.* 328. *B. Quæ eadem illi objecit* Ariſtoph. *in* Nubibus. [24] Μονῳδία. *Heinſ.* [25] *ſub quâ diſſimulationem cum Phædro habuit. vid. Platon. Phædr. p.* 338. *A.* [26] Οὐδ᾽ ἐν φημι ἄλλο ἐπίστασθαι, *ait Socrates in Platon.* Sympoſ. *p.* 317. C. ἢ τὰ ἐρωτικά. [27] *Hæc & quæ ſequuntur reprehendit* Socrates *lib.* 2. *de Repub. juxtà fin. & lib.* 3. *init. p.* 430, 433, 434. [28] *Il.* X. *v.* 9. [29] *Il.* Π. *v.* 433. [30] *Iliad.* Σ. *v.* 54.

ἡ Θέτις λέγει· καὶ ὅσα ἄλλα ἐπὶ τούτοις Ὅμηρος μὲν ἠνίξατο, Σωκράτης δὲ ἐμέμψατο. Αὐτὸς δὲ δὴ Σωκράτης ὁ ἐραστὴς μὲν τῆς σοφίας, πενίας δὲ κρείττων, ἡδονῆς δὲ ἐχθρὸς, ἀληθείας δὲ φίλος, οὕτω σφαλεροὺς καὶ κινδυνώδεις λόγους ταῖς αὑτοῦ ὁμιλίαις ἀνεκέρασεν, ὥστε τὰ Ὁμήρου αἰνίγματα πόῤῥω πάνυ εἶναι τῆς αἰτίας, τοῖς ἐκείνου παραβαλλόμενα. Αὐτίκα καὶ ὁ μὲν περὶ τοῦ Διὸς τοιαῦτα ἀκούσας καὶ τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ τῆς Θέτιδος καὶ τοῦ Ἡφαίστου, καταμανθάνεται τοῦ λόγου, ὡς φησὶ μὲν ταῦτα [31] ἕτερα δὲ αἰνίττεται, καὶ παρεὶς τῇ ἀκοῇ τὸ τερπνὸν, συναγωνίζεται τῷ ποιητῇ, καὶ συνεξαίρεται τῇ φαντασίᾳ καὶ συναναπλάττει τὸν λόγον, ἀπιστῶν ὁμοῦ καὶ χαίρων τῇ τῆς μυθολογίας ἐξουσίᾳ· ὁ δὲ Σωκράτης ἡμῖν ἐπ' ἀληθείᾳ διατεθρυλλημένος, ἐπισφαλέστερος ἐν οἷς αἰνίττεται, καὶ διὰ τὸ ἀξιόπιστον μὲν ἐν τοῖς λόγοις, δυνατὸν δὲ τῇ μιμήσει, ἀνόμοιον δ' ἐν τοῖς ἔργοις. Οὐδὲν γὰρ αὐτὸς αὑτῷ ὅμοιος ὁ Σωκράτης, ἐρῶν τῷ σωφρονοῦντι, καὶ ὁ ἐκπληττόμενος τοὺς καλοὺς, τῷ ἐλέγχοντι τοὺς ἄφρονας· [32] ὁ Λυσίου τῶν ἐρωτικῶν ἀντίτεχνος, ὁ Κριτοβούλου ἀττόμενος, [33] ὁ ὑπὸ κυνηγεσίου τῆς Ἀλκιβιάδου ὥρας περιαγόμενος, ὁ Χαρμίδην τεθηπώς. Πῶς γὰρ ὅμοια ταῦτα φιλοσόφου βίῳ; οὐ τῇ πρὸς τὸν δῆμον παῤῥησίᾳ, οὐδὲ τῇ πρὸς τοὺς [34] τυράννους ἐλευθερίᾳ, οὐδὲ τῇ ἐπὶ [35] Δηλίῳ ἀριστείᾳ, οὐδὲ τῇ [36] πρὸς τοὺς δικαστὰς ὑπεροψίᾳ, οὐδὲ τῇ ἐπὶ τὸ δεσμωτήριον ὁδῷ, οὐδὲ τῇ πρὸς τὸν θάνατον παρασκευῇ· πολλοῦγε καὶ δεῖ. Εἰ μὲν γὰρ ἀληθῆ ταῦτα, εὐφημεῖν ἄξιον· εἰ δὲ αἰνίττεται δι' αἰσχρῶν ῥημάτων πράξεις καλὰς, δεινὸν καὶ σφαλερὸν τὸ χρῆμα· τὸ γὰρ ὑποβαλεῖν αἰσχρῷ καλὸν, καὶ τὰ ὠφελοῦντα διὰ τῶν βλαπτόντων ἐπιδείκνυσθαι, οὐκ ὠφελεῖν βουλομένου ἔργον (τὸ γὰρ ὠφελοῦν ἀφανὲς) ἀλλὰ βλάπτειν· πρόχειρον γὰρ τοῦτο. Ταῦτα οἶμαι Θρασύμαχον εἰπεῖν ἢ Καλλίαν ἢ Πῶλον, ἢ ὅστις ἄλλος τῇ Σωκράτους φιλοσοφίᾳ ἐπολέμει. Φέρ' ἐπαμυνώμεθα τῷ λόγῳ, μὴ ἱκανὰ φλυαροῦμεν. Καὶ δή μοι δοκῶ βούλεσθαι μὲν ταῦτα, δύνασθαι δὲ ἧττον· χρὴ δὲ ὁμοῦ τὸ βούλεσθαι, καὶ δύνασθαι. Ὧδε τοίνυν δράσωμεν [37] περὶ ῥᾳστώνην τοιαύτην τῷ λόγῳ, οἵαν καὶ εἰς τὰ δικαστήρια εἰσαγγελλόμενοι, ἢ κινδυνεύοντες, οὐ περὶ τοῦ πράγματος

---

[31] *Hujuſmodi fabulas non recipiendas cenſet Plato, ſive per allegoriam dictæ ſint, ſive ſine allegoriâ.* Ὁ γὰρ νέος, *ut rectè ſubjicit,* οὐχ οἷός τε κρίνειν, ὅ, τι τε ὑπόνοια καὶ ὃ μή. Ἀλλ' ἃ ἂν τηλικοῦτος ὢν λάβῃ ἐν ταῖς δόξαις, δυσέκνιπτά τε καὶ ἀμετάστατα φιλεῖ γίγνεσθαι. *Lib. 2. de Rep. p. 430. B.* [32] *Amatoriam Lyſiæ orationem Socr. apud Plat. in Phædro refellit.* [33] *Reſpicit Protagoræ init. p. 193. A. Charmidis verò formam magnoperè laudat in Charm. p. 276. A.* [34] *Critiam & Chariclem intelligit qui fuêre ex XXX. Tyrannis. Hiſtoriam vid. apud Xenoph. Memor. l. 1. p. 716 & ſeq.* [35] *Meminit Plato in Sym-*

ἀπολο-

Thetis dicit. Et cætera quæ ab Homero alia mente dicuntur, reprehenduntur à Socrate. Ipſe tamen Socrates, ille philoſophiæ amator, paupertatis contemptor, hoſtis voluptatis, amicus veritatis, lubricos adeo periculoſoſque diſputationibus ſuis miſcuit ſermones, ut merito excuſari fabulæ Homericæ poſſint ſi cum illis conferantur. Statim enim quicumque ejuſmodi, vel de Jove, vel de Apolline, vel de Thetide, vel Vulcano audit, non aliter quam in oraculo, aliud verba dicere, aliud ſignificare intelligit. Itaque auribus voluptatem indulget, animo verò cum poëta certat, & imaginationem ſuam altius attollit, & ipſe quoque quaſi adjuvat figmentum: commoditatem denique fabulæ ac jucunditatem amplectitur, nec licentiam admittit tamen animo ac credit. At vero Socrates qui ubique à veritatis commendatur ſtudio, magis periculoſas fingit fabulas, vel propter ſummam autoritatem viri, vel vim imitationis ſingularem, vel quod re ipſa abhorrere ab amore videatur. Quid enim diſſimilius Socrate, cum de amore & de temperantia loquitur? cum ad pulchrorum aſpectum, quaſi percuſſus deficit, libidinoſos reprehendit? Cum amatoriam Lyſiæ orationem refutat, cum Critobulum reprehendit: cum ab Alcibiadis venatione redit, cum Charmidem obſtupeſcit? Quid enim hæc ad ſapientis vitam, ad præſentiam animi, qua populum, libertatem, qua reges tangit, virtutem, qua ad Delium hoſtes, magnitudinem animi, qua in judicio adverſarios contemnit: quid ad ſupremum illud iter cum carcerem intrat, aut denique illa quibus ſe ad mortem parat? Nihil hercules. Nam ſi hæc ſimpliciter dicit, ut cogitat, taceo, ne quid gravius dicam: ſin oratione turpi honeſta deſignat; nec laudari poteſt hoc, nec periculo caret. Neque enim honeſtum turpi velare, & ea quæ proſunt ſub iis quæ nocere poſſunt abſcondere, videtur ejus eſſe, qui prodeſſe vult (quippe quod prodeſſe poteſt, non apparet) ſed qui nocere mavult: quod factu eſt facillimum. Hæc, niſi fallor, Callias diceret, aut Polus, aut ſi quis præterea Socraticæ philoſophiæ fuit adverſarius. Age ergo illis, ne ulterius nugemur, ſic reſpondeamus: quamvis longe ſupra vires noſtras ſit voluntas: cum voluntas parum poſſit niſi facultas adſit. Et tamen ita conabimur, ut quo ſecurius noſtra procedat defenſio, id quod rei ſolent, faciamus, imminente periculo: nec enim ad crimen tantum quod obji-

*poſ. p.* 335. *D. Eum verò mendacii arguit* Herodicus Cratettius *apud Athen. l.* 5. *p.* 215. *F.* [36] *Hanc ejus ergà judices* ὑπεροψίαν *indicat* Tullius *l.* 1. *de Orat. c.* 54. Ita in judicio pro ſe dixit, ut non ſupplex aut reus, ſed magiſter aut dominus videretur eſſe judicum, *&c.* [37] *Hunc locum eſſe corruptum nemo non videt.* H. Stephanus *hoc modo emendat*; Περιποιοῦντες ῥᾳστώνην τοιαύτην τοῦ λόγου, ὅταν καὶ οἱ εἰς τὰ δικαστήρια εἰσαγγελλόμενοι, οἱ κινδυνεύοντες *&c.*

citur

ἀπολογοῦνται μόνον ὑπὲρ ὅτου ἡ εἰσαγγελία ἐγένετο, ἀλλ' ἠρέμα εἰς ἄλλους ἀξιοχρεωτέρους τρέπουσι τὴν αἰτίαν, τῇ πρὸς ἐκείνους κοινωνίᾳ κατασμικρύνοντες τὰ αὑτῶν. Οὐκοῦν καὶ ἡμεῖς περὶ Σωκράτους, εἰ μὲν ὀρθῶς ταῦτα ἔδρα, ἢ μή, σκοπεῖν ἀναθησόμεθα σμικρόν, ὅσον τὸ νῦν ἔχον· λέγωμεν δὲ ὧδε πρὸς τουτουσὶ τοὺς δεινοὺς κατηγόρους. [38] Ἡμῖν δοκεῖτε, ὦ ἄνδρες, ἀτοπώτεροι εἶναι συκοφάνται Ἀνύτου καὶ Μελίτου· ἐκεῖνοι μὲν γε ἀδικεῖν γραψάμενοι Σωκράτην, καὶ τοὺς νέους διαφθείρειν, καὶ [39] ὅτι μὲν Κριτίας ἐτυράννευσε τοῦτο ἀδικεῖν ἔλεγον τὸν Σωκράτην, καὶ ὅτι Ἀλκιβιάδης ἐξύβριζε, καὶ ὅτι τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖ, καὶ [40] ὀμνύει τὴν πλάτανον καὶ τὸν κύνα· τῶν δὲ ἐρωτικῶν τῶν Σωκράτους ἀπέσχοντο καὶ οἱ δεινοὶ οὗτοι συκοφάνται. Ἀλλ' οὐδὲ Ἀριστοφάνης τὰ Σωκράτους ἐν Διονυσίοις κωμῳδῶν, ὁ δεινότατος τῶν κατηγόρων, ἐλοιδορήσατο τῷ ἔρωτι τοῦ Σωκράτους· καίτοι πένητα εἰπών, καὶ ἀδολέσχην, καὶ σοφιστήν, καὶ πάντα μᾶλλον ἢ καλῶς ἐρῶντα· οὐ γὰρ ἦν, ὡς ἔοικε, τὸ πρᾶγμα οὔτε τοῖς συκοφάνταις, οὔτε τοῖς κωμῳδοῖς ἐπιλήψιμον· διὸ δὴ τὸ μὲν Ἀθηναίων θέατρον καὶ τὸ δικαστήριον ἐκεῖνο διαπέφευγε. Πρὸς τουτουσὶ δὲ τοὺς νυνὶ κατηγόρους (οὐ γάρ εἰσιν ἐκείνων ἀμαχώτεροι) διαγωνισώμεθα τὸ πρῶτον τῇδε· ὡς οὐκ ἴδιον Σωκράτους τὸ ἐρωτικὸν ἐπιτήδευμα, ἀλλὰ μακρῷ πρεσβύτερον. Μάρτυρα δὲ αὐτὸν Σωκράτην παραστησώμεθα, ἐπαινοῦντα μὲν τὸ ἔργον καὶ θαυμάζοντα, αὐξανόμενον δὲ αὐτοῦ τὴν εὕρεσιν. Ἐπιδειξαμένου γὰρ αὐτῷ τοῦ Μυῤῥινουσίου Φαίδρου λόγον ὑπὸ Λυσίου τοῦ Κεφάλου συγγεγραμμένον ἐρωτικόν, οὐκ ἔφη θαυμάζειν, [41] πλήρες τὸ στῆθος ἔχων, ὥσπερ ἀγγεῖον, ἀλλοτρίων ναμάτων, ἤτοι [42] Σαπφοῦς τῆς καλῆς (οὕτω γὰρ αὐτὴν ὀνομάζων χαίρει διὰ τὴν ὥραν τῶν μελῶν, καίτοι μικρὰν οὖσαν καὶ μέλαιναν) ἢ Ἀνακρέοντος, φησί, [43] τοῦ σοφοῦ. Τὸν δὲ ἐν τῷ συμποσίῳ λόγον τὸν εἰς ἔρωτα ἔπαινον [44] Μαντινικῇ γυναικὶ ἀνατίθησιν. Ἀλλὰ εἴτε Μαντινική, εἴτε καὶ Λεσβία τις ἦν ἡ τοῦ λόγου μήτηρ, πάντως γε οὐκ ἴδιοι τοῦ Σω-

ret, ſibi adſumat. Cum autem duæ ſint, ut Plato docet, partes animæ; quarum altera ratio, altera affectus dicitur: neceſſe eſt amorem, ſi quidem ſit vitium, affectum eſſe ſine ratione; ſin virtus, è duobus alterum: ut vel ad rationem referatur, & ab affectu planè ſeparetur, aut ad effectum referatur, qui rationi ſit conjunctus. Quòd ſi amor nihil eſt aliud quam amicitiæ quidam impetus atque appetitus, quo ſimile natura ſua ad ſimile pertrahitur, ut cum ſimili miſceatur ſimile, affectus erit non ratio. Quare neceſſe erit, ut huic affectui præficiatur ratio, ut virtus fiat non morbus. Sicut in corporum noſtrorum temperamentis fieri videmus, ubi ſanitas nihil eſt, quàm diſpoſitio quædam, quæ ex humido & ſicco, frigido & calido, vel naturæ vel artis beneficio apte compoſito conſtat: quod ſi vel tantillum naturæ demas vel artis, diſpoſitionem illam turbas, ipſam ſanitatem evertis. Eodem modo, amor quamvis accedat ratio, affectus eſſe non deſinit: ſin rationem tollas, temperamentum illud aptum confundis, nihilque aliud quam morbum efficis. Sit igitur appetitus quidam animæ, ipſe amor, qui fræno indiget, non minus quam equus generoſus. Nam ſi quocumque volet, animum abire permittes, non aliud agis, ut Homerica imagine utar, quam ſi equum adultum in campo exultare ac ferocire ſinas: ut nec lavacra petat quæ debet, non curſus à domitore præſcriptos exerceat: ſed ſine habenis; ſine ullo paſſim feratur inſpectore. Atqui ut ingratum eſt videre equum ſolutum, ita fœdum audire libidinoſum amorem. Hic ille amor eſt, qui rupes tranſilit, fluvios tranat, gladios arripit, laqueos nectit, novercam invadit, inſidiatur privigno; exlex, furioſus, intempeſtivus. Hic eſt, quem tragœdiæ in ſcenis depingunt, qui in fabulis accuſatur, furiarum pleniſſimus, pleniſſimus lacrymarum. Hic eſt qui lamentatur, qui gemit; qui raro felix eſt, qui præter æquum bonúmque effertur, mutationi cuilibet eſt obnoxius: qui ſubito impetu in voluptates corporis rapitur, qui corpus corpori miſcere ardet, qui neque honeſtum, neque legitimum, neque amatorium vere petit complexum. Quia enim nomen audit pulchritudinis, impellitur: quia veram ignorat pulchritudinem, decipitur. Huic alter qui contrarius eſt, ſola ſpe fœtus, juſtè ac legitime, naturalique inflammatus cupidine, cum ſolo fœcundo ſexu coit, ut ſimile producat: gentemque muliebrem à noſtro ſeparat. Hæc eſt lex,

---

*locatum. Hinc Socrates ſuum amorem non ſimpliciter* ἐρωτα, *ſed* τέχνην ἐρωτικὴν *vocabat, putavit nempè artis nonnihil ei ineſſe. Vid.* Alcinoum *c.* 32. [10] *MS. Flor. hunc locum ſic legit, ut Paccii verſio oſtendit.* Τὸ παῖδος μὴ ὅμοιος ἔσῃ, κἂν ἔχῃ λόγον *&c.* [11] *Iliad.* O. *v.* 263. [12] *Heinſ. legit* ἵππος. [13] *Deos quinque nuptiis præfecêrunt Veteres. Erant autem Jupiter adultus, Juno adulta, Venus, Suadela & Lucina. Vid.* Plut. *Quæſt. Rom.* p. 264. B. *Porrò* Dii Γενέθλιοι *ſunt Genii,* Ὁμόγνιοι *verò Penates.*

quam

Γενεθλίων θεσμὸς, ἐπὶ πάσῃ ζώων φύσει τεταγμένος, τῶν μὲν αὐτομάτων εἰς τὴν κοινωνίαν, ὑπὸ οἰκείου ἔρωτος ἐν ὥρᾳ τοῦ γεννᾷν ἰόντων, τῶν δὲ καὶ διὰ τέχνης ἐπιστάτου ποιμενικῆς τε καὶ αἰπολικῆς καὶ βουφορβοῦ, καὶ ἱπποκόμου, ζευγνυόντων ἑκάστων κατὰ φύσιν τὰ αὐτῶν θρέμματα καὶ διακρινόντων. [14] Αὖθις δὲ ὕβρεως,

[15] ----Χωρὶς μὲν πρόγονοι, χωρὶς δὲ μέτασσαι,
Χωρὶς δ' αὖθ' ἕρσαι.

Ἡ δὲ τῶν ἀνθρώπων ἀγελαιοτέρου ἐπιστάτις, βασιλικὴ καὶ ποιμενικὴ τέχνη, οὐδεμίαν ἐξεύροι ἂν ἄλλην ὕβρεως ἀρωγὸν μηχανὴν, πρὶν ἄν τις [16] ἑκὼν τῷ λόγῳ, καὶ τὴν ψυχὴν παραδοὺς ποιμαίνειν αἰδοῖ καὶ σωφροσύνῃ. Ὥσπερ γὰρ ἄλλο ἄλλῳ ζώῳ ἀλέξημα ἥκει παρὰ τῆς φύσεως εἰς τὸν αὐτοῦ βίον, ὑφ' οὗ σώζεται, [17] λέουσιν ἀλκὴ, ἐλάφοις δρόμοι, θῆραι κυσίν· καὶ τῷ μὲν διερῷ γένει αἱ νήξεις· τῷ δὲ μεταρσίῳ αἱ πτήσεις· τῷ δὲ ἰλυσπωμένῳ οἱ φωλεοί· ὡς δὲ καὶ τοῖς ἀνθρώποις, τὰ ἄλλα ἐλαττουμένοις τῶν ἁπάντων· καὶ γὰρ ἀλκὴν ἀσθενέστατοι, καὶ θεῖν βράδιστοι, καὶ ἀνίπτασθαι ἀδύνατοι, καὶ νήχειν ἀσθενεῖς, καὶ φωλεύειν ἀμήχανοι· λόγον δὲ αὐτοῖς Θεὸς ἔδωκε πρὸς τὰς ἁπάντων εὐπορείας ἀντίρροπον, ὑποβάλλων αὐτῷ τὴν ἐρωτικὴν ὄρεξιν, ὡς χαλινῷ ἵππον, ὡς τοξότῃ τόξον, ὡς οἴακι ναῦν, καὶ τεχνίτῃ ὄργανον. Ὅ, τε οὖν λόγος αὐτοῖς αὐτοῦ ἀμβλύτατος, ἀνέραστος ὤν· ὅ, τε ἔρως αὐτὸς αὐτοῦ ἐμπληκτότατος, ἀπειθέστατος ὢν τῷ λόγῳ. Ἔστι δὲ ἡ πειθὼ συζυγία ἔρωτος καὶ λόγου πρὸς τὸ καλὸν ὁρμωμένων, καὶ λαμπρυνομένων ἐπ' αὐτὸ πολλῷ δρόμῳ· [18] ὁ δὲ οἰόμενος ἐν τῇ σαρκῶν φύσει κατορωρύχθαι τὸ καλὸν, ἡδονὴν κάλλους ἀλλάττεται, καὶ ἐξαπατᾶται ὑπ' αὐτῆς· πιθανὸν γὰρ κακὸν ἡδονὴ, καὶ κολακείας ἀνάπλεων. Τοῦτο καὶ [19] *μειράκιον* Τρωϊκὸν βουκολοῦν τέως καὶ περὶ τὴν Ἴδην πλανώμενον, οὐκ ἀναχόμενον τὰς οἴκοι ἡδονὰς, ἐπὶ θάλατταν ἐκ τῶν ὀρῶν καταβιβασάμενον, εἰς ναῦν ἐνθέμενον, ἐπὶ Πελοποννήσου ἐπεραίωσε, λῃστὴν ἐραστήν. Οὐ γὰρ ἦν περὶ τὴν Ἀσίαν σῶμα ἄλλο καλὸν, οὐ Τρωϊκὸν, οὐ Δαρδανικὸν, οὐχ Ἑλλησπόντιον, οὐ Λύδιον, ὁμόφωνον τῷ ἐραστῇ, ἐν τοῖς αὐτοῖς ἤθεσί τε καὶ νομίμοις τεθραμμένον· ἀλλ' ἐπὶ τὴν Σπάρτην καὶ τὸν Εὐρώταν ἔρχεται κωμαστὴς διαπόντιος, ἐξ ὀνείρων ἐραστής· καὶ ἀδικεῖ τὸν ὑποδεξάμενον καὶ ἀνίστησι, καὶ διαλύει γάμον Ἑλληνικόν. Ὦ λίχνου ἔρωτος, καὶ ἀδίκων ἐνυπνίων, καὶ ὀφθαλμῶν πονηρῶν, καὶ ἡδονῆς ἡγεμόνος πολλῶν κακῶν. [20] Οὕτω καὶ Ξέρξην τὸν μέγαν ἐκεῖνον τὸν ἐν Σαλαμῖνι καὶ Πλα-

[14] MS. *Reg. habet* διακρινόντων αὖθις δίχα ὕβρεως. *Rectè.* [15] *Odyſſ.* I. *v.* 221. [16] Εἴκων. *Heinſ.* [17] *Imitatur* Maximus *Odam ſecundam* Anacreontis. [18] *Vulgarem iſtum amorem carpit, qui eſt* appetitus ardens, cujus inſtinctu per libidinem capti amatores corporum, in eo quod viderint totum hominem putant, *ut ait* Apul. *Phil. Plat. lib.* 2. *p.* 19. [19] *Paridem dicit. Vid. Epiſt. Oenon. Paridi.* [20] No-

Ταιαῖς

quam Nuptiales, quam Gentilicii, quam Natalicii conſtituere divi: toti animalium naturæ communis. Quorum alia ſponte ſua, cum ad juſtam pervenere ætatem, proprii amoris ſtimulo, congrediuntur: alii arte junguntur, quod à paſtoribus, caprariis, bubulcis, equiſonibus fieri videmus: quorum nemo eſt qui non pro naturæ ratione, pecudes ſuas vel committat, vel rurſus ſegreget: ne in petulantiam res abeat.

*——Ibantque ſeorſim*
*Jam natæ, mediæque, ſuis à matribus, agnæ.*

Illa vero quæ humano generi præeſt, regia ac paſtoralis ars, nullum noſtræ proterviæ remedium habet, niſi prius rationi homo cedat, animumque ipſe ſuum verecundiæ temperantiæque, tanquam paſtoribus duobus, tradat paſcendum. Nam ut reliqua animalia aliud vitæ ſuæ à natura præſidium habent, à quo conſervantur; ſicut robur leones, curſum cervi, venandi artem canes; quæ in aquà vivunt, natant, quæ in aëre, volant, quæ repunt, luſtra incolunt: Ita & hominibus qui reliquis omnibus ab aliis vincuntur: (nam & viribus infirmiſſimi, & curſu ſunt tardiſſimi, volare non poſſunt, natare vix queunt, luſtra ſibi non fodiunt) rationem ſolam, quæ pro cæteris omnibus eſt commoditatibus, Deus conceſſit: cui appetitum amoris ſubjecit: ſicut equus frænis, ſagittario arcus, navis gubernaculo, artifici denique inſtrumentum ſubjicitur. Nam & ratio magna ſui parte imbecillior eſt, niſi amor accedat, & amor furioſior, niſi rationi obſequatur. Eſt autem obſequium nihil aliud quam amoris ſimul rationiſque conjugium, quæ una ſimulque ad pulchrum feruntur ingentique curſu contendunt. Jam qui id in corpore ſepultum eſſe putant, voluptatem, in quo falluntur, pro pulchro ſequuntur. Malum enim plenum blanditiarum, ac quod quidvis facile perſuadet, eſt voluptas. Hoc eſt quod Trojanum adoleſcentulum, qui ſemper in Ida oberraverat bubulcus, quia voluptates concoquere domeſticas non poterat, cum monte ſuo mare permutare juſſit, navique impoſitum in Peloponneſum tranſvexit; prædonem verius quam amatorem. Nec enim aliud, ſi Diis placet, pulchrum corpus in tota reperiri Aſia poterat; non Troïcum, non Dardanicum, non Helleſponticum aut Lydium, quod cum lingua amatoris, cum moribus atque educatione conveniret. Spartam ergò Eurotamque petit, tranſmarinus graſſator, & qui ex ſomno amare didicerat. Hic hoſpitem ſuum lædit, hoſpes ut hoſtis agit, Græcum ſolvit connubium. O amorem delicatum, ô ſomnium improbum, ô ſceleſtos oculos, multorumque ſemper malorum voluptatem! Sic etiam magnum illum Xerxem, qui ad Sala-

*ſtrum fugit memoria, ut rectè notavit Heinſ. nam Ameſtris ipſius Xerxis uxor fuit. Voluit ergo Maximus Artayntam dicere, quam filio ſuo Dario in matrimonium dedit, cujuſque poſtea ἠράσθη, ut narrat Herodot lib. 9. c. 107 & 108.*

minem

ταῖς τοῖς Ἕλλησι παραταξάμενον, τοσούτων σωμάτων θεατὴν καὶ δεσπότην γενόμενον, οὐκ ἐπηγάγετο εἰς ἔρωτα οὐκ Ἰνδικὴ κόρη ὑψηλή, οὐδὲ Μηδικὴ παροφόρος, οὐδὲ Μαρδονικὴ μιτροφόρος, οὐδὲ Καρικὴ ὡπλισμένη, οὐδὲ Λυδία ᾄδουσα, οὐκ Ἰωνική, οὐχ Ἑλλησποντία, ἀλλ' ἐπὶ [21] Ἄμισειν ἦξεν τὴν τοῦ παιδὸς γαμετήν. Ὦ κακίστου ἔρωτος, ὃς παραλιπὼν τὰ ἐδώδιμα, ἐπὶ τὰ πικρὰ ἦλθε καὶ ἄβρωτα, ὑπ' ἀκολάστου ἐξουσίας εἰς τὴν τοῦ φιλεῖν δύναμιν ὑβριζούσης· ὅταν γὰρ ψυχῆς ἀφέλῃς μὲν τὸ εἰδέναι, παράσχῃς δὲ τὸ δύνασθαι, δίδως τοῖς ἁμαρτήμασιν ἐπιρροὴν καὶ ἐξουσίαν καὶ δρόμον. Ἄφελε Ἀλεξάνδρου μὲν τὴν Πριάμου δύναμιν καὶ τὸ ἐκεῖ θάρσος, καὶ μένει βουκολῶν, καὶ τὴν Ἑλένην οὐκ ὀνειρώττει. Ἄφελε Ξέρξου τὴν ἐξουσίαν, καὶ Ἄμισεις ὡς αἰσχρὰ ἐστι, καὶ ἐν ἰδιώταις. Τυραννὶς ἀκόλαστος, ὅταν ἀπῇ μὲν ὁ λόγος, οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ λιχνεύωσιν· ὧν ἐὰν ἀφέλῃς τὴν ἐξουσίαν, οὔτε [22] Κριτόβουλος Εὐθυδήμῳ προσκνήσασθαι ἐρᾷ, οὔτε Αὐτολύκῳ Καλλίας, οὔτε Ἀγάθωνι Παυσανίας, οὔτε ἄλλος ἄλλῳ. Διὰ τοῦτο ἐγὼ ἐπαινῶ τὸν Κρητῶν νόμον, καὶ τὸν Ἠλείων μέμφομαι· τὸν μὲν Κρητικὸν ἐπαινῶ τῆς ἀνάγκης, τὸν δὲ Ἠλείων μέμφομαι τῆς ἐξουσίας· [23] Κρητικῷ μειρακίῳ αἰσχρὸν ἐραστὴν εἶναι, Κρητικῷ νεανίσκῳ αἰσχρὸν προσάψασθαι παιδικῶν. Ὦ νόμου κεκραμένου καλῶς σωφροσύνῃ καὶ ἔρωτι. [24] Τὰ δὲ Ἠλείων οὐ λέγω. Τὰ δὲ [25] Λακεδαιμονίων λέγω. Ἐρᾷ Σπαρτιάτης ἀνὴρ μειρακίου Λακωνικοῦ, ἀλλ' ἐρᾷ μόνον ὡς ἀγάλματος καλοῦ· καὶ ἑνὸς πολλοί, καὶ εἷς πολλῶν· ἡ μὲν γὰρ ἐξ ὕβρεως ἡδονή, ἀκοινώνητος πρὸς ἀλλήλους· ὁ δὲ ἐξ ὀφθαλμῶν ἔρως, κοινωνικὸς μόνον, καὶ ἐπὶ πάσας ἐξικνούμενος φύσεις ἐρωτικάς. Τί γὰρ ἂν εἴη ὡραιότερον τοῦ Ἡλίου, καὶ ἐρασταῖς πολλοῖς ἀρκεστερον; ἀλλ' ὅμως ἐρῶσαν Ἡλίου οἱ πάντων ὀφθαλμοί. Ἐν Λοκροῖς τοῖς Ἰταλιώταις ἔφηβος ἦν καλός, καὶ νόμος καλός, καὶ ἐρασταὶ πονηροί· ἐρᾶν μὲν ἠναγκάζοντο ὑπὸ τοῦ κάλλους, εἴργοντο δὲ ὑπὸ τοῦ νόμου κακῶς ἐρᾶν· οἰστρούμενοι δὲ ὑπὸ τοῦ πάθους πρὸς τὴν ὕβριν, τὸν μὲν ἔφηβον οὐκ ἔπεισαν, (νόμιμος γὰρ ἦν) ἦξαν δὲ οἱ δυστυχεῖς ἐπὶ βρόχον πάντες ἑξῆς· ἄξιοι μὲν θανάτου· τί γὰρ

---

[21] *Scrib.* Ἄμαστριν *vel* Ἄμηστριν, *ut rectè Heinſ. Platoni enim eſt* Ἄμαστρις *in Alcib.* 1. *p.* 33. *Plutarcho autem de ſuper. p.* 171. *D.* Ἀμηστρις. [22] *Iterum memoriâ lapſus eſt noſter, ut monuit* Heinſ. *nam Euthydemum amavit Critias. Hinc Socrates apud* Xenoph. *Mem. p.* 716. *B. dixit* ὅτι ὑϊκὸν δοκέοι πάσχειν ὁ Κριτίας ἐπιθυμῶν Εὐθυδήμῳ προσκνῆσθαι, ὥσπερ τὰ ὕδια τοῖς λίθοις. [23] *Manifeſtò leg. eſt,* αἰσχρὸν οὐκ ἐραστὴν εἶναι. *Porrò mores Cretenſium amatorios fuſè explicat* Strabo *Georg. lib.* 10. *p.* 483, 484. *qui nos docet* ἐράσμιον νομίζεσθαι οὐ τὸν κάλλει διαφέροντα, ἀλλὰ τὸν ἀνδρείᾳ καὶ κοσμιότητι· *adeoque non mirum eſt ſi talis amor fuerit* ἀῤῥητουργίας *expers.* [24] *Eleorum lex erat nequiſſima;* Παιδεραστῖς *enim ad amaſios præbuit aditum & nihil impedivit quò minùs execranda inter ſe perage-*

δεῖ

minem Platæaſque cum Græcis congreſſus eſt, qui tot pulchra quotidie ſpectabat & in poteſtate habebat corpora, movere non potuit aut in amorem ſui pertrahere, fœmina ulla Indica, cum proceritate ſua, neque Medica cum tiara, neque Mardonica cum mitra, neque Carica cum armis, neque Lydia cum cantu ſuo; non Ionica denique ulla aut Helleſpontica: ſed Ameſtrin filii ſui conjugem petit. O improbiſſimum amorem, qui neglectis cibis gratiſſimis, amaros adverſoſque guſtui requirit: idque nimiæ licentiæ vitio, quæ amore male uſa eſt. Quoties enim ſcientiam demis, potentiam tribuis animo, ſimul flagitiis acceſſum licentiamque concedis, ac viam quaſi paras. Demas Paridi potentiam Priami, fiduciamque ex eo, boves ſuos paſcet, de Helena ne ſomniabit quidem. Deme Xerxi licentiam, Ameſtris & deformis & plebeiæ inſtar erit fœminæ. Effert ſeſe regia poteſtas, ſi ratio abſit, oculi laſciviant. Quibus licentiam ſi demas, neque Euthydemo affricari Cleobulus, neque Agathoni volet Pauſanias, neque alius alii. Hoc eſt cur legem Cretenſium laudem, Eleorum damnem. Cretenſes neceſſitatis cauſa laudo, Eleorum reprehendo licentiam. Juveni Cretenſi turpe habetur, non amare: juveni Cretenſi turpe habetur amore pueri ſeſe inquinare. O legem caſtitate ſimul & amore pulchrè temperatam! De Eleis nihil dico, de Lacedæmoniis loquor. Amat Spartiata puerum Laconicum, ſed non ſecus quam pulchram imaginem. Amant unum multi, unus multos. Voluptas libidinoſa quippe ſocietatem non admittit: amor qui ex aſpectu venit, vere ſocialis eſt, ſeſeque ad omnia quæ amari poſſunt, extendit. Quid ipſo ſole pulchrius? quid pluribus ſufficit amatoribus? Et tamen ſolem diligunt omnium oculi. Locris, Italiæ urbe, pulcher erat puer, pulchra lex, amatores improbi: quos forma pueri in amorem pertrahebat, inhoneſte contra amare lex vetabat. Cumque impulſu amoris ad explendam ſtimularentur libidinem, nec quod volebant à puero impetrare poſſent, (honeſtus enim erat) ſuſpendio omnes vitam finierunt. Digni hac morte mehercule: cur enim

---

*rent.* Libanius *Orat.* 19. *Tom.* 2. *p.* 501. Βοιωτοῖς δὲ ποιῶν ἐραστὴς ἔθηκε κάλλιστον νόμον ἢ τὸν κάλλιστον, ἐραστῇ χαρίσασθαι. Τὴν δὲ Ἦλιν τοῖς ἐραστοῖς τούτοις αὐτοῖς χρήσασθαι, καὶ τὴν ἐπὶ τὰς νέων ὥρας ἀνοῖξαι τοῖς περὶ τὰ κάλλη κεκινημένοις. [25] *Idem refert* Ælian. *V. H. III.* 12. Σπαρτιάτης καὶ ἐραστὴς, *inquit*, αἰσχρὸν οὐδέν. Εἴτε γὰρ μειράκιον ἐτόλμησεν ὕβριν ὑπομεῖναι, εἴτε ἐραστὴς ὑβρίσαι, ἀλλ' οὐδετέροις ἐλυσιτέλησεν τῇ Σπάρτῃ καταμεῖναι· ἢ γὰρ τῆς πατρίδος ἀπηλλάγησαν, ἢ καὶ τὸ ἔτι θερμότερον, καὶ τοῦ βίου αὐτοῦ. *Nimirum hâc in re Lacedæmon Cretenſium leges eſt imitata, ut ſ le.* Ariſtot. *Polit. lib.* 2. *c.* 10. Λέγεται δὲ τὰ πλεῖστα μεμιμῆσθαι τὴν Κρητικὴν πολιτείαν ἡ τῶν Λακώνων. * *Secundum Cretenſium & Lacedæmoniorum morem; Zaleucus enim Locrorum legiſlator ſua inſtituta* ἔκ τε τῶν Κρητικῶν νομίμων, καὶ Λακωνικῶν καὶ ἐκ τῶν Ἀρεοπαγιτικῶν *compegit, ut loquitur* Strabo *lib.* 6. *p.* 260.

δεῖ ζῆν ἄνδρα μηδὲ ὀφθαλμῶν ἀνεχόμενον; ἄγαλμα μέν τις ἰδὼν καὶ ἐπαινέσας τὸ κάλλος, οὐκ ἐδεήθη βρόχου· ἀλλὰ κἂν ἵππον ἴδῃ ἱππικὸς ἀνὴρ καὶ τοῦ κάλλους ἐπαινέσῃ, καὶ κτήσασθαι μὴ δυνηθῇ, οὐ δεῖται βρόχου· ἐξαρκεῖ δὲ καὶ τῷ γεωργῷ κἂν [26] ἐν γειτόνων ἴδῃ φυτὸν καλὸν, ἡ ὄψις αὐτή· ἐξαρκεῖ δὲ καὶ τῷ θηρατῇ, κἂν παρ᾽ ἄλλῳ ἴδῃ σκύλακα [27] ὅρμαιον, ἡ ὄψις αὐτὴ, καὶ οὐδεὶς τούτων θανατᾷ δι᾽ ἀπορίαν. [28] Τῶν κτημάτων ἐρῶσι καὶ οἱ φιλοχρήματοι χρυσοῦ μᾶλλον ἢ οἱ ἐρασταὶ σωμάτων, καὶ συγκατορύττεσθαι ἐθέλουσι τῷ χρυσῷ μᾶλλον, ἢ τοῖς σώμασιν οἱ ἐρασταί· ἀλλ᾽ οὐδεὶς θανατᾷ τούτων, ἐὰν μὴ τύχῃ χρυσοῦ· οὐδὲ γὰρ ὁ Πέρσης βασιλεὺς ἧψε βρόχον, ἀτυχήσας χρυσίου, ὁ πάντων χρηματιστῶν ἀκορεστότατος καὶ ἐπιμανέστατος, ὃς ἄρχων αὐτῆς γῆς, καὶ ἐν τοσαύταις ἡδοναῖς συρόμενος, ὅσαι πληροῦσι βασιλέως ἀκολάστου ὀρέξεις, ἐπεβούλευσε νεκροῦ τάφῳ. [29] φήμη δὲ αὐτὸν ἐπεσπάσατο χρυσοῦ κατορωρυγμένου σὺν τῷ νεκρῷ, καὶ ἐτυμβωρύχει ὁ μέγας βασιλεὺς τὴν πεῖραν ἔχων· καὶ τὸν μὲν χρυσὸν οὐχ εὗρεν, ἐπίγραμμα δὲ ἔνδοθεν ἐπὶ τῷ τάφῳ ὁ νεκρὸς λέγει, ὦ πάντων ἀνθρώπων ἀπληστότατε, ὃς ἔτλης νεκροῦ θίγειν, δι᾽ ἔρωτα χρυσοῦ. Τοῦτο εἴποι ἂν καὶ Ἕλλην λόγος πρὸς Ἕλληνα ἄνδρα ἐπὶ ὕβριν σαρκῶν ὑπ᾽ ἀκορέστου ἐπιθυμίας ὁρμηθέντα, ὅταν αὐτὴν ἐπισπάσηται φήμη κάλλους κατορωρυγμένου ἐν σώματι· ὦ πάντων ἀνθρώπων ἀνοητότατε, νεκρὸν ἀνορύττεις· οὐ γὰρ ἂν ἔτλης θίγειν σαρκὸς ἄρρενος, ἀθίκτου χρήματος σαρκὶ ἄρρενι. Ἄδικος ἡ μίξις, ἄγονος ἡ συνουσία. Ἐπὶ πετρῶν σπείρεις, ψάμμους ἀροῖς· μετένεγκε τὰς εὐφροσύνας ἐπὶ τὴν φύσιν· τρέψον ἐπὶ τὴν γεωργίαν τοὺς ὀφθαλμούς· ἐγκάρποις ἤδη ἡδοναῖς·

[30] Ὥς κε μὴ ἄσπερμος γενεὴ μετόπισθεν ὄληται.

---

[26] *Subaud.* ἀγρῷ *vel* κήπῳ. MS. *habebat* ἐν γειτόνων, *pro quâ voce* H. St. ἐν γείτονος *reponendum putavit.* Dan. *verò* Heinſ. *in textum recepit* ἐν γειτόνων, *quemadmodum etiam jubet* P. Leopardus *Emend. lib.* 18. *c.* 28. [27] *Leg.* ὡραῖον *ex certâ* Leopardi *conjecturâ. Emend. lib.* 18. *c.* 28. [28] *Tranſpoſita eſt vocula, quâ in ſuum locum reſtituta bellè ſe habebit oratio; ſic igitur leg.* Τῶν κτημάτων ἐρῶσι καὶ χρυσοῦ οἱ φι-

Ἐπὶ

vivat homo, cui male cum ſuis ſibi oculis convenit? Qui ſtatuam videt, ejuſque laudat pulchritudinem, non recurrit ad laqueum. Et eques qui equum videt, & à forma laudat, nec tamen conſequi poteſt, non remedium à reſte petit. Sufficit agricolæ, ſi in agro vicini ſui pulchram plantam videat, aſpectus ipſe. Sufficit venatori, ſi apud alium pulchrum catulum videt, hoc ipſum quod videt. Nec quiſquam horum eſt, qui mortem optet, ſi conſequi quod videt non poſſit. Amant vehementiùs aurum avari quam amatores corpora: mallent ſepeliri unà cum auro avari, quam cum corporibus amantes. Nec tamen quiſquam avarus à morte remedium petit, ſi non conconſequatur aurum. Sicut nec ipſe Perſarum rex, quo nullus negotiator unquam magis inexplebilis fuit, aut furioſe avarus, laqueum paravit ſibi. Qui cum tot terris imperaret, tot in voluptatibus, quot explendæ luxurioſiſſimi cujuſque regis cupidini ſufficere debebant, volutaret ſeſe, mortui hominis tumulo inſidiatus eſt. Aurum enim audierat cum mortuo ſepultum eſſe. Atque ita magnus rex, cum tiara ſua ſibi, ſepulchrorum perfoſſor factus eſt. Et aurum quidem non invenit, ſed inſcriptionem ejuſmodi ex perſona mortui: *Malè tibi ſit mortalium avariſſime, qui propter auri amorem mortuum tangere auſus es.* Idem merito dicat Græcus Græco homini, qui pulchritudinis cauſa, quam in corpore ſepultam eſſe putat, ad explendam inſatiabilem animi libidinem fertur: Quid vis tibi, hominum dementiſſime, qui mortuum effodias? Neque enim aliter corpus viri tangere auderes, quod à viro tangi nefas eſt. Sceleſtus eſt iſte coitus, infœcundus complexus. In ſaxis feris, arenam aras. Ad ea quæ natura præſcribit, voluptatem converte tuam: ad veram agriculturam oculos converte. Voluptas te delectet, ſed non ſterilis:

*Ne ſtirps intereat poſtbac ſine ſemine nobis.*

---

λοχρήματοι μᾶλλον ἢ &c. [29] Nitocridem *intelligit Babylonis reginam cujus ſepulcrum effodit* Darius. *Hiſtoriam vid. apud* Herodot. *lib.* 1. *c.* 187. *qui tamen* ἐπίγραμμα *affert diverſum ab eo quod habet noſter. De Xerxe, qui Beli Sepulchrum aperuit, ſimile narrat* Ælian. *V. H. XIII.* 3. [30] *Apud* Homerum *Il.* Υ. *v.* 303. *verſus hoc modo legitur*;

Ὄφρα μὴ ἄσπερμος γενεὴ καὶ ἄφαντος ὄληται.

## Ἔτι περὶ ἔρωτος.

## ΛΟΓΟΣ ΙΑʹ.

[1] ΟΥΚ ἔς' ἔτυμος λόγος, λέγει τις τῶν αὐτοῦ ᾀσμάτων ὁ Ἱμεραῖος ποιητής, ἐξομνύμενος τὴν ἔμπροσθεν ᾠδήν, ἐν ᾗ περὶ τῆς Ἑλένης εἰπεῖν φησιν οὐκ ἀληθεῖς λόγους· ἀναμάχεται οὖν ἐπαίνῳ τὸν ἔμπροσθεν ψόγον· δοκῶ δή μοι, κατὰ τὸν ποιητὴν ἐκεῖνον, δεήσεσθαι καὶ αὐτὸς παλινῳδίας ἐν τοῖς περὶ τοῦ ἔρωτος λόγοις· θεὸς γὰρ καὶ οὗτος, οὐχ ἧττον ἐπιτιθέναι δίκην τοῖς πλημμελοῦσιν ἐς αὐτὸν ἐρρωμενέστατος. Τί δὲ οὖν ἐστι τὸ πλημμέλημα, ὅπερ καὶ ἀναμαχέσασθαι λίαν φημὶ ἡμᾶς; δεινὸν καὶ μέγα καὶ δεόμενον γενναίου ποιητοῦ καὶ τελεστοῦ, εἰ μέλλοι τις ἱκανῶς ἐξευμενιεῖσθαι ἀδέκαστον Δαίμονα, [2] οὐ τρίποδας ἐπιδοὺς, οὐδὲ χρυσοῦ τάλαντα δέκα, οὐδὲ γυναῖκας Λεσβιάδας, οὐδὲ ἵππους Τρωϊκοὺς, ἀλλὰ λόγον λόγῳ, πονηρὸν χρηστῷ, καὶ ψευδῆ ἀληθεῖ ἐξαλείψας. Τοιαύτην φασὶ καὶ τὸν Ἀνακρέοντα ἐκεῖνον τὸν Τήϊον ποιητὴν δοῦναι δίκην τῷ ἔρωτι. Ἐν τῇ τῶν Ἰώνων ἀγορᾷ ἐν [3] Πανίῳ ἐκόμιζε τίτθη βρέφος· ὁ δὲ Ἀνακρέων βαδίζων, μεθύων, [4] ἄκων ἐστεφανωμένος, σφαλλόμενος, ὠθεῖ τὴν τίτθην σὺν τῷ βρέφει, καί τι καὶ εἰς τὸ παιδίον ἀπέρριψε βλάσφημον ἔπος· ἡ δὲ γυνὴ ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐχαλέπηνε τῷ Ἀνακρέοντι, ἐπεύξατο δὲ, τὸν αὐτὸν τοῦτον ὑβριστὴν ἄνθρωπον, τοσαῦτα καὶ ἔτι πλείω ἐπαινέσαι ποτὲ τὸ παιδίον ὅσα νῦν ἐπηράσατο. Τελεῖ ταῦτα ὁ θεὸς, τὸ γὰρ παιδίον ἐκεῖνο δὴ αὐξηθὲν γίνεται [5] Κλεόβουλος ὁ ὡραιότατος, καὶ ἀντὶ μικρᾶς ἀρᾶς ἔδωκεν ὁ Ἀνακρέων Κλεοβούλῳ δίκην δι' ἐπαίνων πολλῶν. Τί κωλύει καὶ ἡμᾶς τήμερον, κατὰ τὸν Ἀνακρέοντα ἐκεῖνον, δοῦναι δίκην τῷ ἔρωτι αὐτοὺς ἑκόντας γλώττης ἀδίκου; τὸ γὰρ φάναι ὅτι ὁ ἔρως ἐπὶ μοιχείαν ἀνάπτει, ὥσπερ τὸν Ἀλέξανδρον· ἢ ἐπὶ παρανομίαν, ὡς τὸν Ξέρξην· ἢ ἐπὶ ὕβριν, ὡς Κριτόβουλον· καὶ ἀνατιθέναι θεῷ πρᾶγμα ἄθεον, πῶς οὐ πλημμελές; οὑτωσὶ δὲ αὐτὸ θεασώμεθα· ὁ ἔρως, ἄλλου τινὸς ἔρως ἢ κάλλους ἐστίν; οὐδαμῶς· χωλὴ γὰρ ἂν εἴη ἔρως, εἰ μὴ κάλλους εἴη· ὁπότ' οὖν

---

[1] *Fragmentum extat apud* Platon. *in Phædro p.* 343. *D. & F. Poeta Himeræus eſt Steſichorus, qui ob Helenæ vituperationem oculis eſt privatus, palinodiâ tamen emiſsâ viſum confeſtim recuperavit. Vid.* Iſocrat. *in Helen. Encom. p.* 319. *ed. Baſil. &* Suidam. [2] *Hæc ſunt dona quæ Achilli pollicitus eſt Agamemnon apud* Homer. *Il.* I. *v.* 121. *& ſeqq.* [3] Scaliger *&* Leopardus *Emend. lib.* 18. *c.* 28, *rectè legunt* πανιωνίῳ, *de quo vid.* Herodot. *lib.* 1. *c.* 148. [4] Heinſ. ἐστρατωμένος, ἄκων σφαλλόμενος.

## *De eodem Amore.*

## DISSERT. XI.

NON *eſt verus ſermo ille*, alibi in odis ſuis poëta Himeræus ait, ubi priorem, in qua falſa de Helena ſcripſiſſe ſe fatetur, revocat. Quare novo præconio prius illud vituperium evertit. Ego vero exemplo illius poëtæ, in his de amore diſputationibus, retractanda mihi quædam video. Nec enim minus hic Deus nominis ſui contemptum ulciſci poteſt. Quod ergo eſt delictum illud, quod tantopere è nobis retractandum dixi? Grave, mehercule, nec vulgare, & in quo, eximio vel poëta ſit opus, vel ſacerdote, ut integerrimo Deorum ſatisfieri poſſit penitus. Non, ut apud Homerum, tripodibus ſeptem, aut talentis auri decem, aut Lesbicis mulieribus, aut Trojanis equis: ſed probo potius veroque ſermone, quo priorem illum improbum falſumque evertamus. Quales quoque pœnas Teïum Anacreontem dediſſe amori aiunt. Nutrix quædam in Panionio, quod Ionum forum eſt, infantem geſtabat: occurrit illi ebrius cum corona Anacreon, qui, inter vacillandum, una cum infante nutricem inſcius protrudit: & quaſi hoc ſatis non eſſet, in puerum quoque ipſum, convitium aliquod torquet. Nutrix ſine alia offenſionis nota precatur, ut homo tam inſolens, pluribus aliquando verbis puerum laudaret, quam jam vituperaſſet. Votum perfecit Deus. Idem namque puer adoleſcit, fitque pulcherrimus ille Cleobulus, cui Anacreon quam plurimis laudibus pro exiguo convitio dedit pœnas. Quid vetat, & nos hodie Anacreontis illius exemplo non invitos improbiſſimæ linguæ pœnas dare? Probare enim velle Amorem cauſam eſſe adulterii ut in Paride, vel flagitii ut in Xerxe, vel libidinis ut in Critobulo, atque ita quicquid impium eſt Deo illi adſcribere, quis neget ſummæ improbitatis eſſe? Quod ut appareat, hoc modo agamus. Putaſne alterius rei amorem quam pulchritudinis amorem eſſe? Minimè vero: nihil minus enim quam amor eſſet, niſi circa ipſum pulchrum verſaretur. Scire ergo

---

[5] *Extat Ode apud* Dion. *Chryſoſt. Orat.* 2. *de regno*, *p.* 37. *in quâ Anacreon ſe Cleobuli amore captum teſtatur. Ejus particulam hic afferre non pigebit.*

Κλεοβούλῳ δ' ἀγαθὸς γένου
Σύμβουλος· τὸν ἐμὸν δ' ἔρωτ'
Ὦδ' ὁ νοῦ σε δέχεσθαι.

*Corruptus eſt verſus ultimus, quem ità reſtituendum docuit* Iſ. Caſaubonus *Diatr. c.* 3. Ὅρμων νοῦ ἱ δέχεσθαι.

λεγομένην ἐρᾷν χρημάτων Δαρεῖον, ἢ Ξέρξην τῆς Ἑλλήνων γῆς, ἢ Κλέαρχον πολέμου, ἢ Ἀγησίλαον τιμῆς, ἢ Κριτίαν τυραννίδος, ἢ Ἀλκιβιάδην Σικελίας, καὶ Γύλιππον χρυσίου, ἆρα κάλλος τι ὁρῶντες ἐμφαινόμενον, τὴν πρὸς αὐτὸ ἐπαγωγὴν, ἔρωτα ἐπονομάζοντες, ἕκαστον τούτων ἐρᾷν φαμὲν, τὸν μὲν, τοῦδε, τὸν δὲ, τοῦδε, καὶ ἄλλον ἄλλου; πολλοῦ γε καὶ δεῖ· ἦ γὰρ ἂν τὰ αἴσχιστα τῶν ἐν ἀνθρώποις πραγμάτων τῷ μὴ προσήκοντι ὀνόματι ἐπικοσμοῦντες, πλημμελοῖμεν ἂν εἰς τὸ ἀληθὲς αὐτό. Πῶς γὰρ ἢ ἐν χρήμασι κάλλος, τῷ πάντων πραγμάτων κακίστῳ; ἢ ἐν πολέμῳ τῷ πάντων ἀβεβαιοτάτῳ, ἢ ἐν τυραννίδι, τῷ πάντων ἀγριωτάτῳ; ἢ ἐν χρυσῷ, τῷ πάντων γαυροτάτῳ; Σικελίαν δὲ εἴ μοι λέγοις ἢ τὴν Ἑλλήνων γῆν, ἐλπίδας λέγεις ἡδονῶν, κάλλος δὲ οὐδαμοῦ· οὐδέ μοι ἢ τὴν Αἰγυπτίων γῆν λέγοις τὴν τὰς πυραμίδας ἔχουσαν τὰς μεγάλας, καὶ τὸν [6] πολὺν ποταμὸν, οὐδὲ Βαβυλῶνα αὐτὴν τὴν εὐτυχεστάτην, οὐδὲ Μηδίαν τὴν εὐιπποτάτην, οὐδὲ τὴν Φρυγῶν γῆν τὴν εὐβοτωτάτην, οὐδὲ Σάρδεις τὰς εὐχρυσοτάτας· ἕκαστον γὰρ τούτων τοσοῦτον δεῖ εἶναι καλὸν, ὅσον περ καὶ ἡδύ· μᾶλλον μὲν ἡδὺ τῷ δυναμένῳ πορίσασθαι ἐξ αὐτοῦ ἡδονὴν, ἢ καλὸν τῷ μὴ δυναμένῳ ἐξ αὐτοῦ ὄνασθαι· οὐδὲν γὰρ καλὸν ἐπιβλαβὲς, οὐδὲ εἰς σφαλερὸν, οὐδὲ εἰς μοχθηρίαν συντελοῦν, οὐδὲ εἰς δυστυχίαν ἄγον, οὐδὲ εἰς συμφορὰν χειραγωγοῦν, οὐδὲ εἰς μετάγνωσιν τελευτῶν. Εἶεν. Ὁ ἔρως, ἡμῖν κάλλους ἦν ἔρως· ὁ δὲ ἐρῶν ἄλλου του καὶ μὴ κάλλους, ἡδονῆς ἐρᾷ. Ἀφαιρῶμεν δὲ, εἰ βούλει, τοὔνομα, καὶ [7] ἐπιθυμεῖν λέγωμεν τοῦτον, ἀλλ᾽ οὐκ ἐρᾷν, ἵνα μὴ τῇ περὶ τὴν φωνὴν [8] παρανομίᾳ, πρᾶγμα ὑπαλλάξαντες λάθωμεν, ἀλλ᾽ οὐ τοὔνομα μόνον. Ἔστω τοίνυν ἔρως μὲν, κάλλους, ἐπιθυμία δὲ, ἡδονῆς. Ὁ τοίνυν κάλλους ἐρῶν, ἆρα οὐκ ἐπιθυμεῖ αὐτοῦ; καὶ μάλα· σχολῇ γὰρ ἂν εἴη τι ἄλλο ὁ ἔρως εἰ μὴ ὄρεξίς τις. Παραιτοῦμαι δὲ τοὺς σοφοὺς τῆς τῶν ὀνομάτων θήρας, εἰ τὸ αὐτὸ νῦν μὲν ὄρεξιν, νῦν δὲ ἐπιθυμίαν καλῶ· [9] ἐγὼ γάρ τοι τά τε ἄλλα καὶ τῇ τῶν ὀνομάτων ἐλευθερίᾳ, πείθομαι Πλάτωνι. Ἔστω γὰρ, εἰ βούλονται, ὄρεξις καὶ μὴ ἐπιθυμία ὁ ἔρως· διῃρήσθω δὲ τῇδε· ἐὰν μὲν ἐπὶ τὸ καλὸν φαινόμενον ἡ ψυχὴ ἄξῃ, ἔρως καλείσθω τοῦτο, οὐκ ἐπιθυμία· ἐὰν δὲ μὴ, ἐπιθυμία καλείσθω τοῦτο οὐκ ἔρως. Τί οὖν εἰ ἀκόλαστος ὁ σοφιστὴς τοῦ φαινομένου προσθήκῃ χρώμενος πρὸς τὸ ἡδὺ,

---

6 *Nilum.* Πολὺς *eſt largus & copioſus: Illam enim ſignificationem huic voci tribuit* Noſter. *Sic Diſſer. I.* κἂν γὰρ ὁ θεὸς μὴ κωλύῃ, ἡ Σικελία πολλή.
7 Apuleius *in Apol. p.* 281. Eleganter Afranius hoc ſcriptum reliquit.

Amabit ſapiens cupient cæteri.

Plato *tamen in Phædro p.* 341. *A.* ὅτι μὲν, *inquit,* οὖν δὴ ἐπιθυμία τις ὁ ἔρως, ἅπαντι δῆλον. *Quod & paullò poſt confitetur* Noſter. 8 Παρωνυμίᾳ. Heinſ. *At retinenda eſt Codicum lectio.* 9 *Libertatem hanc Pla-*

τοῦτο

velim, cum Darium amare pecunias dicimus, aut Xerxem Græcorum terram, aut Clearchum bellum, aut honorem Ageſilaum, aut Critiam tyrannidem, aut Alcibiadem Siciliam, aut Gylippum aurum, manifeſtamne aliquam pulchritudinem videamus, cujus ſpe atque illecebris, qui amor à nobis dicitur, ſinguli impellantur: ut alium hoc, alium aliud amare dicamus? Abſit vero. Eo enim modo, quæcunque apud homines turpiſſima ſunt, neceſſe eſſet alieno exornare nomine: atque ipſi vim inferre veritati. Quis enim pulchrum aut honeſtum, vel in divitiis, omnium peſſima re, vel in bello omnium incertiſſima, vel in tyrannide, omnium crudeliſſima, vel in auro, omnium ſuperbiſſima, ponet? Quod ſi his Siciliæ amorem addas, aut Græciæ, ſpem quidem voluptatum dicis, nondum tamen ipſum pulchrum inveniſti. Ne ſi ipſam mihi Ægyptum cum ingentibus pyramidibus, magnoque ſuo flumine commemores, aut Babylonem, quæ à rerum omnium abundantia, aut Mediam, quæ ab equis, aut Phrygiam, quæ à paſcuis, aut Sardes, quæ ab auro commendantur. Hæc enim omnia eſſe debent eatenus pulchra, quatenus jucunda: magis jucunda ei qui voluptatem ex illis haurit, quam pulchra illi cui non proſunt. Nihil enim pulchrum dici poteſt, quod cum damno aut periculo conjunctum eſt, quod flagitia patrat, quod in miſeriam, quod in calamitatem hominem deducit, quod in pœnitentia delinit. Eſto. Diximus amorem ipſius pulchri amorem eſſe: ut qui aliud amet quam pulchrum, neceſſario amet voluptatem. Mutemus, ſi placet, verbum unum, eoſque qui voluptatem ſequuntur, non amare, ſed concupiſcere dicamus: ne voce forte ambigua, non verba tantum, ſed rem ipſam mutemus. Amor igitur pulchrum ſpectet, voluptatem ſpectet concupiſcentia. Quid ergo? qui quod pulchrum eſt amat, an non concupiſcit quoque idem? ſiquidem nihil aliud amor eſt, quam rei alicujus appetitus. Veniam ab iis petam, qui verba anxie rimari ſolent: ſi rem eandem nunc appetitum, nunc concupiſcentiam dico. Nam cum in aliis, tum in libertate verborum, aſſentior Platoni. Sit enim, hoc ſi volent, appetitus non concupiſcentia amor. Diſtinguatur interim hoc modo. Quoties ad id, quod bonum videtur, nos impellit animus, amor id dicatur non concupiſcentia: ſin contra, concupiſcentia dicatur, non amor. Quid ergo, ſi intemperans aliquis ſophiſta ſpeciem voluptati addat, ſibique

*tonis, & in uſurpandis nominibus ἀδιαφορίαν, multi commendant Veterum, ſed præcipue ipſe. Eſt autem ea duplex: Primò cum eodem nomine pro diverſis rebus utitur, ut cum in Menone τὴν μάθησιν confundit καὶ τὴν ἀνάμνησιν. Hanc intelligit* Diog. Laert. *cùm notat,* χρῆται δὲ καὶ ἐπὶ διαφερόντων σημαινομένων τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι. *Secundò cum diverſa nomina pro eâdem re ponit, promiſcue; quod intelligit* Laertius *cùm notat,* πολλοῖς δὲ καὶ διαφέρουσιν ὀνόμασιν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος. *Sic ideam modò* εἶδος, *modò* γένος, *modò* παράδειγμα *vocat, modò* ἀρχὴν *aut etiam* αἴτιον. Heinſ.

τοῦτο φησὶ* φαντάζεσθαι αὐτῷ καλὸν ἐρᾷν, καὶ τούτῳ συγχωρήσομεν; καὶ πάλιν αὖ εἴ τις ἀποβλέψας εἰς τοὺς τῷ ὄντι ἐραστὰς τοὺς πρὸς τὸ καλὸν ὡρμημένους, καὶ θεασάμενος τὸ ἐν τῇ ὀρέξει τοῦ κάλλους ἡδὺ διὰ τὴν ἐπιμιξίαν τῆς ἡδονῆς, ἐπιθυμεῖν καὶ τούτους φησὶν, ἀλλ᾽ οὐκ ἐρᾷν; πῇ ἂν ταῦτα ἡμῖν διακριθείη; εἰ γὰρ τά τε ἡδέα φαντάζεται καλὰ, τά τε καλὰ ἀνακέκραται ἡδοναῖς, κίνδυνος οὕτω καὶ τὴν ἐπιθυμίαν τῷ ἔρωτι ἐπιμιχθῆναι. Βούλει τοίνυν, τοῦ μὲν καλοῦ ἀφαιρῶμεν τὸ φαινόμενον, ἵνα μή ποτε λάθη σχηματισαμένη πρὸς αὐτὸ ἡ ἡδονή, τῆς δὲ ἡδονῆς, οὐκ ἔτι; τὸ μὲν γὰρ καλὸν, τίμιον ὂν κατὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν, εἶναι δεῖ καλὸν, ἵνα καὶ ἐράσμιον ᾖ· τῇ δὲ ἡδονῇ, ἀπόχρη φαίνεσθαι, καὶ μὴ οὔσῃ· τῇ γὰρ τοῦ πεπονθότος εὐφροσύνῃ λαμβάνουσα τὴν σύστασιν, οὐ τῇ αὐτῆς φύσει, ἱκανῶς ἕξει ἐὰν τὸ δοκεῖν ὑπάρχῃ αὐτῇ καὶ μὴ οὔσῃ. Οἷον τὸ τοιόνδε λέγω· (αἰσθάνομαι γάρ τοι ἐμαυτοῦ γλίσχρως τὸ πρᾶγμα διελομένου, καὶ δεομένου εἰκόνος·) σῶμά του τραφῆναι ἀδύνατον, εἰ μὴ σιτίων προσφορᾷ, καὶ ἐργασίᾳ ὀδόντων, καὶ σπλάγχνων ὑποδοχῇ, καὶ τῇ ἔνδον οἰκονομίᾳ, προσγινομένης αὐτῷ τῆς [10] ὑποστροφῆς· ἦσαν δέ που κατὰ τὸν [11] Ἐπικούρου, φασὶ, βίον, αἱ τροφαὶ τοῖς ἀνθρώποις φηγοὶ καὶ ὄχναι· καὶ διὰ τοῦτο ἐπεφημίσθη φέρειν ἡ γῆ τοὺς καρποὺς αὐτομάτους, ὅτι αὐτοῖς οὐδὲν ἔδει γεωπονίας, ἐξ αὐτοφυοῦς τροφῆς βιοτεύουσιν. Ἐὰν τοίνυν προσθῇς ὀψοποιὸν καὶ ἡδύσματα, καὶ τροφὴν ποικίλην, ἄλλῳ ἄλλην καρυκείαν, Σικελικὴν καὶ Συβαριτικὴν χλιδὴν, καὶ Περσικὴν τρυφὴν, πάντα ταῦτα ἐρεῖς ἡδονῆς ὄνομα· καὶ κοινὸν μὲν πᾶσι τὴν τροφὴν ἐρεῖς, ἰδίαν δὲ ἑκάστῳ τὴν ἡδονήν· καὶ κατὰ φύσιν μὲν τροφὴν, κατὰ τέχνην δὲ τὴν ἡδονήν· κἂν μεταθῇς τραπέζας, τὴν Σικελικὴν τοῖς Πέρσαις καὶ τὴν Περσικὴν Σικελιώταις, τροφὴ μὲν ὁμοίως ἑκατέροις ἑκατέρα, τὸ δὲ τῆς ἡδονῆς ὑπαλλαχθὲν δι᾽ ἀήθειαν, εἰς λύπην μετέβαλεν. Γίνεται τοίνυν ἡ μὲν τροφὴ, κατὰ τὴν οὐσίαν τοῦ τρέφειν δυναμένου· ἡ δὲ ἡδονὴ, κατὰ τὸ πάθος τοῦ ἥδεσθαι εἰθισμένου. Τὸ δὲ ἔθος ἄλλο ἄλλῳ· αὐτίκα Ἕλληνες μὲν καὶ Πέρσαι καὶ Λυδοὶ καὶ Φοίνικες, καὶ εἴ τι δὲ ἄλλο γένος, φυτευσάμενοι ἀμπέλους, πονηθέντες περὶ αὐτὰς, ἐξελόμενοι τοὺς βότρυς, εὐτρεπίσαντες τὸν οἶνον, παρεσκευάσαντο ποτὸν, κατὰ μὲν τὴν χρείαν, οὐκ ἀναγκαῖον, κατὰ δὲ τὴν ἡδονὴν, ἀκμαιότατον· [12] Σκυθῶν δὲ οἱ μὲν πολλοὶ γάλακτι βιοτεύουσιν, ὡς οἱ ἄλλοι ἐπὶ οἴ-

* *Locus ſic interpungendus, ut monuit Heinſius.* Φαντάζεσθαι αὐτῷ καλὸν, ἐρᾷν καὶ τούτῳ συγχωρήσομεν. [10] Ὑποτροφῆς. *Heinſ.* [11] *Recte Heinſius* τὸν ἐπὶ Κρόνου· *nam hæc de aureo ævo fabulati ſunt Poetæ, ut notum eſt.* [12] *Nomadas intellige. Nam ii, quibus* nec domus ulla aut tectum aut ſedes eſt, armenta & pecora ſemper paſcentibus & per incultas ſo-

νῳ·

illud aut illud pulchrum videri dicat, an & hunc amare concedemus? Aut contra, ſi quis aliquem ex illis videat, quos verè amare dicimus, qui nihil præter ipſum pulchrum habeat propoſitum, & interim ipſam intueatur voluptatem, quæ in appetitu pulchri conſiſtit, aut hujus voluptatis cauſa, concupiſcere hunc dicet non amare? aut quo tandem modo hæc duo diſtinguemus? Nam ſi & ea quæ jucunda ſunt, pulchra videntur, & quæ pulchra ſunt, cum voluptate cohærent, metuo ne cum amore confundere concupiſcentiam cogamur. Vis igitur ut pulchro demamus ſpeciem, ne ſub habitu ipſius nos decipiat voluptas, voluptati verò ſuam relinquamus? Quod enim pulchrum eſt, cum natura ſua honore dignum ſit, pulchrum eſſe oportet, ut & jucundum ſit. Voluptati ſatis eſt videri, licet non ſit. Illa enim cum in opinione hominis qui ea fruitur non ipſa per ſe ſubſiſtat, ſufficit ſi videatur eſſe, nec ſit tamen. Quod dico tale eſt (ſatis enim jejune hanc mihi rem dividere videor, & exemplo egere.) Corpus noſtrum nutriri non poteſt, niſi admoveatur cibus, cibum conficiunt dentes, confectum recipiunt inteſtina, receptus digeritur, ac per totum corpus diſtribuitur. Jam tempore, ut aiunt, Saturni, homines fagi pyrique alebant. Unde manavit, ut terra fruges ſua ſponte proferre diceretur, quod nihil opus agricultura eſſet, ſed quicquid per ſe produceret, eo vitam ſuam ſuſtinerent homines. Pro his pone coquos, pone condimenta, pone diverſas ciborum delicias, ac ſingulis jus ſuum: & quicquid Siculorum aut Sybaritarum luxuries, quicquid Perſarum excogitavit mollities: hæc omnia uno nomine voluptatem dices. Et cibos quidem omnibus communiter, peculiarem ſingulis voluptatem dabis, & naturæ cibum, artem adſcribes voluptati. Nam ſi apparatum mutaveris, ut Perſis Siculum, Siculis apponas Perſicum, nutrimentum utriſque utrumque relinques, voluptatem vero quia cum eorum id pugnat conſuetudine, in moleſtiam mutabis. Quippe cum reſpectu ſubſtantiæ ejus quod nutrire poteſt ſit nutrimentum: voluptas verò prout afficitur ille, qui hoc aut illo delectari conſuevit. Conſuetudo autem alia eſt alii. Exempli gratia, Græci, Perſæ, Lydi, Phœnices, genteſque ſimiles, vites ſerere eaſque colere, è vitibus uvam carpere, ex uva vinum exprimere didicerunt; potum, ſi uſum reſpicias non neceſſarium, ſi voluptatem, præſtantiſſimum. Scytharum plerique lacte utuntur, ut alii vino: quibuſdam apiculæ quæ è

litudines errare ſolitis, lacte & melle veſcuntur. *Verba ſunt* Juſtini *lib.* 2. *c.* 2. Antiphanes *in Miſoponero apud* Athenæum *lib* 6. *p.* 226. *teſtatur eos infantibus ſtatim natis equorum ac boum lac præbere.*

——————Σκύθαι——
——γενομένοισιν εὐθέως τοῖς παιδίοις
Διαδιδόασιν ἵππων ϗ βοῶν πίνειν γάλα.

ru-

νῷ· τοῖς δὲ αἱ μέλιτται καθηδύνουσι τὸ πόμα, ἐπὶ πετρῶν καὶ δρυῶν διαπλάττουσαι τοὺς σίμβλους· [13] εἰσὶ δὲ οἳ περὶ τῇ τῶν νυμφῶν ὀχλείᾳ καὶ ἐπιῤῥοῇ οὐδὲν λυμαίνονται, ἀλλ' αὐτοφυεῖ προσχέονται ποτῷ ὕδατι· [14] ἓν δέ τι οἶμαι Σκυθῶν γένος πίνουσι μὲν ὕδωρ, ἐπειδὰν δὲ αὐτοῖς δέῃ τῆς κατὰ μέθην ἡδονῆς, νήσαντες πυρὰν, [15] καίοντες εὐώδεις βοτάνας, περικαθίσαντες ἐν κύκλῳ τῇ πυρᾷ, ὥσπερ κρατῆρος, εὐωχοῦνται τῆς ὀδμῆς, καθάπερ οἱ ἄλλοι τοῦ ποτοῦ· καὶ μεθύσκονταί γε ὑπ' αὐτῆς, καὶ ἀναπηδῶσι, καὶ ᾄδουσι, καὶ ὀρχοῦνται. Τί δή μοι βούλεται ἡ περίοδος τοῦ λόγου; ἐνδείξασθαι ὑμῖν διάκρισιν καλοῦ καὶ ἡδονῆς. Τίθει γάρ μοι κατὰ τὸ ἀναγκαῖον καὶ τὸ αὐτοφυὲς τῆς τροφῆς καὶ τοῦ ποτοῦ, τὸ καλὸν αὐτὸ, ὅπερ εἶναι δεῖ καὶ μὴ δοκεῖν μόνον· κατὰ δὲ τὸ ποικίλον καὶ ἐπίκτητον τῶν ἄλλων ἄλλους ἄλλως εὐφραινόντων, τὴν ἡδονήν· δοκεῖν γὰρ καὶ οὐκ εἶναι δεῖ ταύτην μόνην. Οὕτω δὴ τούτων ἐχόντων, γίνεται ὁ μὲν ἔρως, λόγος καὶ ἀρετὴ καὶ τέχνη· λόγος μὲν κατὰ τὴν ἀλήθειαν, ἀρετὴ δὲ κατὰ τὴν διάθεσιν, τέχνη δὲ κατὰ τὴν εὐστοχίαν τοῦ καλοῦ· ἐπιθυμίαι δὲ ἡδονῶν, ἄλογοι ἀλόγων. Ἐπεὶ τοίνυν τὸ καλὸν εἶναι δεῖ καλὸν, ἵν' ἔρωτα ποιῇ, ποῖόν τι εἶναι αὐτὸ φῶμεν, καὶ πῶς ποιοῦν; βούλει σοι λέγω [16] κατὰ τὴν Σωκράτους μαντείαν, ὡς τὸ καλὸν αὐτὸ ἄρρητον ὂν καὶ ὀφθαλμοῖς κρεῖττον ἡ ψυχὴ τεθεαμένη πάλαι, καὶ ὀνειρώττουσα αὐτοῦ τὴν μνήμην, ἐν τῇ δεῦρο συνουσίᾳ οὐ πάντη ἐναργῶς ὁρᾷ, ἅτε ἀπολελειμμένη αὐτοῦ καὶ τῷ χωρίῳ καὶ τῇ τύχῃ, καὶ ἀποξενωμένη ἐκείνων τῶν θεαμάτων, εἰς τὸν ἐν γῇ τόπον, καὶ περιβεβλημένη πολλὴν καὶ παντοδαπὴν [17] ἰλὺν, ὑφ' ἧς παρέπτεται, συνδεδεμένη ἀσαφεῖ βίῳ καὶ συγκεχυμένῳ, καὶ μεστῷ ταράχου καὶ πλημμελείας πολλῆς. Ἡ δέ γε τοῦ καλοῦ φύσις ἀρξαμένη ἐκεῖθεν, κάτεισι δεῦρο πρόσω ἰοῦσα ἠρέμα, καὶ ἀμβλυνομένη μᾶλλον, καὶ ἀπολείπουσα τὴν ἀρχαίαν ἀκμήν· καθάπερ τῶν ποταμῶν οἱ γενναιότατοι, ἐξιόντες ἐπὶ τὴν θάλατταν, κατὰ μὲν τὴν πρώτην ἐκβολὴν σώζουσι τὸ ῥεῦμα ἀμιγὲς ἄλλῃ φύσει πικροτέρᾳ, καὶ τοῖς ναύταις θαλαττίοις προσπλεύσασιν ἀκραιφνὲς ποτόν· προελθόντες δὲ οἱ ποταμοὶ πόῤῥω, καὶ εἰσπεσόντες εἰς πέλαγος πλατὺ καὶ παραδόντες τὸ ῥεῦμα ἀνέμοις καὶ κύμασι καὶ ζάλῃ καὶ κλύδωνι, ἠφάνισαν δι' ἐπιμιξίαν τὴν ἀρχαίαν φύσιν· οὕτω καὶ τὸ κάλλος τὸ ἄρρητον καὶ ἀθάνατον ἔρχεται μὲν πρῶτον δι' οὐρανοῦ καὶ τῶν ἐν αὐτῷ σωμάτων, καὶ εἰσπεσὸν ἐκεῖ, ἀκραιφνὲς μένει καὶ ἀμιγὲς καὶ ὁλόκλη-

---

[13] MS. *Reg.* Τῇ παρὰ τῶν Νυμφῶν ὀχλείᾳ. *Recte.* [14] *Maſſagetæ, quos nonnulli Scythicam eſſe gentem ſunt arbitrati. Vid.* Herod. *lib.* 1. *capp.* 201, 202. [15] Θυμιῶντες MS. *Reg.* [16] *Hoc eſt* κατὰ τὴν Σωκράτους δόξαν, *ut vere notavit Heinſius.* Plato *in Philebo.* Τὸ πίνειν λέγεται, ὦ ἐμὴ μαντεία, νῦν καὶ φέρουσιν τιθεὶς &c. Noller *Diſſ.* 28. Ἀλλ' οὐ

ῥον·

rupibus aut arboribus alveolos ſuos ſuſpendunt, potum condiunt. Sunt qui Nympharum rivos laticéſque aquarum non inficiunt, ſed ut natura ſuppeditavit eas, ita adhibent. Eſt & unum quoddam, niſi fallor, peculiare Scytharum genus, qui aquam quidem bibunt, quotieſcunque tamen voluptatis cauſa inebriari volunt, pyram ſtruunt maximam, in qua herbas urunt odoriferas. Hanc pyram in orbem circumſident, eoque odore non ſecus quam alii vini cyathis aliquot ſe invitant, donec probe ebrii, ſaltare, canere, tripudiare incipiunt. Sed quo tam longa oratio? Ut diſcrimen inter pulchrum oſtendam & jucundum. Refer ergo cibos illos, de quibus diximus, neceſſarios ſponteque natos, ad id quod honeſtum dicimus, quod eſſe debet, non videri tantum; varietatem contra cæterorum, quibus aliter afficiuntur alii, ad voluptatem: quæ ſatis eſt ſi videatur tantum, nec ſit revera. Quæ cum ita ſe habeant, videbis amorem idem eſſe quod eſt ratio, quod virtus, quod ars. Ratio, quod ad veritatem ejus, virtus, quod ad naturam, ars quatenus honeſtum & ſpectat & conſequitur. Cupiditates verò voluptatum, cum ipſæ, tum quæ in iis ſpectantur, procul à ratione abſunt. Cum ergo pulchrum oporteat eſſe pulchrum, ut amorem excitet; quale illud dicemus eſſe, aut quo pacto excitare amorem? Viſne ex oraculis Socraticis tibi reſpondeam? Ipſum pulchrum, quod nec humana voce exprimi, nec oculis conſpici poteſt, vidiſſe olim animam noſtram, atque inde in hac vita, non ſecus quam in ſomnio aliquo, exiguam ejus conſervaſſe memoriam, cum vix quaſi per rimam illud nunc intueatur; vel quod loco, vel quod conditione longè ab eo remota ſit, & à pulcherrimo illo procul diſtracta ſpeculo, depreſſa in terram, variis diverſiſque inquinata ſordibus, à quibus turbatur: vel quod in hac colluvie vitæque confuſione ambigua hæreat, in qua nihil præter tumultus aſſiduos improbitateſque intuetur. At verò ipſius pulchri natura inde principium ducis, inde huc defertur, paulatimque deſcendens, minus ſemper minuſque apparet, veramque illam vim ſuam amittit. Non aliter quam fluvii nobiliſſimi, cùm in mare ſe exonerant, primo guſtum aquæ ſuæ ſine ulla amaritudine retinent, nautiſque venientibus purum præbent potum. Poſtquam verò in profundum aliquod pervenerint mare, aquamque ſuam ventis, fluctibus, marinoque æſtui ferendam dederint, antiquum guſtum ſuum in confuſione ea amittunt. Eodem modo pulchrum illud ineffabile, illud immortale pulchrum, primum per cœlum cœleſtiaque corpora deſcendit, in quibus adhuc integrum manet,

τοιῦτον χῆμα εἶ) τὴν ψυχὴν, μανθάνει ἔτι Πυθαγόρας, ἔτι Πλάτων. [17] Ὕλην MS. Flor. ut ex Paccii verſione poteſt colligi. Sed eodem redit, ſive hoc, ſive illo modo legamus.

purum

ρον· ἐπειδὰν δὲ ὑπερκύψῃ τοῦ οὐρανοῦ εἰς τὸν δεῦρο τόπον, ἀμβλυώττει καὶ ἀμαυροῦται· καὶ μόλις ἂν αὐτοῦ γνωρίσαι τὴν ἀπόρροιαν ταύτης θαλάττιος ὁρῶν αὐτὴν ἀμυδρὰν ἐν γῇ πλανωμένην καὶ ἀνακεκραμένην ἀλλοτρίᾳ φύσει· ὁ δὲ συνήθης τοῦ ποταμοῦ, διὰ μνήμης ἔχων τὴν ἐκείνου φύσιν, ἐπειδὰν ἐντύχῃ καὶ γνωρίσῃ, καὶ ἴχνος αὐτοῦ φανῇ, ὥσπερ ὁ Ὀδυσσεὺς ἀποθρῴσκοντα καπνὸν, [18] σκιρτᾷ καὶ φλογοῦται καὶ φαιδρύνεται καὶ ἐρᾷ. [19] Τοῦ δὲ κάλλους τούτου ἔλθοι μὲν ἄν τις μοῖραν καὶ ἐπὶ ποταμὸν εὐροώτατον, καὶ ἐπὶ φυτὸν εὐβλαστότατον, καὶ ἐπὶ ἵππον γενναιότατον· * εἰ δέ τις ὅλην αὐτοῦ ἐπιφοιτῶσαν φύσιν τῇ γῇ, ἴδοις ἂν ταύτην οὐκ ἄλλοθι ἢ ἐν ἀνθρώπῳ τῷ καλλίστῳ, καὶ νοερωτάτῳ γηΐνων σωμάτων, καὶ τῷ ψυχῆς μεμοιραμένῳ συγγενοῦς αὐτοῦ τοῦ καλοῦ· καὶ διὰ τοῦτο νοῦν ἔχων, ἄγαλμα μὲν ἰδὼν, ἐπαινεῖ τὴν τέχνην, ἀλλ' οὐκ ἐρᾷ τοῦ ἀγάλματος· καὶ φυτὸν ἰδὼν, ἐπαινεῖ τοῦ καρποῦ, ἀλλ' οὐκ ἐρᾷ τοῦ φυτοῦ· καὶ ποταμὸν ἐπαινεῖ τῆς πραότητος, ἀλλ' οὐκ ἐρᾷ τοῦ ποταμοῦ· ἐν δὲ ἀνθρώπῳ ἐπειδὰν ἴδῃ κάλλος ἔμπνουν καὶ νοερὸν καὶ ἀρετὴν προοιμιαζόμενον, καὶ [20] τὴν μνήμην ἐγείρει, καὶ ἐρᾷν οὐ φησι μὲν τοῦ ὁρωμένου, τὸ δὲ ἀληθὲς, ἐρᾷ κάλλους ἀληθεστέρου. Διὰ ταῦτα καὶ Σωκράτης ἑώρα τὰ καλὰ τῶν σωμάτων, καὶ ταχέως ἔβλεπεν, * οὐκ ἐλάνθανε δὲ αὐτὸν κάλλος οὐκ ἐν παλαίστραις καταδεδυκὸς, οὐκ ἐν Ἀκαδημίᾳ πλανώμενον, οὐκ ἐν Συμποσίοις ἐγκεχυμένον· ἀλλ' οἷα θηρατὴς δεινὸς, διὰ σωμάτων ἀνθρωπίνων διετέλει μεμνημένος κάλλος ἀληθινοῦ.

---

## Ὅτι πάσης τῆς διὰ λόγων εὐφροσύνης, ἡ διὰ Φιλοσόφων λόγων ἀμείνων.

### ΛΟΓΟΣ ΙΒ'.

ΔΙηγεῖται Ὅμηρος περὶ Ὀδυσσέως, ὅτι χήτει νεὼς, ἐπὶ σχεδίας πλέων, χειμῶνος ἐπιγινομένου, σκεδασθείσης τῆς σχεδίας, νηχόμενος ὑποβαλλούσης αὐτῷ κρήδεμνον τῆς Λευκο-

---

[18] *Supplenda eſt vox* νεύσας, *ut rectè juſſit* Heinſ. *Locus, ad quem reſpicit noſter, extat Od. A. v.* 58.

---Καπνὸν ἀποθρῴσκοντα νοῆσαι.

[19] *Platonicis viſum eſt, omnia eatenùs tantùm eſſe pulcra, quatenus* αὐτῷ τῷ καλῷ *ſeu Deo ſunt ſimilia. Vid.* Alcin. c. 27. *Hinc* Noſter *Diſſ. I. p.* 14. Καὶ ποταμοῦ κάλλος καὶ θαλάττης καὶ οὐρανοῦ καὶ τῶν ἐν οὐρανῷ θεῶν, πᾶν τὸ κάλλος τοῦτο ἐκεῖθεν (ἐκ θεοῦ) ῥεῖ, ὃν ἐκ πηγῆς ἀενάου καὶ ἀκηράτου. * MS. *Reg. hic addit:* ἀλλ' ὅ, τι περ κάλλους ἀργότατον καὶ ἀμβλύτατον. [20] *Platonici cenſebant nihil aliud* in corporum formâ diligendum, quàm quod

θείας,

purum putumque & nulla ſui parte minus. Cum verò cœlo relicto hæc loca verſus incipit deſcendere, perit paulatim & extinguitur. Itaque ſicut fluvium vix amplius agnoſcit in mari nauta marinus, ita pulchri ipſius influxum vix ullus homo, cum tenuiſſima ejus in terra veſtigia appareant, eaque aliis immiſtà rebus. At verò qui fluvium diu prius cognovit, totamque ejus naturam animo impreſſit, ſimul ac occurrit illi, ſimul ac vel minimum ejus ſignum videt, non aliter quam Ulyſſes,

*——de patriis fumum cum conſpicit oris,*

exultat, gaudio accenditur, exhilaratur, amatque. Hujus pulchritudinis partem aliquam exiguam fluvius purus, planta florida, equus generoſus, ſibi vindicare poſſunt. Si quæ tamen ejus ad terram uſque perveniant reliquiæ, non facile alibi eas quam in homine, qui forma & ratione inter omnia mortalia excellit corpora, qui anima præditus eſt, quam merito pulchri illius cognatam dixeris, invenias. Propterea qui ſapit, ſtatuam cum videt, laudat in ea artem, non tamen amat ſtatuam. Et plantam qui videt, laudat in ea fructum, non tamen amat plantam. Et in fluvio aquæ tranquillitatem laudat, non tamen amat fluvium. In homine verò cum videt pulchritudinem vivam, mente præditam, virtutis futuræ prænunciam, continuo memoriam ſuſcitat: neque illud quod videt, ſed revera veriorem longe amat pulchritudinem. Hæc cauſa eſt cur tam diligenter inſpiceret pulchra corpora Socrates, tam cito pulchritudinem animadverteret: cur nulla ſive ea in palæſtris verſaretur, ſive in Academia oberraret, ſive in conviviis comeſſaretur pulchritudo eum præteriret. Non ſecus quippe quam venator accuratus, per humana corpora in memoriam veræ illius pulchritudinis redibat.

---

## *Omni Sermonum voluptate majorem eſſe eam quæ ex Philoſophia percipitur.*

### DISSERT. XII.

REfert Homerus Ulyſſem, cum navem non haberet, ratem ſibi extemporaneam, qua navigaret, confeciſſe: quæ cum vi ſubitò exortæ tempeſtatis diſſiparetur, accipiſſe à Leucothoe

---

admoneat divinos animos ejus pulchritudinis, quàm priùs veram & ſinceram inter Deos videre. Apul. *Apol.* p. 281. *Porrò hoc in loco pro* ἰρᾷν ἔ φησι, MS. *Reg. habet* ἰᾷν φησί * MS. *Reg. ſupplet* καὶ πάντα ζῆλινον.

[1] *In libris Odyſſ.* E. Z. H. Θ. *Porrò ἀντὶ τῦ* σχεδιάζοντος *H. St. legit* κεχεδιῶνος *vel* σχεδιῶνος. Schottus *autem* σκεδιασθῆνος.

vittam,

θέας, ἐμπεσὼν εἰς τὴν Φαιάκων γῆν, ἱκετεύσας βασιλικὴν παρθένον, κομισθεὶς ὑπ' αὐτῆς εἰς τὸ ἄστυ, τυχὼν αἰδοῦς παρ' Ἀλκινόου, κοινωνεῖ τῆς ἑστίας τοῖς Φαιάκων ἀρίστοις, καὶ μετὰ τοῦτο, ἐνάρχεται τῶν πρὸς τὸν Ἀλκίνοον λόγων ὧδέ πως· [2] Ἀλκίνοε βασιλεῦ, καλὸν μὲν ἀκούειν ἀοιδοῦ ἀγαθοῦ, οἷος οὗτος, τὴν τέχνην θεῖος· τί γὰρ εἴη χαριέστερον τέλος δήμου εὐθυμουμένου, καὶ δαιτυμόνων οἴκοι ᾠδῆς ἀκροωμένων, καθημένων ἑξῆς, καὶ τραπέζης ἀφθόνου, καὶ κρατῆρος μεστοῦ; ἐρωτῶ δὴ τὸν Ὀδυσσέα· τί ἥγησαι εἶναι τὴν εὐφροσύνην, ὦ σοφώτατε ἀνδρῶν; τράπεζαν μεστὴν κρεῶν καὶ σίτου, καὶ κρατῆρα πλήρη, καὶ οἶνον διαχεόμενον· καὶ ἐπὶ τούτοις ᾄδοντα ἀοιδὸν οἵας ἐκεῖνος ᾠδὰς ᾖδεν,

[3] Νεῖκος Ὀδυσσῆος καὶ Πηλείδεω Ἀχιλῆος;

ἢ αὖ [4] κοῖλον ἵππον, ἔνθα εἰσδύντες οἱ ἄριστοι τῶν Ἑλλήνων, εἰς τὸ ἄστυ εἰσενεχθέντες, προχυθέντες ἐκ τοῦ ἵππου, μεθύουσιν ἐπιθέμενοι, εἷλον τὸ ἄστυ;

[5] Τοῦτό τί σοι κάλλιστον ἐνὶ φρεσὶν εἴδεται εἶναι;

Δεινός τις εἶ, ὦ σοφώτατε Ὀδυσσεῦ, ἐπαινέτης εὐφροσύνης [6] δημωδεστάτης, οἵαν καὶ βάρβαρος ἀνὴρ ἐπαινέσαι, καὶ ἄρτι ἐκ Βαβυλῶνος ἥκων, συνήθης πολυτελεῖ τραπέζῃ καὶ οἴνῳ χεομένῳ πολλῷ, καὶ ᾠδῇ αὐτοσχεδίῳ· καὶ ταῦτα, ὡς φῄς, ὑπεριδὼν παρ' ἄλλοις τοῦ μελιηδέος λωτοῦ καὶ τῆς Σειρήνων ᾠδῆς. Μήποτε οὖν ἔοικέν τι Ὅμηρος [7] αἰνίττεσθαι ἄλλο κρεῖττον ἢ ὁποῖον τὰ ἔπη λέγει τῷ οὑτωσὶ ἀκούσαντι εὐθύς· τὸ γάρ τοι κειμένων σιτίων ἀμφιλαφῶν, καὶ οἴνου πολλοῦ, ταῦτα μὲν ἐπιθεῖναι ταῖς τραπέζαις, καὶ τὸν οἶνον τῷ κρατῆρι ἐγχέαι, ἐπαινεῖν δὲ τοὺς δαιτυμόνας ἐν τοσαύταις ἡδοναῖς ἀκροωμένους τοῦ ἀοιδοῦ, σχεδὸν εὐδαίμονά τινα ἔοικεν εὐωχίαν διηγεῖσθαι ἡμῖν, οἵαν μιμήσεται ἄν τις νοῦν ἔχων, μεταθεὶς τὰς ἡδονὰς ἀπὸ τῶν αἰσχίστων ἐπὶ τὰ κοσμιώτατα· ἀπὸ τῆς γαστρὸς ἐπὶ τὰς ἀκοάς· ἢ οὐδὲ τοῦτο ἀπόχρη, εὐωχεῖν τὰς ἀκοὰς εἰκῇ καὶ [8] ἀναίδην

[9] Αὐλῶν συρίγγων τ' ἐνοπῇ,

καὶ ἀνθρώπων ὁμάδῳ, ἀλλὰ κἀνταῦθα τέχνης δεῖ κατακοσμούσης τῆς ἀκοῆς εὐωχίαν ἁρμονίᾳ δεξιᾷ. Καὶ πῶς ἂν ἡμῖν ἡ τοιαύτη ἁρμονία γένοιτο; ἀγαπῶ μὲν γὰρ ἔγωγε τὴν τῶν μελῶν ἡδονὴν προσιοῦσαν ταῖς ἀκοαῖς, ἢ δι' αὐλῶν ἐμ-

[2] *Verſus, ad quos reſpicit* Noſter, *extant Od.* I. *v.* 2. *& ſeqq.* [3] *Od.* Θ. *v.* 75. [4] *Od.* Θ. *v.* 514. [5] *Od.* I. *v.* 11. [6] MS. *habet* δημωδέστατος. *Et hanc quidem lectionem vulgatæ præfert* D. Heinſius, *ſed quibus rationibus fuerit motus, non liquet: Ipſe quidem nullas poſſum comminiſci; Immò contrà Græcæ linguæ rationem peccat, qui dicit,* Δεινός τις εἶ ἐπαινέτης εὐφροσύνης δημωδέστατος, *nam hæc non patitur, ut duo* adjectiva *uni* ſubſtantivo *cohæreant, prout hic concurrunt, quemad-*

πτυομέ-

vittam, qua innixus navigare cœpit, donec tandem Phæacum terram appulit: ubi regis filiam invenit, à qua precibus ſuis hoc impetravit, ut ab ea in urbem deduceretur, Alcinoum regem ſibi propitium haberet, contubernio ab eo juxta ac Phæacum primates exciperetur. Tandemque orationem ad regem habet, cujus hoc ferè eſt initium. Equidem res pulcherrima eſt, rex Alcinoe, præſtantem, qualis hic eſt, audire citharœdum. Quid enim ſperari in vita poſſit beatius, quàm ſummam populi hilaritatem, longumque domi ſpectare convivarum ordinem, quos omnes cantus delectat: quam menſam probe inſtructam, plenos vini calices? Mihi ita libeat interrogare Ulyſſem: Equidem ſcire ex te velim, vir ſapientiſſime, quid voluptatem voces? menſamne carnibus ciboque plenam, plenum calicem, magnam vini copiam, & ne quid deſit, citharœdum, qui eodem quo ille modo,

*Et Laërtiadæ magni & certamen Achillis,*

aut equum concavum canat, quo in urbem deferuntur Græcorum principes, quam vino ſepultam, invadunt?

*Hoccine præ cunctis adeo tibi dulce videtur?*

Næ tu, ſapientiſſime Laërtiade, laudibus miris voluptatem commendas nobis planè trivialem, qualemque Barbarus aliquis, qui recens Babylone rediret, commendaret, ubi ſumptuoſas epulas, vini copiam, & vulgares ejuſmodi cantiunculas mirari didiciſſet. Tu, inquam, qui aliis in locis, ut narrare ſoles, Loti ſuavitatem, cantum Sirenum potuiſti contemnere. Quare cave ne aliud innuere Homerus velit, quam quod prima fronte indicare ipſi verſus videntur. Et mihi quidem videtur, qui menſas omni ciborum genere refertas, qui calices vini plenos, qui inter has omnes voluptates, convivas etiam inducit, qui ſuaviſſimo cantu delectentur, honeſtiorem aliquam nobis voluptatem proponere voluiſſe: quam imitari debet vir ſapiens, ut voluptates à minus honeſtis partibus ad magis decora transferat: à ventre ad aures videlicet. Niſi fortaſſe ne hoc quidem ſufficere arbitreris, ut temere aliquis & ſine modo,

*Et tibiæ atque tubæ cantu,*

hominumque ſtrepitu aures detineat, ſed hic ars requiratur aliqua, quæ certa quadam harmoniæ ratione id agat. Verum enimvero cujuſmodi ea futura eſt? Nec enim negare poſſum, quin & ipſe ſumma cum voluptate audiam hæc omnia, ſive tibiam inflet, ſive lyram pulſet aliquis, aut ſi quod

---

*modum obſervavit,* Euſtathius *in Iliad.* Γ. *p.* 427. [7] Πάντα μεστὰ αἰνιγμάτων παρὰ Ποιητῇ, *inquit noſter Diſſ.* 29. *hoc eſt, allegoriarum, quæ fiunt, cùm aliud verbis loquuntur aliud ſenſu ſignificant.* Heraclides *Ponticus Alleg. Hom. p.* 412. Ὁ γὰρ ἄλλα μὲν ἀγορεύων τρόπος, ἕτερα δὲ ὧν λέγει σημαίνων ἐπωνύμως ἀλληγορία καλεῖται. [8] Ἀείδειν. Heinſ. & Schottus. [9] *Il.* K. *v.* 13.

aliud

[4] *Miris quidem involucris philoſophiam ſuam obſcurârunt Vett. cujus methodi rationem dicet* Macrobius *Com. in Somn. Scipion. lib.* 1. *c.* 2. Sciunt inimicam eſſe naturæ apertam nudamque explicationem ſui, quæ ſicut vulgaribus hominum ſenſibus intellectum ſui vario rerum tegmine & operimento ſubtraxit: Ità à prudentibus arcana ſua voluit per fabuloſa tractari: Sic ipſa myſteria figurarum cuniculis operiuntur, ne vel hæc adeptis nuda rerum talium ſe natura exhibeat. &c. *Fortè autem à vero non aberrabit, qui dixerit, hanc viam ab iis eſſe excogitatam, ut ignorantiæ tegmen invenirent, vulgique admirationem captarent. Porrò Ægyptii, Orpheus, Pythagoras, eorumque ſequaces unà cum Poetis, Philoſophiam ità tradidêre. Vid.* Clem. Alexand. *Strom. lib. VI. p.* 456. *ed. Lugd.* Proclum *Theol. Plat. lib. I. c.* 4. Noſtrum *Diſſ. VII, &* Por-

Muſarum vero & Apollinis diſciplinam abſit ut aliam putemus eſſe, quam qua in ordinem ſuum animus redigitur. Ea autem quid eſt aliud quam philoſophia? Philoſophiam quid aliud quam accuratam divinarum humanarumque rerum ſcientiam putemus eſſe? Quæ virtutem, quæ præclaras rationes, quæ aptam vitæ conncinnitatem, moreſque inducit temperatos. Hujus ſcientiæ profeſſio & ſcopus variis olim ſub figuris latebat: quibus ſine ulla auſteritate animos ſibi commiſſos tractabat ſimul docebatque. Cum alii myſteria, alii occulta ſacra diſciplinam ſuam appellarent: alii fabularum, alii muſices, alii poſtremo divinationis nomine eam induerent. Ita cum utilitatem omnes ſpectarent unam, non una tamen dicendi utebantur figura. Poſtea verò nimia ſapientiæ copia cum laſcivire inciperent homines, cœperunt & velum hoc ſapientiæ detrahere: ita Philoſophiam amictu ſuo ſpoliarunt, Philoſophiam in contemptum adduxerunt, cuivis eam objecerunt, cuivis tanquam ſcortum proſtituerunt. Neque aliud quam ſolum rei nomen reliquerunt: quod ipſum ineptæ quædam cavillationes occuparunt. Eo igitur deventum eſt, ut Homeri Heſiodique carmina, totaque antiqua illa & divina Muſa, pro fabulis habeantur: nec aliud in iis quam narrationes nudas, quam numerorum ſuavitatem, quam harmoniæ elegantiam, ſicut in tibia aliqua aut cithara, miremur: quod verò ſolum in iis admiratione eſt dignum, negligamus, nec virtutis nomine dignum cenſeamus. Ita Homerus è Philoſophorum numero ejicitur, Philoſophorum princeps. Ex quo enim ſophiſticæ illæ ex Thracia Ciliciaque invaſere Græciam ineptiæ; Epicuri atomi, ignis Heracliti, aqua Thaletis, Anaximenis ſpiritus, diſcordia Empedoclis, Diogenis dolium, aliaque infinita Philoſophorum, quæ inter ſe pugnant ſemper & concurrunt, agmina, omnia verborum plena cœperunt eſſe. Nihil præter ſibilos ſophiſtarum inter ſe contendentium ubique audis: actio vero ipſa virtutis pro deſerta jacet. Et tamen nuſquam illud, quod omnes in ore habent, de quo tota concertat Græcia, ipſum dico bonum, invenies; cum antiqua illa, quæ plane adhuc redolet Homerum, ſapientiæ ratio, generoſos, veroſque ac genuinos Philoſophiæ protulerit eduxeritque alumnos. Illius Muſæ alumnus erat Plato. Licet enim præceptorem

---

*phyr. de antro Nymph. p.* 272. [5] Heinſ. Καὶ ἄνευ. *Sed nullâ neceſſitate ductus.* [6] *Chryſippum intellige ac Protagoram, quorum hic Abderis Thraciæ urbe, ille verò Solis, vel ſecundum quoſdam Tarſi natus eſt.* [7] *Variæ & diſcrepantes erant Philoſophorum de ſummo bono ſententiæ. Earum multas breviter exhibent* Cicero *de fin. lib. II. c.XI. &* Lactant. *Inſt. Div. III. 7.* [8] *Hoc diſertè affirmat* Heracl. *Pontic. Alleg. Hom. p.* 412. *de Platone & Epicuro verba faciens*; Καὶ τὸ πικρότατον, ἀρχὴν ἐχθίστην τῶν παρ' ἑαυτοῖς δογμάτων ἔχοντες Ὅμηρον, ἀφ' οὗ τὰ πλεῖστα τῆς ἐπιστήμης ὠφέληνται, περὶ τούτων ἀχαρίστως εἶναι ἀσεβεῖς.

γὰρ ἐξομοιοῦται τόνδε διδάσκαλον, ὁρῶ τὰ γνωρίσματα, καὶ συνίημι τῶν σπερμάτων·

[9] Κείνου τοι τοιοίδε πόδες, τοιαίδε τε χεῖρες,
Ὀφθαλμῶν τε βολαί, κεφαλή τ', ἐφύπερθέ τε χαῖται·

Ὥστε καὶ ἐπιτολμήσαιμι ἂν εἰπεῖν ἔγωγε, ἐμφερέστερον εἶναι Πλάτωνα Ὁμήρῳ [10] μᾶλλον· κἂν τὸν Ὅμηρον φεύγῃ, κἂν διώκῃ τὸν Σωκράτην. Μή με οἰηθῇς τὰς Πλάτωνος φωνὰς εἰκάζειν Ὁμήρῳ, καὶ τὰ ὀνόματα, καὶ τὰ ῥήματα (ἔστι μὲν γὰρ καὶ ταῦτα ἐκεῖθεν, ἐκείνης τῆς ἁρμονίας ἀπορροή, ὡς ἐξ ὠκεανοῦ ἡ Μαιῶτις, ὡς ἐκ τῆς Μαιώτιδος ὁ Πόντος, ὡς ἐκ τοῦ Πόντου ὁ Ἑλλήσποντος, ὡς ἐξ Ἑλλησπόντου ἡ θάλασσα·) ἀλλὰ τὴν [11] γνώμην τῇ γνώμῃ προσάγω, καὶ τὴν συγγένειαν ὁρῶ. Καὶ τοῦτο μέν σοι καὶ αὖθις παρ' ἐμοῦ λελέξεται. Ἐπανάγωμεν δὲ τὸν λόγον ἐπὶ τὴν Ὁμήρου γνώμην, διεξιόντες περὶ αὐτῆς τὰ εἰκότα. Δοκεῖ μοι Ὅμηρος, φύσει τε κεχρημένος ἐνθεωτάτῃ, καὶ φρονήσει δεινοτάτῃ, καὶ ἐμπειρίᾳ πολυτροπωτάτῃ, φιλοσοφίᾳ ἐπιθέμενος, δημοσιεῦσαι ταύτην τοῖς Ἕλλησιν ἐν ἁρμονίᾳ τῇ τότε εὐδοκίμῳ· αὕτη δ' ἦν ἡ ποιητική· οὔτε δὲ [12] Ἰωνικὴν ταύτην ἐθελῆσαι εἶναι αὐτῷ, οὔτε ἀκριβῶς Δώριον, οὔτε Ἀττικήν, ἀλλὰ κοινὴν τῆς Ἑλλάδος. Ἅτε οὖν ξύμπασι διαλεγόμενος, ἀθροίσας ἀναμὶξ τὴν Ἑλλάδα φωνὴν καὶ ἀνακερασάμενος εἰς σχῆμα ᾠδῆς, τὰ ἔπη εἰργάσατο προσηνῆ τε ἅμα εἶναι καὶ ξυνετὰ πᾶσι, καὶ κεχαρισμένα ἑκάστοις. ἐνθυμηθεὶς δὲ ὅτι ὀλίγον μὲν τὸ ξυνετὸν ἐν ἅπαντι, τὸ δὲ πολὺ δημαγωγεῖσθαι φιλεῖ, οὐδετέρῳ τῷ γένει ἀποκεκριμένην τὴν ποίησιν ἐξειργάσατο, καθάπερ ὁ Ἡσίοδος, χωρὶς μέν, [13] τῶν ἡρώων, ἀπὸ γυναικῶν ἀρχόμενος, καταλέγων τὰ γένη, ὅστις ἐξ ἧς ἔφυ· χωρὶς δὲ αὐτῷ πεποίηνται οἱ θεῖοι λόγοι, ἅμα τοῖς λόγοις, θεογονία· χωρὶς δ' αὖ ὠφελεῖ τὰ εἰς τὸν βίον, ἔργα τε ἃ δραστέον, καὶ ἡμέραι ἐν αἷς δραστέον. Οὐχ οὕτω τὰ Ὁμήρου ἔχει, οὐδὲ ἀποκέκριται ἕκαστα χωρίς, οὐδ' αὖ φύρεται ἀκρίτως πάντα ἐν πᾶσιν· ἀλλά γε ἦν τὸ σχῆμα αὐτῷ τοῦ λόγου, οἱ μῦθοι· καὶ ἄλλα μὲν ἔχουσιν οἱ Τρωϊκοὶ λόγοι, ἄλλα δὲ τὰ τοῦ Ὀδυσσέως παθήματα· μέμικται δὲ ἐν αὐτοῖς καὶ θεολογία σαφής, καὶ πολιτείας ἦθος, καὶ ἀρεταὶ ἀνθρώπων, καὶ μοχθηρίαι, καὶ παθήματα, καὶ συμφοραί, καὶ εὐτυχίαι· καὶ τύ-

---

[9] *Odyſſ.* Δ. v. 149. [10] Μᾶλλον ἢ Σωκράτει. Heinſ. [11] *Ità legimus ex conjecturâ* H. Stephani. *In exemplari enim ſcriptum erat* τὴν γῆν τῇ γνώμῃ. [12] *Eadem eſt obſervatio* Dionis *Chryſoſtomi Orat. XII. p.* 213. Οὐχ ἵνα εἵλετο χαρακτῆρα λέξεως, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν Ἑλληνικὴν γλῶτταν διῃρημένην τέως ἀνέμιξε· Δωρίδα τε καὶ Ἰώνων, ἔτι δὲ τὴν Ἀθηναίων εἰς ταυτὸ κεράσας πολλῷ μᾶλλον ἢ τὰ χρώματα οἱ βαφεῖς. *Varia hujuſce rei exempla ſuppeditabit Scriptor vit.* Homeri, *quem vir doctiſſ.* Th. Ga-

των

Digitized by Google

hunc ejeret, veſtigia apparent tamen, ſemen illius diſciplinæ ſe prodit.

*Sic greſſum, ſic ille manus, ſic ora ferebat,*
*Talis cæſaries, & pulchri luminis ardor*;

Ut dicere non dubitem, nulli quam Homero magis ſimilem Platonem eſſe, quamvis Homerum fugere, Socratem ſequi videatur velle. Nec exiſtima me dictionem Platonicam cum Homerica, verba cum verbis, nomina cum nominibus conferre, tametſi & hæc ex eodem illo fonte Muſico, ſicut ex Oceano Mæotis, ex Mæotide pontus, ex ponto Helleſpontus, ex Helleſponto mare defluxerunt: ſed ex mente utriuſque & ſententiis affinitatem noto. Qua de re aliàs commodius. Nunc de Homeri inſtituto, quæ par eſt, dicamus. Videtur mihi Homerus cum & divina naturæ indole, & judicio exquiſitiſſimo, & ſingulari rerum omnium eſſet præditus experientia, hoc conſilio Philoſophiæ ſe dediſſe, ut ſub illa quæ tum temporis placebat ratione metrica, cum omnibus eam communicaret. Illa autem erat poëtice. Hanc ita propoſuit, ut nec Ionicam, nec Doricam omnino eſſe vellet aut Atticam, ſed quæ toti eſſet communis Græciæ. Quippe cum omnibus loqueretur, omnes quoque Græciæ totius linguas in unam aliquam poëſeos formam ſimul & contulit, & miſcuit: quo quidem illud eſt conſecutus, ut & accepta eſſent omnibus quæ ſcriberet & perſpicua, ſingulis vero jucunda. Rurſus cum in toto genere humano pauciſſimos eſſe ſciret qui bene judicarent, maximam verò partem populariter duci malle; nec in horum nec in illorum peculiariter gratiam poëſin diviſit ſuam: quod ab Heſiodo eſt factum. Qui primum in opere peculiari heroum familias & genera recenſuit: initioque à mulieribus facto, quo è genere, quibus è matribus, oriundi eſſent ſinguli, demonſtrat. Rurſus Theologiam conſcripſit, cum qua Deorum generationem conjungit. Ut omittam, quæ ad vitam moreſque formandos conſcripſit: ubi & opera quæ agenda ſunt, & dies quibus agi debent, præſcribit. Non eo modo Homerus ſcripſit, nec enim ſingula in eo aut diſtincta ſeorſim, aut omnia inter ſe confuſa ſunt. Ac primo operis totius forma, ſub qua latent reliqua, fabuloſa narratio. Rurſus alia in eo opere, quod de Trojanis rebus, alia in eo tractat, quod de Ulyſſis miſeria reliquit: ita tamen ut theologica, ut politica tam hic quam ibi immiſceat manifeſta: ut virtutes, ut improbitatem hominum, ut affectiones, ut fortunas tam adverſas proponat quam

---

leus *præf. in opuſc.* Dionyſium Halicarnaſſeum *fuiſſe conjicit, pagg.* 287 *& ſeqq. ed. Amſtel.* [13] *In* γενεαλογίαις Ἡρωικαῖς, *vel* Ἡρωογονίᾳ, *quod Poema à nonnullis vett. laudatur. Porrò* Maximus *noſter rectè* θείους λόγους *à Theogonia diſtinguit, licèt à pleriſque confundantur. Vid.* Joan. Meurſii *Lect. Attic. lib. II. c.* 20.

secundas.

των ἕκαστον ὑποθέσεις οἰκείας ἔχει, οἷον εἰ ξυνίης παναρμόνιόν τι ὄργανον, παντοδαπὰς μὲν φωνὰς, [14] πάσαις δὲ ἀλλαις ὡμολογημένας· μᾶλλον δὲ οὕτως· ἤδη τις ἐθεάσω ἄθροισμα ὀργάνων, αὐλὸν ἠχοῦντα, καὶ λύραν ψαλλομένην, καὶ ᾠδὴν χορῦ, καὶ σάλπιγγα ἀναμὶξ, καὶ σύριγγα, καὶ ἄλλ' ἄττα ὀργάνων εἴδη καὶ ὀνόματα, ὧν ἕκαστον πεποίηται μὲν κατὰ οἰκείαν τέχνην, συντέτακται δὲ πρὸς τὸ πλησίον κατὰ κοινὴν μῦσαν. Συνελόντι δ' εἰπεῖν, ἡ Ὁμήρου ποίησις τοιάδε τις ἐστὶν, οἷον εἰ καὶ ζωγράφον ἐννοήσαις φιλόσοφον, Πολύγνωτον ἢ Ζεῦξιν, μὴ γράφοντα εἰκῆ· καὶ γὰρ τούτων ἔσται τὸ χρῆμα διπλοῦν· τὸ μὲν ἐκ τῆς τέχνης, τὸ δὲ ἐκ τῆς ἀρετῆς· κατὰ μὲν τὴν τέχνην, τὰ σχήματα καὶ τὰ σώματα εἰς ὁμοιότητα τοῦ ἀληθοῦς [15] διασώζοντι, κατὰ δὲ τὴν ἀρετὴν, εἰς μίμησιν τοῦ κάλλους, τὴν εὐσχημοσύνην τῶν * γραμμάτων διατιθέντι. Ταύτῃ μοι καὶ τὰ Ὁμήρου σκόπει, ὡς ἐστι χρῆμα διπλοῦν, κατὰ μὲν τὴν ποιητικὴν, ἐντεταμένον εἰς μύθου σχῆμα, κατὰ δὲ φιλοσοφίαν, εἰς ζῆλον ἀρετῆς καὶ ἀληθείας γνῶσιν συντεταμένον. Αὐτίκα πεποίηται αὐτῷ ἐν τοῖς λόγοις μειράκιον Θετταλικὸν, καὶ ἀνὴρ βασιλικὸς, Ἀχιλλεὺς καὶ Ἀγαμέμνων· ὁ μὲν ὑπ' ὀργῆς εἰς ὕβριν προφερόμενος, ὁ Ἀγαμέμνων· ὁ δὲ Ἀχιλλεὺς προπηλακισθεὶς, μηνιῶν· εἰκόνες παθῶν, νεότητος καὶ ἐξουσίας. Ἀντίθες ἑκατέρῳ τὸν Νέστορα, παλαιὸν χρόνῳ, ἀγαθὸν φρονεῖν, δεινὸν εἰπεῖν. Πάλιν αὖ Θερσίτης πεποίηται αὐτῷ αἰσχρὸς ἰδεῖν, φωνὴν ἐπίσβολος, γνώμην ἄτακτος, οἷος εἶναι εἰκὼν ἀκολάστου δήμου· ἀλλ' ἀντίθες καὶ τούτῳ ἄνδρα ἀγαθὸν, ἡγεμόνα ἀκριβῆ, ἐπιπορευόμενον.

> [16] Ὅντινα μὲν βασιλῆα καὶ ἔξοχον ἄνδρα ἐφεύροι,
> Τὸν ῥ' ἀγανοῖς ἐπέεσσιν ἐρητύσασκε παραστάς·
> Ὃν δ' αὖ δήμου τ' ἄνδρα ἴδοι βοόωντά τ' ἐφεύροι,
> Τὸν σκήπτρῳ ἐλάσασκεν·

Ἆρα σοι οὐ δοκεῖ αὐτὸ τοῦτο, εἰ καὶ ὁ Σωκράτης τοὺς μὲν βασιλικοὺς καὶ ἐξόχους ἄνδρας ἀγανοῖς λόγοις γεραίρων, καὶ ἀποδεχόμενος Τίμαιόν τινα, ἢ Παρμενίδην, ἢ ἄλλον βασιλικὸν ξένον·

> Ὃν δ' αὖ δήμου τ' ἄνδρα ἴδοι, βοόωντά τ' ἐφεύροι,

τοῦτον ἐλαύνων τῷ λόγῳ, Θρασύμαχόν τινα, [17] ἄλλον λωβητῆρα καὶ ἐπίσβολον; Πάλιν αὖ ἐπανίωμεν ἐπὶ τὸν Ὅμηρον καὶ τοὺς παρ' αὐτῷ βαρβάρους· καὶ γὰρ ἐνταῦθα ὄψει ἀρετὴν καὶ κακίαν ἀντιπεταγμένας ἀλλήλαις· ἀκόλαστον μὲν τὸν Ἀλέξανδρον, σώφρονα τὸν Ἕκτορα· δειλὸν τὸν Ἀλέξανδρον, ἀνδρεῖον τὸν

---

[14] Πάσας δὲ ἀλλήλαις. Heinſ. [15] *Leg.* διασώζοντι, *& in ſequentibus* διατιθέντι. *casûs enim* Dativi participia *non habent, quò referantur.* * Γραμμῶν. Scal. [16] *Iliad.* B. *v.* 188. *Sed memoriæ vitio* ἀντὶ τοῦ κιχείη, *quod eſt apud* Homerum, *in primo verſu* noſter *po-*

Ἕκτο-

ſecundas. Quæ omnia tamen diverſi argumenti ſunt. Non aliter quam ſi inſtrumentum dari poſſit muſicum, quod omnes ſimul harmonias conjungeret: cujus voces omnes inter ſe convenirent. Aut ita potius. Neſcio an audieris unquam multa ſimul inſtrumenta, tibiæ ſonum, lyræ vocem, chori cantum, cumque his tubam ſimul fiſtulamque, & ſi quæ alia inſtrumentorum aut nomina aut genera ſunt, cum humanæ vocis concentu, una inter ſe miſceri. Quorum ſingula cum peculiari fiant arte, tamen ita temperata ſunt cum ſingulis, communem ut efficiant Muſam. Et, ut brevius dicam, talis eſt Homeri poëſis, qualis pictura Polygnoti futura erit aut Zeuxidis, ſi ſimul pictores illi fiant Philoſophi aut nihil pingant temere. Duplicem enim ſibi ſcopum proponent: quorum alter artem, alter ſpectabit virtutem. Quod ad artem, ut figuræ ac corpora veritatem referant, quod ad virtutem, ut congrui linearum ductus, ipſam diligenter repræſentent pulchritudinem. Ita & de Homeri judica libris; duo in iis eſſe ſpectanda: quorum alterum ad poëſin pertinet, & fabulæ ſpeciem habet: alterum ad Philoſophiam, & virtutem commendat, veritatem docet. Statim in ipſo operis principio introducuntur duo: alter Theſſalicus adoleſcens, alter rex, ſed ætate major; Achilles dico & Agamemnon. Quorum hic præ nimia ira in contumeliam erumpit, ille contumelia affectus, incipit iraſci. Hic effigies diverſorum habes affectuum, juventutis alterum, alterum potentiæ. Oppone utrique Neſtorem: qui & ætate provectus, & prudentiæ ſingularis, & admirabilis eſt facundiæ. Rurſus inducitur ab eo Therſites, viſu deformis, lingua maledicus, moribus incompoſitis. Ut plane populi effrænis agnoſcas imaginem. Oppone & huic virum bonum, ducem perfectum, qui ſupervenit.

*Hic quemcunque virum regum de ſtirpe videret,*
*Lenibus hunc verbis adſtans retinebat euntem:*
*Quem verò è populo clamantem, & vana moventem,*
*Hunc ſceptro percuſſit.*

An aliud tibi facere videtur Socrates, cum regales principeſque viros lenibus verbis demulcet, & excipit: utputa Timæum aut Parmenidem, aliumve regium hoſpitem:

*Quem verò è populo clamantem & vana moventem*
*Aſpicit,*

hunc oratione aſpera increpat: puta Thraſymachum aliquem, aut ſi quis alius convitiator & maledicus? Rurſus ad Homerum redeamus, ejuſque Barbaros. Nam & hîc vitia virtuteſque inter ſe oppoſitas videbis. Intemperantiam Paridis, temperantiam Hectoris: timiditatem Paridis, fortitudinem Hectoris.

*ſuit vocem* ἐσθίοι. [17] *In* MS. *Reg.* & *Flor. ut ex Paccii verſione liquet, additur,* ἢ Πῶλον, ἢ Καλλικλέα, ἢ τινὰ ἄλλον &c. *Recte.*

Ἕκτορα· κἂν τοὺς γάμους αὐτῶν ἐξετάζῃς, ὁ μὲν, ζηλωτὸς, ὁ δὲ, ἐλεεινὸς· ὁ μὲν, ἐπάρατος, ὁ δὲ, ἐπαινετός· ὁ μὲν, μοιχικὸς, ὁ δὲ, νόμιμος. Θέασαι δὲ καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς νενεμημένας κατ' ἄνδρα, τὴν μὲν ἀνδρείαν κατὰ τὸν Αἴαντα, τὴν δὲ ἀγχίνοιαν κατὰ τὸν Ὀδυσσέα, τὸ δὲ θάρσος κατὰ τὸν Διομήδην, τὴν δὲ εὐβουλίαν κατὰ τὸν Νέστορα αὐτόν. Οὗτος ἄρα εἰκόνα ἡμῖν ὑποτίθεται χρηστοῦ βίου, καὶ ἀρετῆς ἀκριβοῦς· ὥστε καὶ ἀπέδωκεν αὐτῷ ἥμισυ τῶν αὐτοῦ [18] ἔργων. Καὶ ταῦτα μὲν, ὡς συλλήβδην εἰπεῖν, ἴχνη βραχέα μακρῶν λόγων. Εἰ δ' ἔτι χρὴ καὶ περὶ θεῶν ὀλίγα ἄττα δείγματα τῆς Ὁμήρου γνώμης ἐνεγκεῖν, ἑνὶ τῷ παρὰ Πλάτωνος ὥσπερ εἰκόνι τὰ λοιπὰ εἰκαζόμενα, κατὰ τὸ ἦθος τοῦ λόγου, τὰ πρεσβύτερα τοῖς νεωτέροις· ἐπείπερ ταύτῃ κειτέον. Ὁ γὰρ δὴ μέγας ἐν οὐρανῷ Ζεὺς, λέγει που καὶ ὁ Πλάτων· καὶ ὀχεῖται αὐτῷ ὁ Ζεὺς ἐπὶ πτηνοῦ ἅρματος, καὶ ἡγεῖται θεῶν. Ὁμήρῳ δὲ ὁ στρατηγὸς Ζεὺς λέγει,

> [19] Μήτε τις οὖν θήλεια θεὸς [20] τόδε, μήτε τις ἄρσην
> Πειράτω διακέρσαι ἐμὸν ἔπος· ἀλλ' ἅμα πάντες
> Αἰνεῖτ', ὄφρα τάχιστα τελευτήσω τάδε ἔργα·

Καὶ μετὰ τοῦτο αὐτῷ καὶ τὸ ἅρμα ζεύγνυται, καὶ οἱ ἵπποι θέουσιν,

> [21] Ὠκυπέτα χρυσέῃσιν ἐθείρῃσιν κομόωντες.

Ζεύγνυται δὲ καὶ Ποσειδῶνι ἅρμα ἐν θαλάττῃ,

> [22] Βῆ δ' ἐλάαν ἐπὶ κύματ', ἄταλλε δὲ κήτε' ὑπ' αὐτῷ.

Ἔχει δὲ καὶ ὁ Ἅδης αὐτῷ τρίτην ἀρχὴν, τριχθὰ δὲ Ὁμήρῳ δέδασται τὰ πάντα. Ποσειδῶν μὲν ἔλαχε,

> ----- [23] Πολιὴν ἅλα ναιέμεν αἰεὶ,

Ἅδης δ' ἔλαχε,

> ---------------- [24] Ζόφον ἠερόεντα,

Ζεὺς δὲ οὐρανόν. Ὦ τῆς δικαίας καὶ φιλοσόφου [25] νομῆς. Εὕροις δ' ἂν καὶ ἄλλας παρ' Ὁμήρῳ ἀρχὰς καὶ φύσεις παντοδαπῶν [26] ὀνομάτων· ὧν ὁ μὲν ἀνόητος ὡς μύθων ἀκούει, ὁ δὲ φιλόσοφος, ὡς πραγμάτων. Ἔστιν αὐτῷ καὶ ἀρετῆς ἀρχή· ἀλλ' Ἀθηνᾶ λέγεται, καὶ τῷ ἔχοντι παρίσταται ἐν πάντεσσι πόνοισιν. Ἔστι καὶ ἔρωτος· ἀλλὰ τὴν αἰτίαν ἡ Ἀφροδίτη ἔχει, καὶ τοῦ κεστοῦ κρατεῖ, καὶ μεταδίδωσι τοῦ πόθου. Ἔστι καὶ τέχνης· ἀλλ' ὁ Ἥφαιστος τὴν αἰτίαν ἔχει, καὶ τοῦ πυρὸς κρατεῖ, καὶ μεταδίδωσι τῆς τέχνης. Ἀρχὴ δὲ αὐτῷ καὶ Ἀπόλλων χρεῦ,

[18] Heinſ. addit. ὁ Ἀγαμέμνων. *Neſtori enim multùm tribuit Agamemnon, ut notum eſt iis qui Homerum legêrunt.* [19] *Il.* Θ. *v.* 8. [20] *In Homeri exemp.* τόγε. [21] *Ib. v.* 42. [22] *Il.* N. *v.* 27. [23] *Iliad.* O. *v.* 190. [24] *Ibid. v.* 191. [25] *Philoſophicam vocat diviſionem, quià naturæ rerum conſentanea eſt, ſi locum* ἀλληγορικῶς *explices; intelli-*

καὶ

ris. Quin & conjugium eorum ſi conſideres, alter hac in parte felix, alter miſeratione dignus eſt, alter deteſtandus, laudandus alter, alter adulter, alter legitimus maritus eſt. Conſidera & reliquas virtutes, viritim diviſas. Fortitudinem Ajaci, ſolertiam Ulyſſi, audaciam Diomedi, conſilii prudentiam Neſtori tribuit: in qua probæ vitæ abſolutæque virtutis imaginem habemus. Quare alteram illi operum ſuorum partem Agamemnon aſcribit. Et hæc quidem, ut paucis abſolvam, nihil aliud quam quædam eorum quæ ab eo multis proponuntur ſunt veſtigia. Quod ſi & de Diis nonnulla, è quibus Homeri inſtitutum appareat, adferre lubeat: cum unico Platonis exemplo, tanquam imagine quadam, conferemus reliqua; antiqua dico cum recentioribus: ut orationis appareat indoles, ſiquidem hoc potiſſimum nunc agimus. *Magnus namque in cœlo Jupiter*, ait Plato alibi: Jovemque introducit, qui alato invehitur curru, deoſque ducit reliquos. Apud Homerum imperator reliquorum ita loquitur Jupiter:

*Ne quis ſive Deus ſeu ſit Dea, gaudeat illos*
*Sermones nobis evertere: ſed mea quiſque*
*Conſilia probet, ut confeſtim facta ſequantur.*

Et cum dicto currus illi jungitur, equi currunt,

*Veloces, pulchréque aurato crine comantes.*

Etiam Neptuno in mari currus jungitur.

*Sic fluctus petit: heic exultant maxima cete.*

Pluto illi tertium regnum obtinet: trifariam enim Homero diviſa ſunt omnia: Neptuno tribuitur,

-------------*canis ut vivat ſemper in undis*
*Æquoris*,

Pluto incolit

--------------*triſtes caliginis umbras*,

Jupiter vero cœlum. O accuratam diviſionem, vereque philoſophicam! Sunt & alia apud Homerum diverſarum rerum principia & ortus. Quæ dementes pro fabulis habent: Philoſophi pro rebus graviſſimis. Invenies virtutis principium: ſed ſub Minervæ nomine, quæ præſtantibus viris quocunque in labore fert ſubſidium. Eſt & amoris: ſed Veneri aſcribitur, quam ceſto præficit, quæ amorem immittit. Eſt & artificii: ſed hoc Vulcani eſt, qui igni præficitur, qui artes hominibus tradit. Apollo choreas orditur, Muſæ cantum, bellum Mars,

---

*guntur enim tria elementa, Ignea ſubſtantia, aer, & aqua.* Heraclides *Pontic. Alleg. Homer. p.* 465. Οὐ μὰ Δί', ὁ κλῆρος ὁ μυθευόμενος ἐν Σικυῶνι ταῦτα, καὶ διαίρεσις ἀδελφῶν οὕτως ἀνώμαλος ὥστ' οὐρανὸν ἀνατεθεῖναι θαλάττῃ καὶ Ταρτάρῳ. —— Τῇ μὲν πυρώδει φύσει τόπον ἔνειμεν οὐρανόν, τὴν δ' ὑγρὰν οὐσίαν Ποσειδῶνι προσέθηκε. Τρίτην δὲ Ἀΐδην τὸν ἀφώτιστον ἀέρα δηλοῖ. [26] *Divinorum, quæ Dei operibus imponebant. Hoc enim modo Ethnicam Theologiam exponunt Allegoriſtæ. Vid.* Phurnuti *libellum de naturâ Deorum, &* Lactant. *Inſt. Div. lib. II, c.* 6.

καὶ μῆτις φύσεως, καὶ Ἄρης πολέμου, καὶ Αἴολος πνευμάτων, καὶ ὠκεανὸς ποταμῶν, καὶ Δημήτηρ καρπῶν· καὶ οὐδὲν μέρος Ὁμήρῳ ἄθεον, οὐδὲ δυνάστου ἄπορον, οὐδὲ ἀρχῆς ἔρημον, ἀλλὰ πάντα μεστὰ θείων ὀνομάτων καὶ θείων λόγων, καὶ θείας τέχνης. [27] Κἂν ἐπὶ τὰ στοιχεῖα ἔλθῃς καὶ τὴν τούτων πόλεμον, ὄψει μάχην ἐν τῷ Τρωϊκῷ πεδίῳ, οὐ Τρώων καὶ Ἀχαιῶν, καὶ ὀλλυμένων καὶ ὀλλυμένων, αἵματι ῥεούσης τῆς γῆς, ἀλλὰ πυρὸς καὶ ποταμοῦ μάχην, τοῦ μὲν οἰδαίνοντος καὶ ἀνισταμένου λαμπρῷ καὶ συνεχεῖ τῷ κύματι, τοῦ δὲ ταῖς δίναις ἐμπίπτοντος ἀκμαίᾳ ῥιπῇ, φλέγοντος μὲν τὰς κόμας καὶ τὸ κάλλος τοῦ ποταμοῦ, ἰτέας καὶ μυρίκας, καὶ λωτὸν καὶ θρύον, φλέγοντος δὲ αὐτοῦ τὰ φορήματα, καὶ τὰ θρέμματα.

[28] Τείροντ' ἐγχέλυές τε καὶ ἰχθύες οἳ κατὰ δίνας,
Οἳ κατὰ καλὰ ῥέεθρα κυβίστων ἔνθα καὶ ἔνθα.

* Ἄπιστος δ' ἂν ἦν ὁ πόλεμος οὗτος, ἀλλὰ ἡ Ἥρα ἀκούεται καὶ διαλύει τὸν πόλεμον, καὶ τὰ στοιχεῖα συνάγει. Ἔα μοι ταυτὶ τὰ αἰνίγματα· σκόπει τὰ σὰ, τὰ ἀνθρώπινα. Οὗτος τῆς πολιτείας τρόπος, οὐκ ἐν Πειραιεῖ πλαττόμενος, οὐδὲ ἐν Κρήτῃ νομοθετούμενος, ἀλλ' ἐπὶ προφάσει Ἡρωϊκῇ ὑπὸ φιλοσόφου δεικνύμενος, δι' οἰκονομίας Ἡρωϊκῆς· ἄρχοντες αὐτουργοὶ, προβουλευόμενοι· ἀριστεῖς ἀγαθοὶ, προπολεμοῦντες· γυνὴ σώφρων, ἀντιτασσομένη ὑβρισταῖς νεανίαις· βασιλεὺς δίκαιος, ξενοδοχῶν ἀλήτην ξένον· ἀνὴρ σώφρων, παντοίαις συμφοραῖς ἀντιτεχνώμενος. Δείξω δέ σοι καὶ πολιτείας ἄλλας * ἀντιτεταγμένας δημιουργίαις αὐταῖς· [29] Ὅμηρος μὲν λόγῳ, Ἥφαιστος δὲ χρυσῷ· ἐν τῇ μὲν ῥαγάμοι τε καὶ ᾠδαὶ, καὶ χοροὶ, καὶ
[30] δικάζοντες βασιλεῖς, καὶ * ἑπόμενοι λαοί.

[31] Τὴν δ' ἑτέρην πόλιν ἀμφὶ δύο στρατοὶ εἵατο λαῶν.

Κἂν ἀπιστῇς τῷ πλάσματι, οὐκ ἀπορήσεις λόγων ἀληθεστέρων. Αὗταί σοι νησιωτικαὶ πόλεις, ἡ μὲν Φαιάκων, ἡ δὲ Ἰθακησίων· τῆς μὲν ἄρχει αἰδὼς, τῆς δὲ ὕβρεις· τῆς μὲν βασιλεῖς ἔννομοι, τῆς δὲ ἄδικοι μνηστῆρες· οἱ μὲν τὸν βασιλέα ἐρχόμενον, θεὸν ὡς εἰσορόωσιν, οἱ δὲ, τοῦ βασιλέως ἐπιβουλεύουσι τῷ γάμῳ· τέλος δὲ ἑκατέροις, τοῖς μὲν, εὐφροσύνη διηνεκὴς, καὶ βίος ἄλυπος, καὶ ὑποδοχὴ ξένων, καὶ θαλάττης στόλοι, καὶ γῆς καρποί· τοῖς δὲ ἑτέροις ὄλεθρος ἀθρόος ἐν αὐταῖς ταῖς ἡδοναῖς. Τοῦτο τέλος μοχθηρίας ὑβριζούσης, τοῦτο τέλος ἀνεπιτιμήτου ἐξουσίας. Αὐτόν γε μὴν τὸν Ὀδυσσέα οὐχ ὁρᾷς, ὡς παντοίαις

[27] *Iliad.* Φ. *v.* 341. [28] *Ibid.* *v.* 353. * Ἄπαιστος H. St.
* Heinſ. *legit* ἀντιτεταγμένας. Ἐδημιούργησεν αὐταῖς Ὅμηρος. *Vel, ſi hæc conjectura non placeat, idem monuit poſt vocem* αὐταῖς *ſuppleri poſſe* συναμφοτέροις ἐπίσημον, *vel ſimile quiddam.* [29] *Achillis ſcutum deſcribit* Homer. *Iliad.* Σ. *v.* 483. *unde, quæ noſter habet, ſunt depromta.* [30] Δικά-

συμφο-

ventos producit Æolus, fluvios Oceanus, fruges Ceres. Ut nulla pars naturæ totius ſit Homero ſine Diis, ſine præfecto, ſine imperio, ſed omnia divinis nominibus, omnia divinis ſermonibus, omnia divinis abundent artibus. Quod ſi elementa eorumque ſpectes diſcordiam, videbis pugnam in Trojano campo, non Græcos inter eorumque adverſarios, non cædentes inter cadenteſque,

*Sanguine inundatâ terrâ,----*

ſed ignis & fluvii: quorum alterum intumeſcere videbis magniſque ac crebris aſſurgere undarum fluctibus: alterum violento impetu ipſis fluvii incumbere vorticibus, comaſque ejus ac totum ornatum amburere: ſalices videlicet & myricas, lotumque, & juncos: tum alumnos ejus, & quæ fert reliqua.

*Anguillæ, piſceſque alii, qui flumine pulchro*
*Hinc atque hinc duxere choros, torrentur ubique.*

Nec componi pugna niſi Junonis interventu potuiſſet, quæ contentionem dirimit, bellum componit, elementa conjungit. Sed hanc allegoriam prætermittamus: ac ea potius quæ noſtra ſunt, quæ ad hominem ſpectant, videamus. Hæc Reip. forma non in Pyræeo fingitur, neque in Creta ſancitur, ſed à vero Philoſopho heroicis exemplis, heroica operis forma, delineatur. Hic principes, qui ipſi res gerunt, ſed non ſine maturo conſilio, videbis. Hic belli duces præſtantiſſimos, ſed qui in acie præcedunt. Hic caſtam in medio libidinoſiſſimorum juvenum mulierem. Hic regem probum, qui erronem excipit hoſpitio. Virum bonum, qui omnibus calamitatibus totam opponit induſtriam. Oſtendam & Reſp. tibi duas, planè operibus inter ſe oppoſitas, quas Homerus verbis, auro delineavit Vulcanus. In altera nuptiæ, cantus vigent, & tripudia; reges judicant, populus litigat:

*Aſt aliam cingunt urbem duo caſtra virorum.*

Si non hoc ſatis manifeſtum videtur tibi, aliud habebis manifeſtius. Cogita duas inſulanas urbes, alteram Phæacum, alteram Ithacenſium. In altera verecundia, in altera obtinet contumelia. In altera reges juſti, in altera injuſti proci. Illi regem venientem Dei inſtar venerantur: hi regis inſidiantur uxori. Sed & finis illis eſt diverſus. His hilaritas perpetua, vita ſecura, hoſpitalitas: in mari claſſes, in terra fructus. Illi in ipſis ſuis voluptatibus radicitus pereunt. Hic exitus contumelioſam excipit nequitiam, hic immoderatæ licentiæ eſt finis. Ipſum vero Ulyſſem nonne vides, quo pacto dum om-

*ζοντας βασιλεῖς in Scuto rectè poſuit* Homerus; *Reges enim primum ſunt electi ut controverſiarum eſſent judices.* Heſiod. *Theog. v.* 88.

Τοὔνεκα γὰρ βασιλῆες ἐχέφρονες, οὕνεκα λαοῖς
Βλαπτομένοις ἀγορῆφι μετάτροπα ἔργα τελεῦσι
Ῥηϊδίως &c.

* Νεικέμενοι Heinſ. ‡ Il. Σ. v. 509.

nibus

συμφοραῖς [32] ἀντιτεχνώμενος ἀρετῇ σώζει καὶ τὸ δι' ἐκείνην θάρσος· τοῦτο αὐτῷ τὸ ἐκ Κίρκης μῶλυ, τοῦτο τὸ ἐν θαλάττῃ κρήδεμνον, τοῦτο τῶν Πολυφήμου χειρῶν τὸν ἄνδρα ἐξάγει, τοῦτο ἐξ Ἅδου ἀνάγει, τοῦτο πηγνύει σχεδίαν, τοῦτο πείθει Ἀλκίνουν, τοῦτο ἀνέχεται βαλλόντων μνηστήρων. Ἶρου παλαίοντος, Μελανθέως ὑβρίζοντος· τοῦτο ἐλευθεροῖ τὴν ἑστίαν, τοῦτο τιμωρεῖται γάμον, τοῦτο ἄνδρα ποιεῖ διογενῆ καὶ θεοῖς εἴκελον, οἷον ἀξιοῖ Πλάτων εἶναι τὸν εὐδαίμονα.

---

## [1] Εἰ τέχνη ἡ ἀρετή.

### ΛΟΓΟΣ ΙΖ'.

ΚΑΙ πῶς ἄν τις τῶν φιλοσόφων ἀποδέξαιτο ἄλλο τι τὴν ἀρετὴν λέγοντος εἶναι, καὶ μὴ τέχνην; σχολῇ γὰρ ἂν εἴη τέχνη τι ἄλλο, εἴ περ μὴ ἡ ἀρετή· πλὴν εἰ μὴ ἄροτρον μὲν, τέχνης ἔργον, καὶ ἀσπὶς τέχνης, καὶ ναῦς, καὶ τειχίον· τὸ δὲ τούτοις χρώμενον, καὶ ἐπιστατοῦν, καὶ παρέχον τὴν ἑκάστου χρείαν ἅπαντι τῷ ἔχοντι εἰς δέον, καὶ τὴν ἐξ ἁπάντων ὠφέλειαν συντάττον εἰς κοινὸν τέλος, τοῦτο δή που τὴν ἀτεχνίαν φήσομεν. Δεινόν γε ὦ θεοὶ, καὶ δεινοῦ πέρα, εἰ ὁ μὲν κεραμεὺς ἐπὶ τέχνῃ μανθάνει, καὶ ὁ σκυτοτόμος, καὶ ὁ τέκτων· ὁ δὲ φιλόσοφος μανθάνει μὲν, καὶ τέλος αὐτῷ ἡ ἀρετὴ ἔχει· ἔστι δὲ τοῦτο οὐ τέχνη, ἀλλά τι μάθημα ὑπὸ ἀτεχνίας διδασκόμενον. Καλῶς· ἔχε ἀτρέμας· οὐ γὰρ ἀτόπως ὑφηγῇ, οὐδὲ ἀτέχνως μὰ Δία· ἐγὼ δέ σου τὴν μὲν τέχνην ἐπαινῶ, τὸ δὲ κεφάλαιον αὐτῆς φέρε ἴδω τί καὶ λέγεις. Κεραμεὺς, φῄς, κεραμεύειν μανθάνει τέχνῃ, καὶ σκυτοτόμος σκυτοτομεῖν, καὶ τεκταίνειν τέκτων. Ἐγὼ δέ σοι ταῦτα μὲν δίδωμι, μανθάνειν ἕκαστον τῶν δημιουργῶν ἃ μανθάνει δρᾶν· τῆς δὲ τέχνης ἑκάστης οὐκ εἶναι τέλος, τὸ μαθεῖν τὴν τέχνην παρ' ἄλλου ἄλλον· τὴν μὲν γὰρ διαδοχὴν τοῦ εἰδέναι μάθησις ποιεῖ· ἡ δὲ χρεία τῶν τεχνῶν, οὐκ ἀπὸ τέχνης γίνεσθαι τέχνην, ἀλλ' ὑπὸ μὲν κεραμέως ἀμφορέα, ὑπὸ δὲ αὐλητοῦ αὔλημα, ὑπὸ δὲ στρατηγοῦ νίκην· τούτων δὲ ἕκαστον ἄλλο

---

[32] Ἀντιτεχνώμενον ἀρετὴ σώζει. H. St.

[1] *Eodem redit, ac ſi dixiſſet,* εἰ διδακτὸν ἡ ἀρετή. *De hâc quæſtione in partes abiêre Philoſophi; & aliis quidem affirmantibus, Platonici virtutem vel diſci vel doceri poſſe prorsùs negârunt, ei verò, cui adeſt, divinâ ſorte datam cenſuêrunt.* Plato in *Menon. p.* 24. E. Ἀρετὴ ἂν εἴη οὔτε φύσει, οὔτε διδακτόν· ἀλλὰ θείᾳ μοίρᾳ παραγιγνομένη, ἄνευ νοῦ οἷς ἂν παραγίγνηται. *Eandem rem in Theage, Protagorâ & Euthydemo agit Philoſophus. Contrarium docent* Cicero *de Nat. Deor. III.* 36. *&* Plu-

*Ti*

nibus virtutem moleſtiis opponit, etiam animum ab ea ſumat, & fiduciam? Hoc eſt illud Circes Moly, hæc eſt vitta illa quam in mari invenit, hoc Polyphemi manibus eripit virum, hoc ab inferis reducit, hoc cymbam illi fabricat, hoc Alcinoum perſuadet, hoc procorum ictus patienter perfert, hoc Iro parem in lucta reddit, hoc Melanthii contumeliis. Hoc domum illi liberat, uxorem vindicat, hoc virum efficit, qualem Homerus Jove genitum, Diis ſimilem, Plato felicem vocat.

---

## *An virtus ſit ars.*

### DISSERT. XVII.

QUis verò Philoſophum audiat, qui aliud virtutem eſſe dicat, quam artem? Equidem non video, quomodo aliud ars dici poſſit, ſi non poſſit virtus. Niſi fortè aratrum, aut clypeum, aut navem, aut murum, artis opus eſſe exiſtimes: id autem quod his utitur omnibus, his omnibus præeſt, omnium horum uſum eos, qui poſſideant, ex artis præſcripto docet, utilitatem quam ex iis percipere debeant, communem eundemque ad finem referre oſtendit, nihil minus quàm artem dicemus eſſe. Mirum Dii boni, & plus quàm mirum, ſi figulus, cerdo, ac faber, certam ad artem opus ſuum referre diſcant: Philoſophus verò diſcat quidem, nec alium ſibi finem quam virtutem proponat, id ipſum tamen non ars, ſed diverſa quædam ab arte ſit dicenda inſtitutio. Pulchre mehercules: ſufficit. Non enim abſurdum mihi exordium videtur per Jovem, aut imperitum. Quamvis enim illam, de qua agis, reprehendere artem non poſſum, permitte tamen ut videam, quid in ea præcipuè ſtatuas. Figulus, inquis, opus ſuum efficere arte diſcit, & cerdo ſuum, & ſuum faber. Ego verò minimè hoc tibi negaverim, ſingulos opifices diſcere ea, quæ efficere diſcunt: ſed potius ſingularum artium eum non eſſe finem, ut ab alio diſcat eas alius. Scientiæ namque ſucceſſionem diſciplina efficit: ipſe vero artis uſus non eſt ut ab arte ars fiat, ſed ut amphora à figulo, tibiæ cantus à tibicine, ab imperatore efficiatur victoria. His enim omnibus præter artem

---

tarchus *Op. Tom.* 2. *p.* 439. *& ſeq. Quemadmodum etiam Cynici & Stoici. Adi ſis* J. Lipſii *Phil. Sto. lib.* II *c.* 10. *Notandum tamen eſt, cùm aſſerat Plato,* ὅτι οὐ διδακτὸν ἡ ἀρετὴ, *virtutes tantum* ἠθικάς: *ab eo intelligi, non autem* διανοητικάς. *Nam* virtutes eas doceri & ſtuderi poſſe arbitrabatur *Plato*, quæ ad rationabilem animam pertinent, id eſt ſapientiam & prudentiam. *Verba ſunt* Apuleii *Phil. Plat. lib.* 2. *p.* 17. *Vid. &* Alcin. *de doct. Plat. c.* 27.

τι περὶ τὴν τέχνην, τέχνης τέλος καὶ ἐ τέχνη· ἐ γὰρ ὅ, τι μὴ τέχνη, καὶ ἀτεχνία εὐθύς· ἀτεχνία μὲν γὰρ, ἀφαίρεσις τέχνης, ἔνθα δεῖ τέχνης· ἐ τέχνη δὲ, τὸ ὑπὸ τέχνης μὲν γινόμενον, ἕτερον δὲ ὂν περὶ τὴν τέχνην. Ἆρ' ἡγῇ με σαφῶς λέγειν; ἢ φραστέον σοι ἐτωσὶ ἐνδηλότερον; καλεῖς τινα τέχνην ἰατρικὴν, καὶ ἄλλην αὖ ἀγαλματουργικήν· τέλος δὲ ἑκατέρας, ἔτε ἰατρικῆς ἰατρικὴ, ἔτε ἀγαλματουργικῆς ἀγαλματουργία· ἀλλὰ ἄγαλμα μὲν ἀγαλματουργίας, ὑγίεια δὲ ἰατρικῆς. Τί ἐν; Ἄλλο τι εἶναι ἡγῇ τὴν ἀρετὴν, ἢ ψυχῆς ὑγίειάν τε καὶ εὐσχημοσύνην; ἐτωσὶ δὲ αὐτὸ σκέψαι. Ψυχῇ καὶ σώματι καὶ λίθῳ, τρισὶ τέτοις ἐπινείμας τέχνας τρεῖς, ὧν αἱ μὲν ὗλαι κόσμε ἐνδεεῖς, ἡ δὲ τέχνη προσαγαγῦσα ἑκάστη ἑκάστῳ τὸ οἰκεῖον σχῆμα, περιέβαλε τὸν μὲν λίθον ῥυθμοῖς καὶ σχήμασιν, εἰς μορφῆς εἶδος· τὸ δὲ σῶμα ἁρμονίαις καὶ κράσεσιν, εἰς ὑγιείας μέτρον· τὴν δὲ ψυχὴν, συμμελείαις καὶ εὐκινησίαις εἰς ἀρετῆς κόσμον· κἂν καλῇς τι τέτων τέχνην, τὸ τῆς δεδράσαντος ὄνομα τῷ ποιηθέντι [2] ὑπὸ φιλίας προστεθεὶς, ἔτω μοι δοκεῖς καλεῖν, ὥσπερ ἂν εἰ καὶ ἥλιον καλῇς τὴν ἐξ ἡλίε αὐγὴν, ἑτέραν ἔσαν τῆς ἡλίε, καὶ ἐκ αὐτὸν ἥλιον. Καὶ μὲν δὴ καὶ ἀμφοτέρωθεν σκόπει τὸ λεγόμενον. Ἐξετάζωμεν τί μὲν τέχνη, τί δὲ ἀρετή. Τέχνην τοίνυν ἄλλο τι ἡγῇ ἢ λόγον ἐπὶ τέλος ἰόντα; [3] τὸ μὲν διὰ χειρεργίας σῶμά τι ἀπεργαζόμενον, ὃ καλῦμεν ποίημα· ἢ οἷον οἰκίαν οἰκοδόμε, καὶ ναυπηγῦ ναῦν, καὶ γραφέως εἰκόνα· τὸν δὲ αὖ πράξεώς τινος ἐργαστικὸν, ἐκ ἄνευ σώματος ἀπεργαζόμενον, ἀλλ' ἐν μὲν στρατηγίᾳ νίκην, ἐν δὲ ἰατρικῇ ὑγίειαν, ἐν δὲ πολιτικῇ δικαιοσύνην· τρίτον δ' αὖ τεχνῶν εἶδος, αὐτὸν λόγον ἄνευ σωμάτων ἐφ' ἑαυτὸν κρατυνόμενον, περὶ αὐτὸν τὴν πραγματείαν ἔχοντα, ὁποῖαι τέχναι γεωμετρικαὶ καὶ ἀριθμητικαὶ, καὶ ὅσαις τὸ τέλος διανοητικόν· αὐτὸ τῦτο, ἔτε δὴ πρακτικὸν, ἐδὲ ποιητικόν. Εἶεν. Τριῶν δ' ὄντων τέχνης γενῶν, κατὰ ποῖον αὐτῶν τὴν ἀρετὴν τάξομεν, εἴπερ τέχνη; κατὰ τὸ ποιητικόν; ἐδὲ αὐτὸς φήσεις· ἀλλὰ ἀμφισβητήσιμον ἔσται σοι τὸ τῆς πράξεως πρὸς τὴν θεωρίαν. Ἐγὼ δὲ ἐδέτερον μὲν ἀφαιρῶ τῆς ἀρετῆς, ἀλλ' ἑκάτερον ἑκατέρῳ ἀνακεράσας, [4] ἐπιμετρήσας τι ἐπὶ τέτοις καὶ ἄλλο τὸ ἐξ ἁπάντων ξυστὰν, ἕτερον εἶναί φημι ἑκάστε ἀφ' ὧν συνέστη. [5] Οἷον

---

[2] *Perplacet* Scaligeri *conjectura, qui legit* ὑπ' ἀφελείας. — [3] *Hanc artium ſive ſcientiarum diviſionem Platoni debet* noſter. Τῆς ἐπιστήμης (κατὰ Πλάτωνα) εἴδη ἐστὶ τρία· τὸ μὲν γάρ ἐστι πρακτικόν· τὸ δὲ ποιητικόν· τὸ δὲ θεωρητικόν. Ἡ μὲν γὰρ οἰκοδομικὴ καὶ ναυπηγικὴ, ποιητικαί εἰσιν, ἔστι γὰρ αὐτῶν ἰδεῖν ἔργον πεποιημένον. Πολιτικὴ δὲ καὶ αὐλητικὴ καὶ κιθαριστικὴ, καὶ αἱ τοιαῦται πρακτικαί· ἐ γάρ ἐστιν ἐδὲν ἰδεῖν θεατὸν αὐτῶν πεποιημένον, ἀλλὰ πράττουσί τι· —— ἡ δὲ Γεωμετρικὴ καὶ ἁρμονικὴ καὶ ἀστρολογικὴ, θεωρητικαί·

finis propoſitus eſt alius ab arte. Non enim continuo quod ars non eſt, artis eſt privatio. Quod ſi ars auferatur ubi arte opus eſt, id erit artis privatio. Non ars autem eſt quod ab arte fit quidem, aliud tamen eſt ab arte. Utrum ſatis manifeſtè tibi loqui videor, an planius hoc modo dicendum erit? Eſtne ars aliqua quam medicam dicis, eſtne alia quam ſtatuariam? Harum utriuſque finis eſt, non medica ars medicæ, nec ſtatuaria ſtatuariæ: verum hujus quidem ſtatua, illius verò ſanitas. Quid ergo? Aliudne virtutem eſſe putas, quam ſanitatem, rectamque animi habitudinem? Ita hoc quod dico collige: Tribus his, animæ, corpori, & lapidi, tres diverſas tribue artes: eas autem nudam fac materiem eſſe quæ adhuc forma careat. Itaque ars peculiarem addat ſingulis formam. Ac primo lapidi concinnitatem figuramque, ut eſſe facies incipiat. Corpori aptam diſpoſitionem, humorumque mixtionem, ut ſanitatem recipiat. Animæ poſtremo congruentiam aptam habilitatemque, ut virtutem admittat. Quod ſi aliquid ex his tribus artem voces, ipſique operi nomen quod autoris eſt præ ſimplicitate nimia tribuas: non aliud mihi facere videris, quam ſi ſplendorem ſolis, ſolem voces, qui alius ab ipſo ſole eſt, non ſol ipſe. Sed potius utrinque id de quo agimus, videamus. Inquiramus quid ſit ars, quid ſit virtus. Aliudne artem eſſe arbitraris, quàm rationem quæ ad finem ſuum tendit? Ut interdum beneficio manuum corpus efficiat, quod opus dicitur: ſicut domum architectus, navem naupegus, imaginem pictor. Interdum verò actionem, quæ ſine corpore non efficitur: ſicut imperator victoriam, ſanitatem medicus, juſtitiam politicus. Tertia ſpecies artium eſt, quæ ipſam per ſe rationem, ſine corporibus in opere ſuo occupatam, ſibi vindicant: quales Geometricæ Arithmeticæque ſunt, & ſi quæ alia eſt, cujus finis eſt intelligentia: quæ neque ad actionem ſpectat neque ad opus. Eſto. Cùm ergo tria ſint artium genera, quò virtutem referemus, ſiquidem ea ars eſt? An ad eas quæ opus efficiunt? Ne ipſe quidem dices. Supereſt ergo ut inter ſe concertent actio & contemplatio. Ego neutrum quidem demo virtuti, ſed ita utrumque utrique miſceo, ut & aliquid aliunde addam: quod cum feci, aliud id quod ex omnibus conſtat, à ſingulis è quibus conſtat, eſſe dico. Ut ſi quis, exempli cauſa, humanum corpus ignem eſſe

ὅτι γὰρ πράττουσιν, ὅτι ποιοῦσιν εἶδεν. &c. Diog. Laërt. *lib. III. p.* 89.
[4] Heinſ. *hunc locum ſic interpungit.* Ἐπιμαρτύρησας τι ἐπὶ τέχνης καὶ ἄλλο, τὸ ἐξ ἁπάντων ξυστὰν ἕτερον εἶ καὶ τὰ ἕξις. [5] *Platonicorum erat ſententia, corpus ex quatuor elementis conſtare.* Οἱ δὲ θεοὶ ἔπλασαν μὲν πρωτουργοὶ τὸν ἄνθρωπον ἐκ γῆς καὶ πυρὸς καὶ ἀέρος καὶ ὕδατος. Alcin *Phil. Plat. c.* 17. Τεττάρων γὰρ ὄντων γενῶν, ἐξ ὧν συμπέπηγε τὸ σῶμα, γῆς, πυρὸς, ὕδατός τε καὶ ἀέρος. Plato in *Timæo p.* 548. *B.*

εἴ τις τὸ τοῦ ἀνθρώπου σῶμα πῦρ εἶναι λέγοι, ἢ γῆν, ἢ ἀέρα, ἢ νὴ Δία ὕδωρ· εἴποιμι ἂν δήπου ὡς οὔτε πῦρ ἐστι τὸ σῶμα, οὔτε γῆ, οὔτε ἀήρ, οὔτε ὕδωρ· τὸ γὰρ ἐξ ἁπάντων μιχθέν, οὐκ ἔστιν ἕκαστον ἐκείνων ἀφ' ὧν ἐμίχθη· πῶς οὖν ἀρετὴ μετέχουσα θεωρίας καὶ πράξεως, οὐκ ἔστι τέχνη; ταύτῃ μοι λέγοντι ἕπου· λέξω δὲ οὐκ ἐμαυτοῦ λόγον, ἀλλ' ἐξ Ἀκαδημίας ὁρμηθέντα, καὶ ἐπιχώριον τῆς Πλάτωνος μούσης τε καὶ ἑστίας· ἀπεδέξατο δ' αὐτὸν καὶ Ἀριστοτέλης αὐτός. Ἐγὼ δὲ καὶ πορρωτέρω ἐπανάγω· ὑποπτεύω γὰρ [6] ἐξ Ἰταλίας Ἀθήναζε ἐλθεῖν τὸν λόγον, Πυθαγορείων τινῶν ἐμπορίαν ταύτην καλὴν στειλαμένων εἰς τὴν ἀρχαίαν Ἑλλάδα. Ὁ δ' οὖν λόγος ταύτῃ ἔχει. Ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ νενέμηται δίχα κατὰ πρώτην νομήν· καὶ τὸ μὲν αὐτῆς ἐστι λόγος, τὸ δὲ πάθος. Τούτων δὲ ἑκάτερον πονηρῶς ἔχον καὶ κινούμενον ἀτάκτως, συλλήβδην καλεῖται ὀνόματι ἑνὶ τῷ αἰσχίστῳ, κακία προσαγορευόμενον· γίγνονται δὲ αἱ πηγαὶ καὶ αἱ φύσεις τοῦ αἴσχους τούτου ἐκ τῆς θατέρου τῶν μορίων πλημμύρας τε καὶ ἐπιρροῆς, ἐπειδὰν τὰ πάθη ζέσαντα ἐπικαύσῃ τὴν ψυχήν, καὶ τὰς τοῦ λόγου βλαστήσεις τε καὶ ἐκφύσεις ἐπιταράξῃ. Καθάπερ τῶν ποταμῶν οἱ χειμέριοι ὑπὲρ τὰς νομίμους ὁδοὺς ἀναχεόμενοι ἐπὶ γεωργίαν ἀρότου καὶ φυτουργίας, ἐπεθόλωσαν τὴν σωτηρίαν τῶν ἔργων καὶ τὸν κόσμον· οὕτω καὶ ψυχὴ ὑπὸ ἀμετρίας παθῶν, ἐξίσταται τῶν λογισμῶν, καὶ δόξαι τότε αὐτῇ ψευδεῖς καὶ πονηραὶ παρὰ τὴν αὐτῆς φύσιν διανίστανται. Αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ τῶν μεθυόντων πάθος. Ἡ πλησμονή, ἐπεγείρασα τὰ ἔνδον νοσήματα, ὥσπερ ἐκ φωλεοῦ ἑρπετά, συγχεῖ τὸ νοῦν, καὶ φθέγγεσθαι προσαναγκάζει τὰς τῶν [7] ἑρπετῶν τούτων φωνάς. Εἰ δέ σοι καὶ σαφεστέρας εἰκόνος δεῖ, [8] ὀχλοκρατίᾳ τινὶ εἰκαστέον τὴν τῆς ψυχῆς πονηρίαν· ἐπειδὰν πόλεως τὸ μὲν ἐπιεικὲς πᾶν βιασθὲν δουλεύῃ, τὸ δὲ ἀνόητον καὶ παντοδαπὸν ἐπιχειρῇ ἄρχειν, ὑπὸ ἐξουσίας ἀδεοῦς θρασυνόμενον· ἀνάγκη γάρ τινα τὴν τοιαύτην πόλιν πολύφωνόν τε εἶναι καὶ πολυμερῆ καὶ πολυπαθῆ, καὶ μεστὴν παντοδαπῶν ἐπιθυμημάτων· ἀκόλαστον μὲν ἐν ἡδοναῖς, ἀκατάσχετον δὲ ἐν ὀργαῖς, ἄμετρον δὲ ἐν τιμαῖς, ἀστάθμητον δὲ ἐν εὐτυχίαις, δυσανάκλητον δὲ ἐν συμφοραῖς· ὅταν Περικλῆς μὲν οἴχηται, φεύγῃ δὲ Ἀλκιβιάδης, ἀποθνήσκῃ δὲ Σωκράτης, ἀνίστηται δὲ Νικίας· ἐπιθυμῇ

[6] *Doctrinam, quæ ſequitur de animæ partibus, & vitiorum ortu, reverà ſcriptis ſuis propoſuêre Pythagorici.* Theages Pythagor. *lib. de virtutibus.* Ἔχει δὲ καὶ ὁ τᾶς ψυχᾶς διάκοσμος οὕτως. Τὸ μὲν γάρ τι αὐτᾶς ἐστι λογισμός, τὸ δὲ θύμωσις, τὸ δὲ ἐπιθυμία· λογισμὸς μέν, ὁ κρατέων τᾶς γνώσιος· θυμὸς δέ, ὁ κρατέων τῶ μένεος· ἐπιθυμία δέ, ἁ κρατέουσα τῶ ἐπιθυμητικῶ ἀδέως. Ὅκα μὲν ὦν εἰς τὸ ἓν τὰ τρία ταῦτα μόλῃ, μίαν ἐπιδειξάμενα συναρμογάν, τόκα δὲ γίνεται ἀρετὰ καὶ ὁμόνοια ἐν τᾷ ψυχᾷ. Ὅκα δὲ στασιάζοντα ἀπ' ἀλλάλων ἀπίωντι, τόκα δὲ γίνεται κακία. *Plura ſunt verba*

δὲ

dicat, aut terram aut aerem, aut, ſi Diis placet, aquam: Ego ignem negarem eſſe, negarem terram, negarem aërem, negarem aquam. Quod enim ex omnibus eſt mixtum, aliud eſt à ſingulis è quibus mixtum eſt. Cur ergo virtutem dico, quamvis & actionis & contemplationis ſit particeps, non eſſe artem? Sequere quæ ſum dicturus. Non enim meum eſt quod affero, ſed jam olim ex Academia deducta opinio: nata in familia Platonis, ejuſque Muſico lepore non indigna, quam & ipſe admiſit Ariſtoteles: quamvis ego latius etiam originem extendam illius, ut qui credam ex Italia Athenas veniſſe, nec alios quàm Pythagoricos fuiſſe, qui primi præclaram hanc mercem in antiquam advexerint Græciam. Ea autem eſt talis. Bifariam anima hominis primò omnium dividitur. Hujus altera pars ratio, altera affectus dicitur. Quarum utraque ſi aut male habeat, aut inordinate moveatur, uno ſimul nomine fœdiſſimo improbitas dicitur. Fontes autem primaque mali hujus cauſa, ex illuvie quaſi & exundatione exiſtit: quotieſcunque ille affectuum fervor animum accendit: quoties pullulantem quaſi & efflorefcentem rationis vim confundit. Non aliter quam hyberni torrentes ſolent, qui ſi legitimum ſuum ſemel exceſſerint alveum, ſataque ac plantas agricolarum invadunt, penitus inundant eos, ac deſtruunt. Eodem modo immodicis turbata affectibus anima, rationis præſcriptum excedit, falſæque in ea improbæque opiniones, & quæ cum natura ejus pugnant, efferre ſe incipiunt. Planè hoc ipſum, quod ebriis evenire ſolet: nimia enim illa crapula morbos, qui intus latent, educit, non ſecus quam è latibulis ſuis proſerpentes educuntur beſtiæ: atque ita mentem confundit, eamque voces non ſuas, ſed ejuſmodi belluarum cogit proferre. Quod ſi manifeſtiore etiam res illuſtranda eſt exemplo; lubet cum populari imperio improbitatem conferre animi. Quotieſcunque nimirum eo urbis res rediit, ut optimi quique in ſervitutem redacti parere cogantur: demens verò multorumque capitum populus, cui nimios addidit ſpiritus licentia, habenas ſibi vendicat: neceſſe eſt eam varias in voces, plurimas in partes, in affectus diverſiſſimos, in cupiditates innumerabiles, diviſam eſſe. Intemperantem in voluptatibus, in iracundia præcipitem, in gerendis ambiendiſque honoribus immodicam: in ſecunda fortuna ſine modo, in adverſa ſine ſpe eſſe. Cum Pericles abeat, Ariſtides exulet, moriatur Socrates, in expeditionem cogatur ire

*quæ vid. apud* Joan. Stobæum *Serm. I. p.* 10. [7] Ἐρωτικὰ *ſunt* οἰνοπάθη, *quæ nimiâ potûs copiâ ſanguini infusâ, excitantur.* Plato *de legg. lib.* 1. *p.* 573. *F.* Ἆρα σφοδροτέρας τὰς ἡδονὰς καὶ λύπας καὶ θυμοὺς καὶ ἔρωτας ὁ τοῦ οἴνου πότος ἐπιτείνει; Κλ. Πολύ γε. [8] *Comparationem* ἐπιθυμητικοῦ ψυχῆς μέρους *cum Ochlocratiâ fusè perſequitur* Maximus *Diſſ. VI. p.* 66. *&* *ſeq.*

δὲ Κλέων μὲν Σφακτηρίας, Θράσυλλος δὲ Ἰωνίας, Ἀλκιβιάδης δὲ Σικελίας, καὶ ἄλλος ἄλλης γῆς ἢ θαλάττης· συνεπιθυμεῖ δὲ αὐτῷ πλῆθος ἀργὸν καὶ ἄτακτον καὶ μισθοφόρον, πανταχοῦ περιφερόμενον· ἀνάγκη τὰς ἐπιθυμίας ταύτας δουλείας γεννᾶν καὶ συμφορὰς καὶ τυραννίδα, καὶ πάντα δὴ τὰ ἔκτοπα ὀνόματα. Εἰσὶ καὶ ἐν ψυχῇ δημαγωγοὶ πονηροί, καὶ δῆμος ἀκόλαστος, Ἀλκιβιάδαι πολλοί, καὶ Κλέωνες, τὴν δειλαίαν οὐκ ἐῶντες ψυχὴν ἀτρεμεῖν, καὶ παραχωρεῖν τῷ ἐν αὐτῇ λόγῳ καὶ νόμῳ. Αὕτη τῆς ἐν ἀνθρώπῳ πολιτείας μοχθηρία. Ἀρετὴ δὲ ἧσπερ εἵνεκεν τοὺς πολλοὺς λόγους κατεστησάμεθα, ἔμπαλιν ἔχει, αὐτὸ ἐκεῖνο κατὰ τὴν [9] Λακωνικὴν πολιτείαν, ἧς τὸ τοιοῦτον μὲν πλῆθος ἄρχεται, τὸ δὲ ὀλίγον καὶ ἐπιεικὲς ἄρχει· καὶ τὸ μὲν σώζει, τὸ δὲ σώζεται· καὶ τὸ μὲν προστάττει, τὸ δὲ πείθεται· τὸ δὲ ἐξ ἀμφοῖν ἔργον, ἐλευθερία· ἑκάτερον δὲ ἑκατέρου ἐνδεές, καὶ τὸ ἄρχον τῶν ἀρχομένων, καὶ τὸ ἀρχόμενον τῶν σωζόντων. Καὶ περὶ ψυχὴν τὴν ἔχουσαν καλῶς, τὸν αὐτὸν τρόπον. Σώζει μὲν ὁ λόγος, σώζεται δὲ τὰ πάθη· μετρεῖ μὲν ὁ λόγος, μετρεῖται δὲ τὰ πάθη· τὸ δὲ ἐξ ἀμφοῖν ἔργον, ἐλευθερία. Ταύτης δή μοι πᾶν ὅσον θεωρητικὸν τέχνης εἶδος, κατὰ τὸν λόγον· τὸ δὲ ὑπ' αὐτοῦ κοσμούμενον, κατὰ πάθη· καὶ τὸ μέν, σοφίαν κάλει, ἐπιστήμην οὖσαν· τὸ δὲ ἀρετήν, ὑπὸ ἐπιστήμης γινόμενον· ἐὰν δὲ [10] μὴ μεταθῇς τὰ ὀνόματα, καὶ τὴν ἐπιστήμην ἀρετὴν καλῇς, ἐρήσομαί σε ὑπὸ τίνος αὕτη γέγονεν· ἐκεῖνο γὰρ ἔσται ἡ ἐπιστήμη, οὐ τὸ ὑπ' αὐτῆς γινόμενον· τέχνην τεχνῶν τὴν ἐπιστήμην καλεῖς; ἀκήκοα· ἐπιστήμην ἐπιστημῶν; μανθάνω, καὶ ἀποδέχομαι τοῦ λόγου, ἐὰν ἕν τί μοι δῷς μικρὸν πάνυ. Τέχνην τεχνῶν τὴν τέχνην λέγε, καὶ ἐπιστήμην ἐπιστημῶν τὴν ἐπιστήμην λέγε· ἀπαλλάγηθι τοῦ ἑτέρου μέρους, καὶ σπένδομαι τῷ λόγῳ. Εἰ δὲ τὴν ἐπιστήμην φυλάττων, καὶ ἐξαιρῶν τὰ πάθη, τὸ τούτων σχῆμα τῇ ἐπιστήμῃ δίδως, ὅμοιον δρᾷς ὡς εἴ τις τὴν Φειδίου φυλάξας τέχνην, τὴν ὕλην ἀφελὼν προσθείη τῇ τέχνῃ τὸ τῆς ὕλης ὄνομα. Ἐπιστήμην ἄρχειν βούλει βίου καλοῦ; ἀρχέτω λόγος. Ἄρχειν βούλει; ἔστω κοίρανος οὗτος εἷς,

[11] ——— Ὦ ἔδωκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω.

Ἀλλ' ἄρχει τίνων; τίνας αὐτῷ δίδως ὑπηρέτας; τίνας χειρουργοὺς τῶν πράξεων; τὸ σῶμα. Εὐθὺς ὅρα τί δρᾷς· διαπηδᾷς τὴν τάξιν τῶν ἀρχομένων, ἀπὸ τοῦ στρατηγοῦ ἐπὶ τοὺς σκευοφόρους. Οὐχ ὁρᾷς τὸν κόσμον; ὁ στρατηγός, εἶτα οἱ λοχα-

9 *Monarchiam Ariſtocratiæ multùm antehabuit Plato, ideoque eam rationi frequenter aſſimilant Platonici*; ὀλιγαρχίαν *verò fieri volunt*, cùm vigor rationis elanguerit, ſuperiorque & robuſtior fuerit animæ portio, in quâ ira dominatur, *ut ait* Apuleius *Phil. Plat. lib. II. p.* 20. *Noſter autem* πάθη *mediocria*, λόγον *verò* κρατοῦντα *Oligarchiæ hic aſſignat.*

Nicias: Sphacteriam ambire Cleo incipiat, Ioniam Thraſyllus, Siciliam Alcibiades, aliamque alius terram aut mare: eorumque cupiditatibus plebs otioſa, incompoſita, mercenaria, & quæ facile quovis impellitur, ſubſcribat. Hic eas cupiditates neceſſe eſt ſervitutem, calamitates inducere & tyrannidem, & ſi quæ magis abſurda ſunt iſtis. Eodem modo & in animo multi ſeditioſi ſunt tribuni, populuſque intemperans: multi Alcibiadæ, multi Cleones, qui nec quieſcere, nec rationi ſuæ aut legi parere miſerrimam ſinunt animam. At vero virtus, cujus cauſa tam multa verba cædimus, contra ſe habet: planè ut Lacedæmoniorum Reſp. in qua tali ſub imperio vivit populus, minima pars, eaque optima imperat. Altera conſervat, conſervatur altera, altera jubet, paret altera: quodqne utramque ſequitur, libertas eſt. Eget altera pars altera: tam quæ imperat ea quæ paret, quam quæ paret conſervatione ejus & tutela quæ imperat. In anima bene conſtituta eodem agitur modo. Ratio eſt quæ conſervat & tuetur: qui conſervantur & præſidio egent ſunt affectus. Moderatur ratio, moderatione egent affectus: ex utroque libertas procedit. Jam quodlibet artium genus quod in contemplatione verſatur, ad rationem refer, quod ab ea tanquam materia adornatur, ad affectus. Et alterum quidem ſapientiam voca, quæ eſt ſcientia: alterum verò virtutem, quæ à ſcientia producitur. Quod ſi nomina tranſponas, ipſamque ſcientiam virtutem voces, quæram ex te unde ipſa procedat. Illud enim ſcientia dici debet, non quod ex ipſa procedit. Artem artium ſcientiam vocas? Audio. Scientiam ſcientiarum? intelligo, nec adverſabor, modo unum idque exiguum concedas mihi. Artem artium, dic artem, ſcientiam ſcientiarum, dic ſcientiam. A parte altera decede, nec futura eſt inter nos contentio: ſi enim ſcientiam ſervas, affectiones verò tollis, & quod iis convenit, ſcientiæ tribuis, perinde facis, ac ſi quis Phidiæ ſervet artem, tollat materiam: nomenque quod materiæ debetur tribuat arti. Viſne ſcientiam vitæ bene degendæ præeſſe? Imperet ratio. Viſne ut imperet? Sit hæc unica regina,

*--Saturni dedit hec cui filius uni.*

Sed quibus imperabit? quos illi trades ſatellites? quorum utetur opera? Corporiſne? Vide quid ſequatur ſtatim quæſo. Præteris eos qui parere debent: à duce tranſis ad calones. Neſcis quo pacto inſtruantur acies? Præcedit dux ex-

[10] *Particulam* μὴ *delendam putat* Heinſ. *Sed temerè; Noſter enim Diſſ. II. p.* 20. *habet*, ὁ δ' μὴ ἔχων, ὅτι μὴ ἀφαιρεθῇ. Qui autem non habet, quod auferatur: *ubi poſterior negativa manifeſtò* παρέλκει, *ut & apud alios Scriptores Atticos, quemadmodum illic notavimus.* [11] *Il. B. v.* 205.

γοὶ, καὶ μετὰ τούτους [12] ἐνωμοτάρχαι, εἶτα οἱ ὁπλῖται, οἱ πελτασταὶ, οἱ τοξόται· καταβαίνει ἠρέμα ἡ ὑπηρεσία ἀπὸ τῶν ὅλων, ἀπὸ τῶν ἀρίστων ἐπὶ τὰ φαυλότατα. Ἀλλ' ὁρῶ τὸ προέχθεν δὴ τοῦτο. Ὁ θεὸς οἰκονομεῖ τὸ πᾶν τοῦτο καλῶς καὶ τεχνικῶς καὶ ἐπιστημόνως. Τί δὲ οὐ μέλλει; τί οὖν; ἡ ἐπιστήμη, ἢ ἀρετή; εἰ μὲν γὰρ τὴν ἐπιστήμην τοῦ θεοῦ ἀρετὴν καλεῖς, οὐ νεμεσῶ τῶν ὀνομάτων· οὐ γάρ ἐστι θεῷ, καθάπερ ἀνθρώπῳ, τῆς ψυχῆς τὸ μὲν ἄρχον, τὸ δὲ ἀρχόμενον· ἀλλ' ἁπλοῦν τὸ θεῖον αὐτὸ, [13] ὅ, τι περ νοῦς καὶ ἐπιστήμη καὶ λόγος· εἰ δὲ ἐν τῇ κράσει τοῦ κρείττονος πρὸς τὸ χεῖρον, τὸ τοῦ ἀρχομένου ὄνομα μετατίθης πρὸς τὸ κρεῖττον, μέχρι μὲν τῆς φωνῆς ἀνέχομαι, τὸ δὲ πρᾶγμα οὐ δίδωμι. [14] Τὴν ἀρετὴν τὴν ἐπιστήμην, εἰ βούλει, κάλει, τὴν δὲ ἐπιστήμην τὴν ἀρετὴν μὴ κάλει· καὶ γὰρ ψευδὴς ὁ λόγος καὶ ἐπισφαλὴς νὴ Δία, εἴ τις ἔσται τοῖς ἀνθρώποις πίστις, ὅτι θεωρημάτων ἀριθμοὶ καὶ μαθήματα ἄττα ἐπὶ τὴν ψυχὴν ἐλθόντα, τὴν ἀρετὴν αὐτοῖς συνεισάγει. Πολλοῦ μέν τ' ἂν ἦν ἄξιον τὸ τῶν σοφιστῶν γένος τὸ πολυμαθὲς τοῦτο καὶ πολύλογον καὶ πολλῶν μεστὸν μαθημάτων, καπηλεῦον ταῦτα καὶ ἀπεμπολοῦν τοῖς δεομένοις. Ἀγορὰ προὔκειτο ἀρετῆς, ὤνιον τὸ χρῆμα. Εἰ δ' οἱ μὲν λόγοι, σαφεῖς καὶ πρόχειροι, καὶ μεστὰ πάντα διδασκάλων καὶ μαθημάτων, [15] ἀντιπίπτει δὲ ἔνδοθεν ταῖς τῶν λόγων ὁδοῖς παθήματα χαλεπὰ καὶ ἄγρια, καὶ ἐθισμοὶ φαῦλοι, καὶ ἀσκήσεις ἄδικοι, καὶ ἐπιθυμίαι ἀλλόκοτοι, καὶ τροφαὶ πονηραὶ, ἐνθυμητέον ὅτι φύσεως δεῖ πρῶτον χρηστῆς, ὥσπερ κρηπῖδος ἀνισταμένῳ τείχει, καὶ μετὰ τοῦτο τροφῆς καὶ ἔθους πρὸς σωτηρίαν τῆς φύσεως, ὑφ' ὧν φιλία τῇ ψυχῇ γίγνεται, πρὸς τὰ ἴδια καλὰ πάντα συστρεφομένη τοῖς χρόνοις, καὶ συνθέουσα ταῖς ἡλικίαις· ἐπὶ δὲ τούτοις προσελθεῖν δεῖ τέχνην, ἐπισφραγιζομένην βεβαιότητι τὰ παθῶν μέτρα. Οὕτω γίγνεται εὐδαίμων ψυχὴ, καὶ βίος ὑγιὴς, καὶ δόξαι ὀρθαὶ, ὑπὸ ἁρμονίας καὶ κράσεως συναπτόμεναι. Ταῦτα νομοθετεῖ θεὸς, ταῦτα ἀποφαίνει ἀνδρὸς ἀγαθὸν, [16] ἀγαγὸν παθῶν ὑπὸ τοῦ λόγου, καὶ πειθαρχία πρὸς ἐπιστήμην ἑκούσιος· μοχθηρία δὲ, πρᾶγμα ἀκούσιον, ὑφ' ἡδονῆς ἑλκόμενον.

---

[12] Ἐνωμοτάρχης *eſt, qui* ἐνωμοτίᾳ *praeeſt.* Singulae ἐνωμοτίαι XXV. *viris conſtabant ſacramento obſtrictis, ſe exercitum non deſerturos; unde nominis ratio eſt petenda.* Suidas. Ἐνωμοτία τάξις τις στρατιωτικὴ ἀνδρῶν ε΄ καὶ κ΄ παρὰ Λακεδαιμονίοις. Εἴρηται δὲ ἐκ τοῦ ὀμνύναι αὐτοὺς τάξιν μὴ λείψειν. Heſychius. Ἐνωμοτία, τάξις τις διὰ σφαγίων ἐνώμοτος. *Vid. & Cragium de Rep. Laced. lib. IV. c.* 4. [13] Paccius *in ſuo Codice invenit* ὥσπερ, *quae lectio eſt recipienda.* [14] MS. *Reg. prout Graeciſmus poſtulat, habet,* Ἀρετὴν τὴν ἐπιστήμην, εἰ βούλει, κάλει· ἀλλ' ἐπιστήμην τὴν ἀρετὴν μὴ κάλει. [15] *Abſurdè ſtatuit* Maximus *fieri non poſſe, ut Magiſter pravam diſcipulorum indolem in melius mutet: Experientiâ ſanè*

Πῶς

ercitus: ſequuntur manipuli duƈtores, poſt hos enomotarchæ, poſt hos cataphraƈti, deinde peltati, mox ſagittarii. Miniſterium enim paulatim ab univerſo incipit, ab optimis ad deterrimos. Sed video quid ſis diƈturus. Deus hoc totum pulchrè ſummaque cum arte gubernat & ſcientia. Quidni faceret? Quid ergo? num ſcientia eſt virtus? Equidem ſi ſcientiam Dei dixeris virtutem, nihil de nomine contendam; neque enim in Deo altera pars eſt quæ paret, altera quæ imperat, quod fit in homine. Eſt enim ſimpliciſſimum quid divinitas, id eſt, mens, ſcientia, ac ratio. Si verò in ſocietate ejus quod præſtantius eſt cum deteriore, ejus quod paret ad id quod præſtantius eſt transferas nomen, verbo quidem tenus admittam, in re ipſa nihil mutabo. Virtutem concedam ut ſcientiam voces, ſi ita videatur, at ſcientiam cave virtutem dicas. Falluntur enim vehementer & errant homines, ſi perſuadeant ſibi, aut eam quæ in numeris verſatur artem, aut ſimiles ejuſdem generis virtutem ſecum ad animam afferre ſcientias. Næ quantivis pretii, ſi hoc eſſet, ſophiſtæ noſtri eſſent, multiſcii hi dico & multiloqui, qui diſciplinis abundant, diſciplinas cauponantur, mercede eas vendunt cuilibet. Nundinationem illi virtutis inſtituunt, proſtat apud eos virtus. Quod ſi ubique ſeſe offert, ubique ad manum eſt ſcientia, diſciplinarumque ac præceptorum plena ſunt omnia: interimque in animo aſperi ferinique reſultant affeƈtus, conſuetudines pravæ, exercitationes improbæ, cupiditates monſtroſæ, educationes ſceleſtæ; quæ reſiſtunt, viamque diſciplinis non permittunt liberam: vides quid ſequatur. Naturam videlicet requiri primò commodam, non aliter quam in ſurgente muro requiritur fundamentum: poſt naturam educatio aſſuefaƈtioque veniat, quæ conſervet eam, ac confirmet; unde in animo quædam excitatur benevolentia, quæ una cum tempore ad propria bona ſua penitus ſe diſcit convertere, utraque cum ætate gradum ad ea promovet. Poſtremo his & artem accedere oportet: quæ certum affeƈtibus ſtatuat figatque modum. Hoc modo felicitatem animus, ſanitatem conſequitur vita: hinc opiniones proficiſcuntur reƈtæ; quæ ex harmonia quadam aptaque inter ſe conſiſtunt mixtione. Hæc ſunt quæ lege Deus ſancit, hæc virum perficiunt bonum: ut obſequantur affeƈtus rationi, ut non invitæ pareant ſcientiæ. Improbitas verò invitis nobis fit: ut quæ à voluptate protrahatur.

---

ἐκεῖνος, καταδικάσαι ἂν αἶσχος τῆς Ἥρας καὶ τῆς Ἀθηνᾶς· εἰ γὰρ ἓν μὲν τὸ ἐν κάλλει καλὸν, κρατεῖ δὲ ἐκ τῶν τριῶν μία, ἀνάγκη τὰς ἡττωμένας αἰσχρῶς ἔχειν. * Μὴ σύ γε ὦ δικαστῶν εὐδαιμονέστατε, ἀλλὰ φειδὼ ἔχε ὀνομάτων αἰσχρῶν, καὶ ἠρέμα κάμπτε ἐκ τῶν ἄκρων ἐπὶ τὰ ἔσχατα· ἵνα μὴ τὸν Ὅμηρον αὖθίς σοι προφέρω, λευκώλενον τὴν Ἥραν λέγοντα, καὶ ῥοδόπηχυν τὴν Ἠῶ, καὶ τὴν Ἀθηνᾶν γλαυκῶπιν, καὶ ἀργυρόπεζαν τὴν Θέτιν, καὶ Ἥβην καλλίσφυρον· ὧν οὐδεμιᾶς ἀφαιρήσει τὸ κάλλος, κἂν ἐν μέρει ᾖ· εὔφημος γε ἐθέλων εἶναι [3] τὰ θεῖα, καὶ ἥκιστα πλημμελής. Ἀκούεις δ' αὐτοῦ διηγουμένου χορὸν ἀγροτικὸν, παιζούσας ἐν ὄρει τὰς νύμφας, ἐξηγουμένης τῆς Ἀρτέμιδος·

[4] Πασάων δ' ὕπερ ἥγε κάρη ἔχει ἠδὲ μέτωπα,

φησί· καὶ,

Ῥεῖα δ' ἀριγνώτη πέλεται· καλαὶ δέ τε πᾶσαι·

Ἦ που καταγελᾷς τοῦ Ὁμήρου, [5] πρεπμῶντος μετὰ νυμφῶν κατὰ κάλλος; Ἀκούεις δὲ αὐτοῦ καὶ περὶ τοῦ Μενελάου κάλλους ταυτὶ λέγοντος; ὅτε ἔφη τρωθέντος, ῥυῆναι τὸ αἷμα κατὰ τοῦ μηροῦ, ἔπειτα εἰκάζει τὸ τοῦ μηροῦ κάλλος γυναικὸς τέχνῃ ἐλέφαντα χραινούσης φοίνικι, ἵππων εἶναι παρήϊον·

[6] Τοῖοί τοι Μενέλαε μιάνθην αἵματι μηροί·

Εὐφυεῖς, φησὶ, καὶ αἱ κνῆμαι, καὶ σφυρά. Τοῦ δὲ Ἀγαμέμνονος αὖθις αὖ ἐπαινῶν τὸ κάλλος, οὐκ ἐδεήθη εἰκόνος Λυδίας ἢ Καρικῆς, οὐδὲ ἐλέφαντος ὑπὸ γυναικὸς βαρβάρου φοίνικι ἐξηνθισμένου, ἀλλὰ εἰκάζει αὐτοῦ τῷ Διῒ τὴν κεφαλὴν καὶ τὰ ὄμματα· ᾧ καὶ δῆλον ὡς καλλίων ὁ Ἀγαμέμνων ἦν· τῷ μὲν γὰρ ἦν τὸ κάλλος περὶ τὴν κεφαλὴν καὶ τὰ ὄμματα, τῷ δὲ ἀμφὶ τοὺς μηροὺς καὶ τὰ σφυρά· ὁ δὲ τὰ κρείττω καλὸς, καλλίων· ὁ δὲ τὰ ἥττω καλὸς, οὔπω μὲν αἰσχρὸς, καλὸς δὲ ἧττον. Τί δέ; ἐν στρατοπέδῳ τῷ Ἑλληνικῷ, οὐ διέφερε μὲν τῇ ὥρᾳ ὁ Ἀχιλλεὺς, εἶχε τὰ δεύτερα ὁ Νιρεύς; δικαστῇ δέ σοι, ἀπολειπόμενος ὁ Νιρεὺς τοῦ Ἀχιλλέως, οὐδὲν ἦν διαλειπόμενος τοῦ Θερσίτου; καὶ ἵνα μὴ περὶ κάλλους σοι μόνον διαλέγωμαι, οὐκ ἀμφισβητεῖ τῷ Ἀχιλλεῖ περὶ ἀνδρείας ὁ Αἴας, * οὐδὲ τῷ Αἴαντι ὁ Διομήδης, οὐδὲ τῷ Διομήδει ὁ Σθένελος, οὐδὲ τῷ Σθενέλῳ ὁ Μενεσθεύς· ἀλλ' οὐδεὶς διὰ τοῦτο τὴν ἀρετὴν ἀφαιρεῖ τοῦ Μενεσθέως, διὰ τὸν Σθένελον· οὐδὲ τοῦ Σθενέλου, διὰ τὸν Διομήδην· οὐδὲ τοῦ Διομήδους, διὰ τὸν Αἴαντα· οὐδὲ διὰ τὸν Ἀχιλλέα, τοῦ Αἴαντος· ἀλλ' ἔστι κἀνταῦθα ἡ ὁδὸς τῆς ἀρετῆς οὐ διαπηδῶσα τὰς διὰ μέσου φύσεις, ἀλλὰ

* *Subintellige* τοῦτο λέγω. *Ejuſmodi* ἐλλείψεις *apud Comicos & Platonem paſſim obvia.* [3] Περὶ τὰ θεῖα, H. St. *Sed præpoſitio* κατὰ *non durè hic ſubauditur.* [4] *Odyſſ.* Z. v. 107. [5] MS. *opportunè* Ἀρτέμιδι *ſupplet, quæ* καπυσα

tus, ſicut ille, Junonem Minervamque, tanquam deformes, damnaturus fuiſſe. Quippe ſi unum in pulchritudine ſit pulchrum, vincatque una ex tribus reliquas, neceſſe eſt eas quæ vincuntur turpes eſſe. Cave hoc modo agas, judex optime. Quin potius abſtine à calumniis, ſenſimque potius à ſummo ad infimum deſcende: ne Homerum denuo impingam tibi, qui nimirum albas Junoni ulnas, roſeos Auroræ cubitos, cæſios Minervæ oculos, pedes Thetidi argenteos, Hebæ pulchra tribuit calcanea. Quibus omnibus, niſi parum reverenter de Diis loqui velis atque impie, pulchritudinem ſuam relinques, licet in parte ſit tantum. Audis eundem deſcribere agreſtem Nympharum chorum, quæ in montibus, Diana duce, ludunt.

*Illa caput frontemque ipſam ſupereminet omnes,*

Et mox addit:

*Pulchræ omnes: quamvis ſit pulchrior omnibus illa.*

An Homerum ridebis, qui Dianæ formam præferat Nympharum? Audiſne quomodo & de Menelai forma loquatur? Ubi videlicet ex vulnere ejus ſanguis per femur diſtillat, cujus pulchritudinem cum arte confert mulieris, quæ purpureo colore in habenis equi ebur inficit.

*Sic Menelae tibi femora erubuere cruore.*

Et tamen pulchras illi tibias, pulchras etiam inferiores pedis partes fuiſſe ibidem addit. Contra cum Agamemnonis commendat formam, minime opus habet à Lydia Caricaque imagine, aut muliere Barbara, quæ purpura imbuit ebur, comparationem deſumere: ſed cum Jove caput ejus oculoſque confert. Ex quo ſequitur, pulchriorem fuiſſe Agamemnonem. Alterius enim in capite oculiſque, alterius in femoribus malleoliſque pulchritudo conſiſtit. Cujus autem in potioribus partibus pulchritudo eſt, is pulchrior: cujus contra in minus præcipuis, pulcher minus, nondum tamen eſt deformis. Quid in exercitu Græcorum, an non primas pulchritudinis ſibi partes Achilles, ſecundas Nireus vindicat? Atqui te judice, Nireus, quod Achille minus pulcher eſſet, non fuiſſet pulchrior Therſite. Et ne de ſola pulchritudine nunc tecum agam, ad Achillis fortitudinem Ajax non accedit, neque Diomedes ad Ajacis, nec ad Diomedis Sthenelus, nec ad Stheneli Meneſtheus. Et tamen nemo cauſa Stheneli fortem negat eſſe Meneſtheum, aut Diomedis Sthenelum, aut Ajacis Diomedem, aut Achillis Ajacem. Eſt enim & hic certus virtutis progreſſus, quæ in medio poſitas non tranſilit quantitates, ſed pedetentim à præ-

*vox manifeſtò deeſt.* [6] *Il.* Δ. *v.* 146. *Sed poſt finem verſûs tollendum eſt punctum; Epitheto enim, quod ſequitur,* μηροὶ *non ſunt privandi. Vide* Homerum. * *Lapſus eſt* H. Stephanus, *cùm juſſit hoc* εἶδι *& duo ſequentia ſeparatim ſcribi; non enim interrogationi ſerviunt, ut ille arbitratus eſt.*

κατιοῦσα ἠρέμα ἀπὸ τῶν ἀρίστων ἐπὶ τοὺς καταδεεστέρους. Καὶ ἵνα ποτὲ ἀπαλλαγῶμεν τῶν σωμάτων, οἷς ἀναμέμικται ἡ ῥώμη καὶ τὸ κάλλος· εἰ τὴν Ἀνδρομάχην τῇ Πηνελόπῃ ἀντεξετάζεις, οὐχὶ σώφρων μὲν ἑκατέρα καὶ φίλανδρος; προτιμήσεις δὲ τὴν Πηνελόπην, οὐχ ὅσα γυναικὸς βαρβαρικῆς Ἑλληνίδα, ἀλλὰ τῷ πλεόνι κατὰ τὴν ἀρετὴν τὸ πλεῖον νέμων. Συμβουλεύει δὲ καὶ ὁ Νέστωρ τῷ Ἀγαμέμνονι· ἆρ' ἀνόητος φρόνιμος; ἢ οὐκ ἂν ἐθελήσαις τὸν τῶν Πανελλήνων βασιλέα τὸν Διογενῆ καὶ λαῶν ποιμένα καθυβρίσαι δυσφήμῳ αἰτίᾳ· ἀλλὰ καὶ [7] ὡς ἐδέησεν αὐτῷ φρονίμῳ ὄντι, φρονιμωτέρου συμβούλου, τοῦ Νέστορος. [8] Πείθω δέ γε οὐδέν τι μᾶλλον περὶ τῶν ἀρετῶν διαλεγόμενος, τὰ ὅμοια τοῖς ὁμοίοις, τῷ ἀνίσῳ κατὰ τὴν μετουσίαν εἰς ὑπεροχῆς καὶ ἐλαττώσεως μοῖραν παραβαλεῖν ἐθέλων· ὅσγε καὶ τὴν ὑγείαν ἡγῇ ἁπλοῦν τι εἶναι. *Τί δὲ ἐστιν ἁπλοῦν παντὸς ἧττον; αἱ γὰρ τῶν σωμάτων φύσεις πολὺ τῶν τῆς ψυχῆς ἀμφιλαφέστεραι εἰς ὑγείας μέτρον· καὶ αὐτὸ τοὐναντίον. Ὁ μὲν διώκων ἀκρότητα ἐν ὑγιεινῷ, διώκει φεῦγον, καὶ οὔτε Ἀσκληπιῷ, οὔτε Χείρωνι ἐξ ἐπιδρομῆς ἁλώσιμον· ὁ δὲ ἐν τῷ ἀνίσῳ τοῦ ἐφικτοῦ τὸ ληφθὲν ἀγαπῶν, εὐγνωμονέστερος μὲν πρὸς τὴν τέχνην· οὐκ ἀνέλπιστος δὲ πρὸς τὴν ἀκρότητα. Οὕτω τοι [9] καὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἔχει· *τριῶν γὰρ ὄντων οἷς ἄν τις διαιτήσαι τὸ παρὸν τουτὶ σκέμμα· ἑνὸς μὲν τείνοντος ἐπὶ τὸ ἀληθὲς αὐτό, δευτέρου δὲ ἐπὶ τὸ δυνατόν, τρίτου δὲ ἐπὶ τὸ ὠφέλιμον, καθ' ἕκαστον τούτων σκεψώμεθα, ἀναστρέψαντες αὐτῶν τὴν ἀκολουθίαν, ἀπὸ τοῦ ὠφελίμου ἀρξάμενοι· μήπω γὰρ δυνατὸν ἔσται μηδὲ ἀληθὲς τὸ λεγόμενον, ὡς ἔστιν ἀγαθὸν ἀγαθοῦ μεῖζον· ἀλλὰ ἴδωμεν αὐτοῦ τὸ ὠφέλιμον· πολλὰ γάρ που καὶ τῶν οὔτε ἀληθῶν οὔτε δυνατῶν ὠφέλησε πιστευθέντα. Οὐχ ὁ μὲν Σωκράτης περιάγων τὸ ἀγαθόν, καὶ περιγράφων αὐτοῦ τὴν οὐσίαν ἐν τῷ ἀρίστῳ μόνῳ, διέσκαψε καὶ διετείχισε τὴν ἐλπίδα [10] τῷ πολλῷ τῆς ἐπ' αὐτὸ ὁδοῦ; ὁ δὲ ὑποβάθρας διδούς, ἀναπαύλας διὰ μέσου, καὶ ἀναγωγὰς πολλάς, προὔπεμψε πόῤῥω πάνυ ὡς τοξευόμενον τοῦ μετρίου, παρεμυθήσατο δὲ τῇ ἐπιτυχίᾳ προσελθόντα ἤδη, ὡς προσελθόντα τῷ ἀρίστῳ· ἀνεκή-

[7] *Ὡς hoc in loco eandem obtinet ſignificationem ac ὅμως. Sic apud* Homer. *Il.* A. *v.* 116.

Ἀλλὰ καὶ ὣς ἐθέλω δόμεναι πάλιν εἰ τό γ' ἄμεινον.

*Ubi* Scholiaſt. Ἀλλὰ καὶ ὣς] Ἀλλὰ καὶ ὅμως. *Eodem ſenſu utitur* Heſiodus *Op. & Dier. v.* 661. [8] *Hoc eſt, ſive diverſas virtutes inter ſe componam, ſive eandem cum ſeipsâ comparem, quatenùs in hoc aut illo magis vel minùs eminet. Utroque reſpectu paritatem illis tribuêre* Stoici, *ut ad lemma Diſſertationis* XXIII. *notavimus. Cæterùm verba* ἢ τὸ ἄνισον *mihi videntur deeſſe; quam lacunam produxit ſimilitudo vocum pro-*

ρυξε

cipuis ad inferiores deſcendit. Verum enimvero, ut à corpore jam abeamus, in quo robur ac pulchritudo conſiderantur; ſi Andromachen contendas cum Penelope, nonne caſta utraque, utraque viri amantiſſima videbitur? Et tamen Penelopen præpones: non ut barbaræ Græcam, ſed quod excellentiæ virtutis id quod plus eſt, exiſtimes deberi. Agamemnon conſilio Neſtoris utitur, num ut prudentis imprudens? Nec enim arbitror te de communi Græcorum rege, quem Jove genitum, quem paſtorem populorum, poëta vocat, tam ſiniſtre ſentire poſſe & loqui. Et tamen prudens cùm eſſet, prudentioris conſilio Neſtoris opus habuit. Videor autem nihilo magis quod volo perſuaſurus eſſe, ſi virtutes inter ſe ſimiles ſimiliter contendam, quam ſi prout quæque magis vel minus adeſt alicui, ita majorem aut minorem reſpectu alterius dicam eſſe: quandoquidem ſanitatem rem eſſe vis ſimplicem. Qua quid minus ſimplex dici poſſit, non video. Cùm ad ſanitatis præſertim conſtitutionem multo plures corporis ratio differentias admittat, quàm animæ. Ita ut plane contra ſe habeat. Nam qui ſupremum in ſanitate ſibi proponit terminum, rem fugitivam ſequitur: & quam nec Æſculapius aut Chiron ſine negotio conſecuturi ſunt. Qui verò inæqualitatem in arte conſiderat, eoque quod conſequi potuit contentus eſt, & æquius de arte ſentit, nec de ſummo deſperat termino. Eodem modo de bonis judica. Cum enim tria ſint quæ ad eam de qua agitur quæſtionem ſolvendam faciunt, quorum primum ad veritatem, ſecundum ad id quod fieri poteſt, tertium ad utilitatem rei intuendam ſpectet, ſingula eorum videamus: ita tamen ut inverſo ordine primum de utilitate agamus. Interea reſpectu ejus quod fieri poteſt, id quod quæritur, & veritatis, in dubio maneat. Id autem eſt, Bonumne bono ſit majus. Utilitatem ergo ejus primo videamus. Multa enim quæ neque vera ſunt, neque fieri poſſunt, ſi credantur tantum, utilitatem adferunt. Et nonne Socrates cum virtutem tam arcte reſtringit, ut eſſentiam illius eo ſolo quod optimum eſt circumſcribat, vulgi ſpem omnem à petenda virtute excludit, & tanquam longo itinere intercipit? Contra qui gradus quoſdam ſtatuit, qui in medio viæ diverticula quædam relinquit & receſſus, medii itineris ſpe viatorem pertrahit longiſſime: quo cum pervenerit, hac felicitate eum demulcet,

---

*ximè ſequentium.* * *Lege* τόδε *& ſubaudi* πρᾶγμα. *Colon etiam pro notâ interrogationis pingendum eſt.* 9 *Rectè* Καὶ ἐν *vel* κἀν τοῖς ἀγαθοῖς *legendum ſtatuit* H. St. * *Hic quidem paullò obſcuriùs animi ſenſa extulit* Maximus: *Vult tantùm hanc litem dirimi poſſe ſi modò probet ſententiam, quam propugnat, & veram eſſe & poſſibilem & utilem; quod in ſequentibus* ὕστερον πρότερον *aggreditur.* 10 Τὴν ἐλπίδα τῶν πολλῶν. MS.

ρυξε δὲ τὸν ἀφικόμενον εἰς τὸ ἄκρον, ὡς ἐν ἀγαθοῖς ἄριστον. Ὁ δὲ ἕτερος τῶν λόγων οὐχὶ τὰ μὲν ἀριστεῖα ἐν δειλοῖς στεφανοῖ, τὸν δὲ ἰσχυρὸν ἐν ἀσθενεστάτοις; καὶ τὸ ὅλον ἀνταγωνιστὰς τοῖς ἀρίστοις οὐ δίδωσιν, οὐδὲ ἐλέγχει τὰς ἀρετὰς ἐν τοῖς ὁμοίοις. Καὶ τοῦ μὲν ὠφελίμου παύομαι, τὸ δὲ δυνατὸν ἤδη σκοπῶ. Χρυσὸν μὲν τὸν διαφέροντα ἐλέγχει χρυσὸς ἥττων, οὐ μόλιβδος· καὶ ἄργυρος ἄργυρον, καὶ χαλκὸς χαλκόν. Καὶ πάντως ἁπλῶς γίνονται αἱ ἐξετάσεις ἐν τῇ παραβολῇ τοῦ ὁμοίου μὲν κατὰ τὴν οὐσίαν, ἀνομοίου δὲ κατὰ τὴν ὑπεροχήν. Εἰ δὲ τὸ ἀγαθὸν εἰς τὰ κακὰ αὐτὰ ἐμβαλὼν, οὕτως ἐξετάζεις, καὶ πῶς οὐ φανεῖταί σοι τὸ σμικρότατον τῶν ἀγαθῶν, ἐν χώρᾳ τοῦ ἀρίστου; ὡς γὰρ ἐν νυκτὶ φῶς ἐκ πυρὸς τοῦ δι' ἡμέρας φανέντος ἀκμαιότερον ὑπὸ πολλοῦ τοῦ περικεχυμένου σκότους ἐλεγχόμενον, ἐν δὲ ἡλίῳ τὸ αὐτὸ ἀμυδρὸν καὶ ἀσθενὲς πρὸς ἀνταγωνιστὴν ἰσχυρότερον· οὕτως ἀμέλει καὶ τὸ ἀγαθὸν, τοῖς μὲν κακοῖς συνεξεταζόμενον, καὶ τὸ τυχὸν, ἄριστον καὶ μέγιστον καὶ ἐξοχώτατον, ὡς ἐν πολλῷ ζόφῳ μικρὸν ζώπυρον, ἐν πολλῇ νυκτὶ ὀλίγον φῶς· ἐὰν δὲ παράσχῃς αὐτῷ πρὸς τὰ ὅμοια δρόμον καὶ ἅμιλλαν, τότε ὄψει τὸ ἄριστον ὄντως· νῦν δὲ συγχεῖς τὴν τάξιν, καὶ παρατρέπεις. Οὐχ ὁρᾷς καὶ τὴν σελήνην ἄστρον [11] ἀμφίβιον, πρὸς νύκτα καὶ ἡμέραν λαμπρὰν, μετὰ δὲ ἡλίου ἀμαυράν; Οὐκοῦν ἐν ἡμέρᾳ ἥλιος κρατεῖ, τὸ ἄριστον καὶ ἀκμαιότατον τῶν ἐν οὐρανῷ σωμάτων· ἐν δὲ νυκτὶ, σελήνη κρατεῖ, τὸ ἀσθενέστατον· καὶ τοίνυν καὶ τὸ ἀγαθὸν, ἐὰν μὲν εἰς νύκτα καὶ ζόφον καὶ ἀφέγγειαν κακῶν ἐμβάλῃς, κρατεῖ τὸ ἀμαυρότατον· ἐὰν δὲ παραθῇς ἀγαθοῖς, ἀνάγκη κρατεῖν τὰ περιλαμπέστερα. Παύομαι τοῦ δυνατοῦ, καὶ ἐπὶ τὸ ἀληθὲς μέτειμι. Τὸν * γὰρ τοῦ ἀνθρώπου βίον ἆρα ἄλλο τι ἡγητέον ἢ διαγωγὴν ζωῆς συγκεκραμένην ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος καὶ τύχης; ἐκ δὲ τῆς τούτων ἁρμονίας κραθέντων καλῶς, ἑκάστου εἰς τὸ ἀκρότατον τῆς ἑαυτοῦ ῥώμης ἀφιγμένου, τὸ ἄθροισμα τοῦτο εὐδαιμονίαν κλητέον· ἀρχούσης μὲν τῆς ψυχῆς, στρατηγοῦ δίκην, ὑπηρετοῦντος δὲ τοῦ σώματος, στρατιώτου δίκην, συνεργούσης δὲ τῆς τύχης, ὅπλων δίκην· ἐξ ὧν ἁπάντων τὸ νικᾶν ἔρχεται· ἐὰν δὲ ἀφέλῃς τὴν τύχην, τὸν στρατιώτην ἐξοπλίζεις· κἂν τὸν στρατιώτην ἀφέλῃς, ἀποχειροτονεῖς τὸν στρατηγόν· τιμιώτερον δὲ καὶ στρατιώτης ὅπλων, καὶ στρατιώτου στρατηγός· ἐὰν δὲ δυοῖν θάτερον, ἢ τὸν στρατηγὸν τιμῶν, τὰ λοιπὰ ἀτιμάσῃς, τί χρήσεται ὁ στρατηγὸς τῇ τύχῃ; ἢ κἂν ταῦτα εἰσάγων, ἰσοτιμίαν νέμῃς, τί χρήσεται τύχη τοῦ στρατηγοῦ; ἀρχέτω ψυχὴ, στρατευέτω τὸ σῶμα, συναγωνιζέσθω ἡ

---

11 Ἀμφίβιον *quidem propriè dicitur de iis animalibus, quæ tàm aquâ quàm terrâ vivunt: at eleganti metaphorâ hic Lunæ est Epitheton, quæ*

τύχη·

non ſecus quam ſi ultimum attigiſſet terminum: ad quem ſi poſtea pervenire eum contingat, tum demum tanquam inter bonos optimum, pronunciat victorem. Cum vice verſa altera opinio illa, athletam primarium inter timidos coronet, robuſtiſſimum inter imbelles: & ut verbo abſolvam, nec adverſarios in certamine dat fortiſſimis, nec virtutes in ſimilibus explorat. Et hoc quidem de utilitate. Ad potentiam veniamus. Aurum præſtantiſſimum deterius aurum diſtinguit, non plumbum. Et ab argento argentum, æs ab ære probatur. Breviter quicquid confertur, ejuſdem ſubſtantiæ ſit neceſſe eſt, dignitatis alterius. Quod ſi bona cum malis componas, fieri quomodo poterit, ut non bonum minimum eo loco tibi eſſe videatur, quo eſt maximum? Nam ut noctu lumen quod ab igne accenditur, magnæ illius quæ circum circa eſt caliginis cauſa majus videtur eſſe, quam quod interdiu ardet: idemque ſi cum ſole tanquam majore adverſario velis contendere, obſcurum propemodum eſt & nullum. Ita ſi cum malo bonum conferatur, quamvis ſit minimum, optimum nihilominus præſtantiſſimumque videbitur. Ut in denſa caligine ſcintilla parva, ut in nocte multa lumen parvum. Quod ſi illud cum ſimili concurrere & certare permittas, tunc revera quod præſtantiſſimum eſt diſcernes. Aliter enim ſi agis, ordinem confundis & perturbas. Nonne & lunam vides, quæ noctis & diei ſydus commune eſt, ſatis ſplendidam, ſi ſol accedat, hebeſcere? Non mirum ergo ſi interdiu ſol vincit ſplendore ſuo, qui inter cœleſtia corpora præſtantiſſimus eſt potentiſſimuſque: noctu verò luna omnium obſcuriſſima. Ita & bonum, ſi in nocte, in tenebris, in caligine malorum collocaveris, eminebit quamvis ſit obſcurum. Si inter bona, neceſſe eſt eminere illud quod eſt clariſſimum. A potentia ad veritatem tranſeo. Aliudne hanc vitam eſſe putas quam tranſitum quendam, ex anima, corpore, fortunaque ſimul temperatum? Quæ omnia ſi apte inter ſe jungantur, ſingulaque ad ſummum ſuarum virium gradum perveniant, totum id ſimul felicitas nuncupatur. Ita ut anima imperet pro duce, pareat corpus pro milite, adjuvet fortuna, tanquam arma. Ex quibus omnibus victoria conſequitur. Quòd ſi fortunam tollas, arma demes militi, ſin militem, exauctorabis ducem. Et tamen pluris eſt miles quam arma, pluris dux quam miles. Si verò alterutrum facis, ut vel reliquis neglectis ſolum ducem colas, quomodo fortuna dux utetur? Aut ſi omnia hæc admittis eodemque loco habes, quomodo duce utetur fortuna? Imperet animus, militet corpus, auxilium ferat fortuna. Cuncta probo, cuncta admit-

*die æquè ac noctu apparet. Porrò* MS. *optime habet* Ἄςρον ἀμείβειν ὥσπερ νύκτα καὶ ἡμέραν, ἐν νυκτὶ λαμπρεάν. *&c.* * *Redundat hæc particula, ut ſolet apud Scriptores Atticos.* Sic Ælian *V. H. IV.* 2. Οὐ μόνον δὲ ἄρα δεῖ σεμνὸν οὐσίαν αὐξῆσαι ὁ πλοῦτον, ἀλλὰ ΓΑ'Ρ καὶ τὴν τέχνην.

to:

τύχῃ· πάντα ἐπαινῶ, πάντα δέχομαι· ἀλλὰ τὴν ἰσοτιμίαν αὐτῶν ἀφαιρῶ. Οὐχ ὁρᾷς τὸν ἐν θαλάττῃ πλοῦν, ἔνθα ὁ μὲν κυβερνήτης ἄρχει ὡς ψυχὴ σώματος, ἡ δὲ ναῦς ἄρχεται ὡς ὑπὸ ψυχῆς σῶμα, τὰ δὲ πνεύματα ἐπιῤῥεῖ ὡς ταῖς ἀρεταῖς ἡ τύχη; ἐὰν δὲ χειμὼν ἐπιγένηται καὶ μένῃ μὲν ἡ ναῦς, μένῃ δὲ ὁ κυβερνήτης, [12] ἐλπὶς σωτηρίας· κἂν οἴχηται ἡ ναῦς ὀρθὰ, ἢ καταδύσηται διὰ τῆς τέχνης· ἐὰν δὲ ὑπὸ τοῦ κυβερνήτου ἄρξῃ καὶ ἐκεῖνον ἀφέλῃς, ἀχρεῖος μὲν ἡ ναῦς, κἂν μένῃ· ἀχρεῖος δὲ ἡ ἐπιῤῥοὴ τῶν πνευμάτων, κἂν φέρῃ, καὶ διὰ τοῦτο ἐν μὲν θαλάττῃ καὶ νηῒ καὶ πλῷ, τὸ τιμιώτατον ὁ κυβερνήτης, καὶ μετὰ τοῦτον, ἡ ναῦς, καὶ μετὰ ταύτην, ἡ ἔξωθεν ἐπικουρία· ἐν δὲ τῷ τοῦ βίου τούτου δρόμῳ, τιμιώτατον μὲν ἡ ψυχὴ, μετὰ δὲ ταύτην τὸ σῶμα, καὶ τρίτον ἡ τύχη· τὰ δὲ τοῦ τιμιωτέρου ἀγαθὰ, τῶν ἧττον τιμίων τιμιώτερα. Ἐγὼ καὶ τῶν αἰσθήσεων τὴν ἰσοτιμίαν ἀφαιρῶ. Τυφλὸς ἦν Ὅμηρος, ἀλλ' ἤκουε τῆς Καλλιόπης· [13] κωφὸς ἦν Ἄτυς, ἀλλ' ἑώρα τὸν ἥλιον· μετάθες τὰς συμφοράς· ἀκουέτω Ἄτυς μὴ ὁρῶν, βλεπέτω Ὅμηρος μὴ ἀκούων· Ἄτυϊ μὲν οὐκ ᾄσεται ἡ Καλλιόπη, Ὁμήρου δὲ ἐκ ἀφαιρήσεις τὴν διδάσκαλον. Ἐγὼ καὶ τὴν ἰσοτιμίαν τῶν θεῶν ἀφαιρῶ· πείθομαι γὰρ Ὁμήρῳ λέγοντι,

[14] Τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται, ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς,

Οὐκ ἴσης, οὐδὲ γὰρ ἀρχῆς ἴσης· οὐδὲ γὰρ ἴση ἡ νομὴ πρὸς τὴν θάλατταν οὐρανοῦ, καὶ θαλάττης πρὸς ᾅδην· θεὸς δὲ ὁμοίως καὶ Κρόνου παῖς, καὶ Ἅδης, καὶ Ποσειδῶν, καὶ Ζεύς. Καὶ γὰρ Λύσανδρος Σπαρτιάτης, ἀλλὰ Ἀγησίλαος Ἡρακλείδης· [15] λέγω δὲ κατὰ τὰς ἀρετὰς, καὶ τὰ γένη προτιμῶ· οὐ γὰρ ὁ μὲν πωλοδάμνης εὐγενείας ἱππικῆς ἐρᾷ,

[16] ---------------- Ἧς Τρωῒ περ εὐρύοπα Ζεὺς

Δῶχ' υἷος ποινὴν Γανυμήδεος, οὕνεκ' * ἄριστοι

Ἵπποι ἔσαν; ὁ δὲ θηρατὴς, εὐγενείας σκυλάκων ἐρᾷ; φιλάνθρωπος δὲ καὶ φιλοθρέμμων τὸ ζῶον τοῦτο, οὐκ ἐξετάσει τὰ γένη; λέγων οὐ κατὰ Ξέρξην τὸν Ξέρξου (δειλόν μοι γένος λέγεις) οὐδὲ Κροῖσον τὸν Ἀλυάττου (ἀσθενὲς λέγεις) οὐδὲ Ἱππίαν τὸν Πεισιστράτου (πονηρόν μοι γένος λέγεις) ἐὰν δὲ Λεωνίδαν λέγῃς καὶ Ἀγησίλαον, γνωρίζω τὴν ἀρετὴν, καὶ μέμ-

---

[12] Heinſ. *legit,* Ἐλπὶς σωτηρίας, κἂν οἴχηται ἡ ναῦς ὀρθὴ ἢ καταδύηται, διὰ τὴν τέχνην· *Infelici quidem conjecturâ: In arte enim quæ eſt ſpes ſalutis, cùm navis* καταδύσηται *ſubmergatur? Vera eſt, ut arbitror, interpunctio vulgata, ut & lectio, ſi levi mutatione* καταχθήσηται *in locum* τοῦ καταδύσηται *ſubſtituas; Sapientis enim eſt, tempeſtate ingruente, ad portum, ſi fieri poteſt, appellere.* Homer. *Od.* M. *v.* 143. Νῆα κατάστησεν. *Ubi* Schol. Καθόρμισεν. [13] *Cùm hæc ſcriberet noſter, Herodotum non conſuluit, ut rectè monuit* Heinſ. *Atys enim non fuit ſurdus. ſed* τὰ ἐκ νηπίων μακρῷ τὰ πάντα πρῶτος. *Alteri verò Crœſi filio hæc infelicitas*

to: dum ne eodem loco habeas omnia. Quid, nonne navigationem vides marinam, in qua gubernator, ſicut anima in corpore, imperat, navis ut corpus animæ paret, venti in navem ut in virtutes fortuna impetum faciunt? Quod ſi tempeſtas oriatur, dum gubernator adhuc ſuperſtes eſt, & navis, ſive ea rectè feratur, ſive exitium minitetur, ſpes adhuc ſalutis eſt in arte. At ſi à gubernatore incipias, eumque tollas, nihil prodeſt navis quamvis ſit ſuperſtes, nihil ventus, quamvis ſit ſecundus. Propterea in mari, in navi & navigatione, præcipuum eſt gubernator, poſt hunc navis, poſt navem, ſubſidium externum. In hoc vitæ curſu præcipuum eſt anima, poſt animam corpus, poſt corpus ipſa fortuna. Bona autem præcipuarum partium pluris ſunt quàm reliquarum. Ego nec æqualitatem fero in ſenſibus. Cæcus Homerus erat, & tamen Calliopen audiebat. Surdus erat Atys, & tamen ſolem videbat. Converte calamitatem utriuſque. Audiat Atys, & ne videat, videat Homerus & ne audiat: Atyi non canet Calliope, magiſtram illam ſuam ſervabit Homerus. Ego nec in Diis æqualitatem fero. Homero enim aſſentior cum ait,

*---------------cuncta*

*In tria diviſit, nec quiſquam immunis honore eſt.*

Non æqualis eſt, nec enim æquale eſt imperium. Sicut nec æqualis eſt diviſio, cœli cum mari, aut maris cum inferis. Et tamen eodem modo Pluto & Neptunus & Jupiter Dii ſunt, & Saturni filii. Sicut Lyſander Spartanus quidem eſt, at Ageſilaus Heraclides. Ego & reſpectu virtutis genus generi præfero. Nam ſi equorum domitor, nobilitatem in equis amat,

*----------Troi quos Jupiter olim*

*Præſtantes dederat, pretium Ganymedis adempti.*

Et venator nobilitatem amat in catulis: quanto magis qui homines amat, hominum educationi intentus eſt, in eorum genus inquiret? Non ſicut Xerxis filius eſt Xerxes: ignavum enim hoc genus eſt. Nec ſicut Crœſus Alyattis: imbelle enim hoc genus eſt. Nec ſicut Hippias Piſiſtrati: hoc enim improbum eſt. At ſi Leonidem, ſi Ageſilaum dicas, virtutem

*obtigit. Vid. hiſtoricum Halicarnaſſeum lib. I. c.* 34. [14] *Il.* O. *v.* 189. *De hàc inter Saturni filios rerum diviſione, antiquos Poetas mendacii inſimulat* Callimach. *Hymn. in Jov. v.* 60.

Δηναιοὶ δ' οὐ πάμπαν ἀληθέες ἦσαν ἀοιδοί.
Φάντο πάλιν Κρονίδῃσι διάτριχα δώματα νεῖμαι.

*Et v.* 66.

Οὔ σε θεῶν Ἐσσῆνα πάλοι θέσαν, ἔργα δὲ χειρῶν,
Σή τε βίη, τό τε Κάρτος, ὃ καὶ πέλας εἵσαο δίφρου.

[15] *Leg.* Ἐγὼ δὲ, *quemadmodum emendârunt* Heinſius *&* Scholtus. H. *enim* Stephanus *minus placet, qui, ſervatâ lectione vulgatâ, poſt voces* λέγω δὴ, *interpungendum cenſet.* [16] *Il.* E. *v.* 265. Ποινὴ *autem hic ponitur pro compenſatione.* Scholiaſt. Ποινήν.] Ἀντίκτισιν, δωρεάν. * Ἄριστοι *in* Homeri *exemplaribus.*

agnoſco.

νημαι τοῦ Ἡρακλέους, καὶ ἐπαινῶ τὴν συγγένειαν. Εἴθε μοι καὶ τὸ Ἀριστείδου γένος ἦν Ἀθήνησιν, εἴθε τὸ Σωκράτους· ἐτίμησα ἂν τούτους ὡς Ἡρακλείδας, ὡς [17] Περσείδας· ὡς εὐπατρίδας. Ἢ ποταμῶν μὲν ῥεύματα, ἐὰν καθαρὰ ἐκ πηγῆς ἔλθῃ, καὶ φυτὰ ἐπαινεῖς, κἂν γηράσκῃ μὲν αὐτῶν τὰ στελέχη, μένῃ δὲ τὰ σπέρματα· συγγένειαν δὲ ἀνθρωπίνην οὐκ ἐπαινέσεις, ἐὰν ἀρξαμένη ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, ὡς ἐκ πηγῆς καθαρᾶς, γνήσιος μένῃ [18]; καὶ μέχρι μὲν ταύτης ἀνδρείζῃ καὶ ἀξιόπιστος εἶ λέγων· ἐὰν δέ σου καὶ περὶ πλούτου πυνθάνωμαι, τί φῄς, ποῖ τὸ πρᾶγμα τάττεις; ἐν ποίᾳ χώρᾳ; λέγε γυμνῇ τῇ κεφαλῇ τὰς τῆς ψυχῆς φωνάς· λέγε τί φῄς τὸν πλοῦτον; κακόν; τί οὖν ἐρᾷς; ἀγαθόν; τί οὖν φεύγεις;

[19] Ἡ γλῶττα ἐπώμοσεν, ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.

Ἀλλ' οὐδέτερον [20] ἡγῇ· οὐκ ἀγαθὸν, οὐ κακόν· ἀλλ' ἐν μεθορίῳ καὶ χώρᾳ μέσῃ, τήρησον ἀδιάφορον, μὴ προέλθῃς περαιτέρω, μὴ ὑπερβῇς τοὺς ὅρους. Ἂν δ' ὑπαλλάξας τὸ ὄνομα, ἀγαθὸν μὲν μὴ καλῇς, προηγμένον δὲ καλῇς, τὴν μὲν φωνὴν μετέβαλες, τὴν δὲ τιμὴν δίδως.

---

## [1] Τοῦ Θεοῦ τὰ ἀγαθὰ ποιοῦντος, πόθεν τὰ κακά.

### ΛΟΓΟΣ ΚΕ'.

[a] Φασὶ τὸν Μακεδόνα Ἀλέξανδρον, ἀφικόμενον εἰς Ἄμμωνος, προσειπόντος αὐτὸν τοῦ Ἄμμωνος, παῖδα, πιστεῦσαι τῷ θεῷ, κατὰ τὴν Ὁμήρου φήμην, πατέρα αὐτὸν θε-

---

[17] *Perſidæ ſunt, Perſarum Regis poſteri: Hic enim interdum* κατ' ἐξοχὴν ὁ Πέρσης *dicitur, unde Patronymicum* Περσείδης. *Vid.* Ælian. *V. H.* I. 21. X. 20. [18] *Elegantèr addit MS.* ἀνεπίμικτος μένῃ. [19] *Melius ſcribitur apud* Euripidem

Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.

*Interpretationem Latinam hujuſce versûs* Ciceroni *debemus de Offic. lib. III. c.* 29. [20] Ἡγῇ. Heinſ. *De re ipsâ vid.* Alcin. *Doct. Plat. c. XXVII.* & Cenſorin. *de die nat. c. I.*

[a] *Magni quidem momenti hæc eſt quæſtio, ſed à Philoſophis & Theologis mirum in modum vexata. Zoroaſtres, Perſarumque Magi, duo principia, alterum bonum, alterum malum, ſtatuêre. Vid.* Plutarch. *de Iſid. & Oſir. p.* 369. & Th. Hydium *de Relig. Vett. Perſ. c.* 22. *Eos Manichæi aliique è Vett. Hæreticis ſunt ſecuti ut docent* Suidas *voce* Μάνης, *&* Auguſtin. *de Hæreſ. capp. VI. & XLVI. In hanc ſententiam delapſi ſunt quòd mali originem alitèr expediri non poſſe cenſebant. Sed facilis eſt ratio, ſi modò conſideremus, à Deo nobis datum eſſe liberum arbitrium, tùm ad bona, tùm ad mala flexile, adeoque ſi ad deteriorem partem applicemus, ſolis nobis vitio eſt vertendum. Sic Auctor quæſt. & Reſp. ad Or-*

οὖν

agnoſco. Herculem cogito, nobilitatem approbo. Utinam Athenis Ariſtidis, utinam Socratis genus eſſet: non minus hos quam Heraclidas, non minus quam Perſidas honorarem, non minùs quam patricios. Nam ſi fluvios laudas, qui ex puris labuntur fontibus, ſi plantas, quarum, poſtquam ſtipites exaruerunt, manent adhuc ſemina; nobilitatem in hominibus non laudabis, quæ ex virtute tanquam puro fonte orta, generoſitatem retinet ſuam? Et hactenus quidem virum te judico: hactenus fide digna loqueris. Quod ſi de opibus ex te quæram, quid de iis ſentias, quo loco ponas, in quo ordine? Loquere audacter quod animo judicas. Dic quid eas exiſtimes. Malum? cur ergo ſequeris? Bonum? cur ergo eas fugis?

*Juravi lingua, mentem injuratam gero.*

Quare neutrum eſſe dicas, nec bonum nec malum: ſed inter utrumque, medio in loco cum indifferentibus ponas? Vide ne tranſgrediaris ultra, ne limites tranſilias. Nam ſi mutato nomine bonum quidem non voces, ſed productum; nomen quidem mutabis, honorem tamen concedes.

---

## *Cum Deus bona faciat, unde ſint mala.*

### DISSERT. XXV.

ALexandrum aiunt Macedonem, cùm Jovis Ammonis acceſſiſſet templum, atque ab eo filii appellatus eſſet nomine, credidiſſe Deo, (idque ex Homeri ſententia, qui Jovem Deûm

---

*thod. Reſp. VIII. probat mali cauſam non eſſe Deum, quamvis ejus perpetrandi facultatem dederit, quià* προαίρεσις αὐτὸν δεδ' τῇ ἡμᾶς ἀγαθὰς ἢ κακούς. *Cum* Simplicio *igitur in* Epict. *c. XXXIV. p.* 184. *ed.* Salm. βεβαιῶμεν ὅτι ὁ θεὸς κακίας ἀναίτιος, διότι τὸ κακὸν ἡ ψυχὴ ἐνεργεῖ αὐτεξουσίως, οὐχ ὁ θεός. *Nec obſtat quòd futura mala prænoverit, & tamen non prohibeat; Nam, ut laudatus Quæſt. & Reſp. Auctor Reſp. LVIII. ait,* οὐκ ἔστιν ἡ πρόγνωσις αἰτία τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι, ἀλλὰ τὸ μέλλον ἔσεσθαι αἴτιον τῆς προγνώσεως. *Mala, de quibus hactenus diximus, ſunt Moralia. De phyſicis, qualia ſunt mors & infirma valetudo, non eadem eſt difficultas; Præterquam enim quòd ſint pœnæ peccatis debitæ, immortalitatem in hâc vitâ aut continuam ſalutem Deus nemini tenetur præſtare, nec habet Creatura, quod queratur, licet aliis ſit minus perfecta. Quæcircà cum* Origene *concedimus* ἴσως ὅτι τούτων τινὰ πεποιηκέναι τὸν θεὸν, ἵνα διὰ τούτων ἐπιστρέψῃ τινάς. *Contrà Celſum l. VI. p.* 314. [a] *Pleriſque ſanè videtur Alexandrum à Jove Libyco filium fuiſſe habitum: feſtiva tamen eſt apud* Plutarchum *hiſtoria, quam huc transferam.* Ἔνιοι φασι τὸν μὲν Προφήτην ἑλληνιστὶ βουλόμενον προσειπεῖν μετά τινος φιλοφροσύνης, Ὦ παιδίον, ἐν τῷ τελευταίῳ τῶν φθόγγων ὑπὸ βαρβαρισμοῦ πρὸς τὸ σῖγμα ἐξενεχθῆναι καὶ εἰπεῖν, ὦ παιδίος. *&c. Vit. Alex. Tom.* 1. *p.* 680. E.

homi-

ὢν καὶ ἀνθρώπων ὀνομαζόμενος· ἀποδεξάμενος δὲ τοῦ μαντείου, ἄλλο μὲν ἠξίωσεν οὐδὲν τὸν πατέρα μετὰ τοῦτο ἐρέσθαι, οὐ περὶ τῆς Δαρείου φυγῆς, οὐ περὶ τῆς μελλούσης μάχης, οὐ περὶ τῆς Ἑλλάδος νενικημένης, οὐ περὶ τῆς Ἀσίας κινουμένης· ἀλλ᾽ ὥσπερ αὐτῷ τῶν ἄλλων καλῶς ἐχόντων, ἠρώτα τὸν θεὸν περὶ τοῦ [3] Νείλου, πόθεν ὁρμηθεὶς, ἐπὶ Αἰγύπτου κάτεισι. Πάνυ γοῦν αὐτῷ τοῦτο ἐν ἔδει πρὸς εὐδαιμονίαν, καὶ μαθόντι εἶχεν ἂν καλῶς. Οὐδ᾽ εἰ μὰ Δία πρὸς τοῦ Νείλου τὸν Ἴστρον ἔγνω, ἢ τὸν ὠκεανὸν αὐτόν· εἴτε τις ἐστὶ ποταμοῦ φύσις περὶ πᾶσαν τὴν γῆν εἱλουμένου, εἴτε ἀρχαὶ τῆς ὕδατος καὶ πηγαὶ θαλάττης, εἴτε λίμνη ὑποδεχομένη τὰς ἡλίου καταδύσεις καὶ σελήνης, εἴτε ἄλλο τι οἷον οἱ ποιηταὶ καταμαντεύονται· ἐξὸν τοὺς μὲν ποταμοὺς ἐᾶν ῥεῖν, ὁπόθεν αὐτοὺς ἀφῆκεν ὁ Ζεὺς, αὐτὸν δὲ ἐπὶ Ἄμμωνα ἀφικόμενον, ἢ [4] ἐπὶ τὴν Θεσπρωτῶν γῆν, καὶ τὴν ἐκεῖ δρῦν, ἢ ἐπὶ τὸν Παρνασσὸν καὶ τὴν ἐνταυθοῖ χρησμῳδίαν, ἢ ἐπὶ τὸν Ἰσμηνὸν καὶ τὴν ἐκεῖ φωνὴν, ἢ ἐπὶ Δῆλον καὶ τοὺς ἐκεῖ χοροὺς, ἢ εἴπου ἄλλοτι μαντεῖον φθεγματικὸν τῆς Ἑλλάδος ἢ τῆς βαρβάρου γῆς, δεῖσθαι τοῦ Διὸς καὶ τοῦ Ἀπόλλωνος ἐπιδοῦναι χρησμὸν ἕνα κοινὸν καὶ δημόσιον τῷ πάντων ἀνθρώπων γένει. Ἦ γὰρ ἂν κοινωφελεστέραν [5] θεωρίαν ἐστείλαντο οἱ ἄνθρωποι τήνδε, μᾶλλον ἢ Δωριεῖς περὶ Πελοποννήσου μαντευόμενοι, ἢ Ἀθηναῖοι περὶ Ἰωνίας πυνθανόμενοι, ἢ Κορίνθιοι περὶ Σικελίας ἀνερωτῶντες. Φέρε μιμησάμενοι τοὺς θεωροὺς ἐκείνους, τοὺς κοινοὺς, τοὺς ὑπὲρ τοῦ γένους ἐπὶ τὰ μαντεῖα σταλέντας, ἐρώμεθα τὸν Δία, τίς τῶν ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν πατὴρ καὶ χορηγὸς, τίνες ἀρχαὶ, τίνες πηγαὶ, πόθεν ὁρμηθέντα ῥεῖ. Ἢ τούτων μὲν πέρι οὐδὲν δεῖ τὸν θεὸν ἐνοχλεῖν, αἰσθανομένους τῆς αἰτίας, καὶ ὁρῶντας τὴν χορηγίαν, καὶ ζητοῦντας τὴν πηγὴν, καὶ τὸν [6] πατέρα καὶ ποιητὴν εἰδότας, τὸν οὐρανοῦ ἁρμοστὴν, τὸν ἡλίου καὶ σελήνης ἀγωγέα, τὸν κορυφαῖον τῆς τῶν ἀστέρων περιφορᾶς καὶ διοικήσεως καὶ χορείας καὶ δρόμου, τὸν τῶν ὡρῶν ταμίαν, τῶν πνευμάτων οἰκονόμον, τὸν ποιητὴν τῆς θαλάττης, τὸν δημιουργὸν γῆς, τὸν ποταμῶν χορηγὸν, τὸν καρπῶν τροφέα, τὸν ζώων γενέτην, τὸν γενέθλιον, τὸν ὑέτιον, τὸν ἐπικάρ-

---

[3] *Non mirum quidem Alexandrum de Nili origine quæſiviſſe, cum res humanâ induſtriâ non cognoſcibilis haberetur.* Νείλου, *inquit* Herodotus *lib. IV. c.* 53. οὐκ ἔχω φράσαι τὰς πηγὰς, δοκέω δὲ οὐδ᾽ οὐδεὶς Ἑλλήνων. *Quidam tamen è Vett. ejus caput in* Lunæ montibus *collocârunt, à quâ ratione non longè abiêrunt recentiores. Vid.* Euſtathium *in Dionyſ. Perieg. v.* 226. [4] *Celeberrimum intelligit Dodonæ oraculum, ubi, ut ait* Claudian. *in Paneg. de III. conſ. Honor. v.* 118.

—Chaoniæ movêrunt carmina quercus.

*Et Virgil. Georg. lib. II. v.* 16.

ποι,

hominumque patrem dicit ) admiſſo autem eo oraculo, nihil amplius è patre ſuo voluiſſe quærere : non de Darii fuga, non de imminente pugna, non de Græciæ calamitatibus, nec de Aſiæ turbis : ſed tanquam in reliquis nihil eſſet periculi ; de Nilo rogaſſe : è quibus videlicet ortus fontibus in Ægyptum feratur. Hoc enim unum, ſi Diis placet, ad felicitatem illi deerat : eoque cognito ſat beatus futurus erat Alexander. Cum mehercule, non ſi cum Nilo ipſum quoque Iſtrum aut Oceanum, & quæcunque de illo dicuntur, cognita habuiſſet, quicquam hoc illi conferre potuiſſet. An nimirum fluvius ſit qui univerſam ambit terram, an mediterranei maris principium, aut palus potius in quam ſol & luna occidere ſolent, & id genus alia quæ poëtæ tradiderunt. Sed multo ſapientius, meo judicio, feciſſet, ſi fluvios eorumque aquas in eam abire partem ſiviſſet, in quam eos Jupiter abire voluit, ipſe verò Ammonem adiiſſet : aut Theſprotos, eorumque quercum, aut Parnaſſum ejuſque oraculum, aut Iſmenium Apollinem ejuſque reſponſum, aut Delum, ejuſque choros, aut ſi quod aliud in tota Græcia aut Barbarorum terra fatidicum delubrum eſt : ibique aut à Jove aut ab Apolline, univerſum ac commune toti humano generi impetraſſet oraculum. Plus, niſi fallor, cunctis contuliſſet hæc legatio hominibus, quam cum de Peloponneſo Dorici, aut de Ionia Athenienſes, aut de Sicilia quæſiverunt Corinthii. Quid ſi nos ergo legatos illos imitemur qui communi gentis alicujus nomine ad oraculum mittuntur, atque ex Jove hoc quæramus. Quis hominibus bonorum pater eſt & autor, quæ principia, qui fontes, unde huc deferantur ? Niſi de his fortè ſimilibuſque rebus, non obtundendus eſt Deus, cum præſertim ipſæ appareant cauſæ, cum oculis occurrat origo eorum, & ipſe ſe nobis fons offerat, cum patrem horum omnium opificemque videamus. Illum dico qui cœli diſpoſuit ordinem, qui ſolem lunamque aurigatur, ſiderum circuitus certoſque lapſus & choreas curſuſque voce ſua motuque tanquam præcentor aliquis in choro moderatur : qui anni diſtinguit tempora, ventos gubernat, mare formavit, fabricavit terram, fluvios emittit, fructus educat, animalia gignit : qui Natalicius, Pluvius, Fructifer, Patrius, Progenitor à nobis di-

---Habitæ Graiis oracula quercus.

*In quem locum* Servius in Dodonæo nemore arbores dantes reſponſa fuiſſe *dicit.* [5] *Θεωρία eſt ſacra legatio à totis urbibus ad hunc vel illum Deum miſſa, ut eundem publico civitatis nomine conſulerent. Vid.* Ezech. Spanhem. *ad* Callim. *Hymn. in Del. v.* 314. [6] *Deus, ſi Chryſippo fides, reſpectu Deorum* γεννητῶν *& hominum,* πατὴρ *dicitur, brutorum autem & animâ carentium* ποιητὴς. Plutarch. *Qu. Plat. p.* 1000. *E.*

citur.

πον, τὸ πατρῷον, τὸ φυτάλμιον, [7] οὗ ὁ νοῦς ἀῤῥαγὴς ὢν καὶ ἄτρυτος καὶ ἐπὶ πάσας ἐξικνούμενος φύσεις ἀμηχάνῳ τάχει, ὡς προσβολῇ ὄψεως, πᾶν κοσμεῖ ὅτῳ ἂν ἐπαφήσηται· καθάπερ καὶ αἱ παρ᾽ ἡλίου ἀκτῖνες προσπεσοῦσαι τῇ γῇ, λαμπρύνουσιν αὐτῆς τὸ καταληφθὲν πᾶν· τίς δέ ἐστιν ὁ τῆς ἐπαφῆς ταύτης τρόπος, ἐγὼ μὲν εἰπεῖν οὐκ ἔχω, ᾐνίξατο δὲ αὐτὴν ἠρέμα Ὅμηρος.

[8] Ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ᾽ ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων.

[9] Ὁμοῦ δὲ τῷ Διὸς νεύματι γῆ ξυνιέσι καὶ ὅσα γῆς θρέμματα, καὶ θάλαττα ξυνιέσι καὶ ὅσα θαλάττης γεννήματα, καὶ ἀὴρ ξυνιέσι καὶ ὅσα ἀέρος φορήματα, καὶ οὐρανὸς ξυνιέσι καὶ ὅσα ἐν οὐρανῷ κινήματα. Ταῦτα ἔργα τῶν Διὸς νευμάτων· μέχρι τούτων ἀδεὴς εἰμὶ χρησμῳδίας. καὶ Ὁμήρῳ πείθομαι, καὶ πιστεύω Πλάτωνι, καὶ οἰκτείρω [10] τὸν Ἐπίκουρον· ἐὰν δὲ εἰς τὰς τῶν κακῶν ἐννοίας παρέλθω, πόθεν ταῦτα παρέδυ δεῦρο; τίνες αἱ τῶν κακῶν πηγαὶ, ἢ γενέσεις; πόθεν ἀρξάμενα ἔρχεται; ἐξ Αἰθιόπων, ὡς ὁ λοιμός; ἐκ Βαβυλῶνος, ὡς ὁ Ξέρξης; ἐκ Μακεδονίας, ὡς ὁ Φίλιππος; οὐ γὰρ ἐξ οὐρανοῦ μὰ Δία, οὐκ ἐξ οὐρανοῦ· φθόνος γὰρ ἔξωθεν [11] τοῦ χοροῦ ἵσταται. Ἐνταῦθα τοίνυν, ἐνταῦθά μοι δεῖ χρησμῳδίας· ἐρώμεθα τοὺς θεοὺς, Ζεῦ καὶ Ἄπολλον, καὶ ὅστις ἄλλος θεὸς μαντικὸς καὶ κηδεμὼν τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀγέλης, δεομένοις εἴπατε, τίς κακῶν ἀρχὴ, τίς αἰτία, πῶς φυλαξώμεθα, πῶς λάθωμεν·

[12] Οὐ γάρ τις νέμεσις φυγέειν κακὸν, οὐδ᾽ ὑπαλύξαι.

Ἦ οὐχ ὁρᾶτε ὅσα τὰ δεινὰ εἰς τὰς ἀνθρωπίνας κῆρας ἐμπεπτωκότα περὶ γῆν στρέφεται, παντοίων στόνων καὶ ὀδυρμῶν ἐμπιπλάντα τὴν γῆν; στένει μὲν τὸ τοῦ ἀνθρώπου σῶμα, τὰς ἐπιτειχισμένας αὐτῷ νόσους ὀδυρόμενον, καὶ τὸ ἀκροσφαλὲς τῆς σωτηρίας καὶ τὸ ἄδηλον τοῦ βίου· τίς γὰρ ἡλικίας καιρὸς ἀνυπεύθυνος ἀνθρωπίνῳ σώματι; ὃ γενόμενον μὲν εὐθὺς καὶ ἀποσπασθὲν ἐκ μητρῴων ὑγρῶν, [13] ὑλῶδες καὶ διαῤῥέον, ὀδυρμῶν καὶ κνυζημάτων ἀνάπλεων· προϊὸν δὲ καὶ εἰς ὥραν ἀναφυόμενον, ἔμπληκτον καὶ ἀκρατές· κἂν εἰς ἥβην προέλθῃ, ὑπὸ φλεγμονῆς ἀκατάσχετον· κἂν εἰς γῆρας ἔλθῃ, κατὰ βραχὺ νεκρούμενον καὶ ἀποσβεννύμενον, ἐνδιαίτημα τῇ ψυχῇ ἀχρειότερον, δυσάρε-

---

[7] *Epicureis adverſatur, qui providentiam tollebant, ex eo quod capere non poſſent quomodo Deus beatus eſſe poſſet ſi mundum curaret.* Lucretius *lib. II. juxtà fin.*

Nam pro ſancta Deûm tranquillâ pecto-a pace,
Quæ placidum degunt ævum vitamque ſerenam!
Quis regere immenſi ſummam, quis habere profundi
Indu manu validas potis eſt moderantèr habenas?
Quis pariter cœlos omnes convertere? & omneis
Ignibus ætheriis terras ſuffire feraces?
Omnibus inque locis eſſe omni tempore præſto?

στον,

citur. Cujus mens ſolida & incorrupta, nuſquam dividitur, ſed incredibili velocitate, tanquam unico oculi intuitu, quodcunque tangit, ornat, atque illuſtrat. Non ſecus quam radii ſolares in terram ubi inciderunt, quamcunque ejus invaſere partem, eam illuſtrant. Quomodo autem id fiat, mihi nec promptum eſt dicere, Homerus tamen occulte innuit, cùm inquit:

*Dixerat hæc, nigriſque oculis Saturnia proles*
*Annuit.*

Unà cum nutu Jovis terra conſtitit, & quicquid terra educat: mare conſtitit, & quicquid mare producit: aër conſtitit, & quicquid aër fert: cœlum conſtitit, & quicquid in cœlo movetur. Omnia hæc opera Jovis nutus perfecit. Hactenus nullum oraculum requiro. Homero fidem habeo, Platoni credo, Epicuri me miſeret. Quod ſi viciſſim ad mala me converto & de iis cogito, non poſſum quin quæram, unde ea tandem huc pervenerint. Qui fontes eorum, quæ origo prima? An ex Æthiopia cum peſte, aut Babylone cum Xerxe, aut ex Macedonia cum Philippo? Non enim è cœlo mehercules, non è cœlo: exulat enim illic invidia. Hîc certe hîc oraculo opus habeo. Conſulamus ergo Deos. Jupiter & Apollo, aut ſi quis præterea Deus fatidicus es, qui humani generis curam geris, hanc nobis quæſtionem explicate. Unde malorum eſt initium, quæ cauſa, quo pacto vitare ea aut effugere poſſimus:

*Nulla etenim invidia eſt longè mala cuncta fugare.*

Quis enim non videt, quam multa paſſim circa terram verſentur, quam multis luctibus ſuſpiriiſque terram impleant: quæ omnia tanquam fato quodam vitam humanam comitantur? Deplorat morbos ſuos à quibus oblidetur hoc corpuſculum, deplorat incertam valetudinis conditionem, ambiguitatem vitæ. Quæ namque ætas aut tempus eſt quo non à malo oppugnatur aliquo? Nonne ſimulac natum eſt, humidiſque matris e locis recens evulſum, luto ſordibuſque diffluit, vagitu omnia complet ac lachrymis? Poſtea ſi ad ætatis florem adoleſcat, fervore quodam & intemperie agitur. Si perveniat ad pubertatem, præ ardore animi & vehementia, nullis conſiliis in officio contineri poteſt, nullis monitis. Si ad ſenectutem, paulatim moritur, & defloreſcit. Nihil denique aliud quam in-

---

[8] *Il.* A. *v.* 528. [9] *De Dei quidem viribus magnificè loquitur, & eo ſanè modo qui ad Moſis* ἀδρότητα *accedit, quam laudavit* Longinus περὶ ὕψους *c. IX.* [10] *Qui ex atomis fortè concurrentibus mundum prodiiſſe, ſine Dei curà, contendit. Vid.* Juſtin. Martyr. *Paræn. ad Gentes* p. 5. *A.* [11] *Vertit* Paccius: Invidia enim extrà chorum cœleſtem ſedes ſibi conſtituit: *Invenit igitur in ſuo Codice* ἔξωθεν τοῦ θείου χοροῦ. *Et ità quidem locutus eſt* Plato *in Phædro* p. 345. *A.* φθόνος γὰρ ἔξω θείου χοροῦ ἵσταται. [12] *Il.* Ξ. *v.* 80. *Sed noſter* οὐδ' ὑπαλύξαι *poſuit* ἀντὶ τοῦ οὐδ' ἀνὰ νύκτα, *quod eſt apud Homerum.* [13] Ἰλυῶδες. Heinſ.

στον, δύσηνον, δύσεργον, οὐκ ὄμβρων ἀνεχόμενον, οὐ πνευμάτων, οὐχ ἡλίου, μεμφόμενον ταῖς ὥραις τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἀντιπεριαλγοῦν τῷ Διΐ. [14] Χειμὼν, οὗτος ἀμπέχεται· θέρος, τοῦτο ἀναψύχει· πληρωθὲν μὲν, κενώσεως, κενωθὲν δὲ, πλησμονῆς ὀρεγόμενον, [15] Εὐρίπου καὶ ἀμπώτεως δίκην, μηδέποτε ἑστὼς, μηδέποτε ἀτρεμοῦν, ἀκόρεστον, ἀκατάσχετον, ἀδηφάγον, ἐνδεὲς ἀμπεχόνης, δεόμενον ὑποδημάτων, ἀλειμμάτων, φαρμάκων. Ἓν σῶμα θεραπεύουσι χεῖρες πολλαὶ καὶ τέχναι πολλαί· χιλίας δὲ ἵππους ἱπποφορβὸς εἷς, καὶ τοσαῦτα μῆλα ποιμὴν εἷς, καὶ τοσούτους βοῦς βουφορβὸς εἷς. Καὶ οὐδὲ τὰ τοσαῦτα ἱκανά· τίς γὰρ ἀνθρωπίνη μηχανὴ [16] λιμοῦ προσβολὰς ἀλέξασθαι, ἢ ἀνασχεῖν ὄμβρους ἐξ οὐρανοῦ καταφερομένους, ἢ στῆσαι γῆν σειομένην, ἢ σβέσαι πῦρ ἐκ γῆς ἀνιστάμενον; ὁρᾷς τὸν δρόμον καὶ τὴν διαδοχὴν τῶν κακῶν, καὶ τὴν συνέχειαν τῶν κινδύνων.

[17] Οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο.

Κἂν ἐπὶ τὴν ψυχὴν ἔλθῃς, κἀκεῖ ὄψει ὄχλον νοσημάτων τῇ ψυχῇ ἐπικεχυμένον· ἐὰν λύπην ἀπώσῃς, φόβος ὑπορρεῖ· ἂν ἀπέλθῃ φόβος, ὀργὴ ἀνίσταται· ἂν παύσηται ὀργὴ, φθόνος ἔπεισι· παρὰ πόδας τὰ δυσχερῆ, [18] ἐκ γειτόνων τὰ κακά· ἀνοχὴ δὲ ἀκριβὴς οὐδεμία. Τί ἂν οὖν πρὸς ταῦτα ἀποκρίναιτο ὁ Ζεὺς, ἢ ὁ Ἀπόλλων, ἢ τις ἄλλος μαντικὸς θεός; Ἀκούσωμεν τοῦ ὑποφήτου λέγοντος.

[19] Ἐξ ἡμέων γάρ φασι κάκ᾽ ἔμμεναι· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ
Σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε᾽ ἔχουσι.

Τίς οὖν ἡ τῆς ἀτασθαλίας αἰτία; οὐρανοῦ καὶ γῆς δυοῖν ἑστιῶν τὴν μὲν ἄμοιρον ἡγητέον κακῶν, τὴν δὲ, ἐξ ἀμφοῖν ἐπιμεμιγμένην· ἧς τὰ μὲν ἀγαθὰ, ἐπίρρυτα ἐκ τῆς ἑτέρας· τὰ δὲ κακὰ, ἐξ αὐτοφυοῦς μοχθηρίας ἀνίσταται· διπλῆ καὶ αὕτη, ἡ μὲν ὕλης πάθος, ἡ δὲ, ψυχῆς ἐξουσία. Ῥητέον δὲ δὴ τὰ πρῶτα ὑπὲρ τῆς προτέρας. Ὕλην ὁρᾷς ὑποβεβλημένην δημιουργῷ ἀγαθῷ· ἧς τὸ μὲν κοσμηθὲν, ἥκει παρὰ τῆς τέχνης· [20] εἰ δέ τι, ἀκρατῶς ἑαυτῶν τὰ ἐν γῇ ἔχοντα, πάσχει πλημμελὲς, αἴτιον μὴ τὴν

[14] *Poſt voces* Χειμὼν *&* θέρος, *ponenda eſt interrogationis nota, ut recte* H. Stephanus; *nam* Heinſii *conjectura, qui mutat* οὗτος *in* τοῦτο *minus placet.* [15] *Eſt fretum inter Eubœam & Bœotiam quod* ſepties die, ac ſepties nocte, fluctibus invicem verſis, adeò immodicè fluit, &c. Pomp. Mela. *II.* 7. [16] Lege λοιμοῦ *cum Heinſio. Quid autem velit, explicat noſter, cùm ait,* λοιμώττουσιν Ἀθηναῖοι, σείονται Λακεδαιμόνιοι, ἡ Θετταλία ἐπικλύζεται, ἡ Αἴτνη φλέγεται. *Vid. pag.* 260. [17] *Od.* Σ. *v.* 129. [18] MS. *Regius habet* ἐν γειτόνων, *quemadmodum ſuprà locutus eſt* Maximus *Diſſ.* X. *p.* 114. *Si hæc lectio placet, ſubaudiendum* οἴκῳ, *vel ſimile verbum.* [19] *Ita de hominibus queritur Jupiter apud* Homer. *Od.* A. *v.* 33. [20] *Eâdem ſimilitudine uſus eſt* Origenes *contrà Celſum lib. VI. p.* 314. *ed. Cant.* Κακὰ τοίνυν, εἰ μὲν τὰ κυρίως οὕτως ὀνομαζόμενα ἐξετάσοι τις, ὁ θεὸς οὐ πεποίηκεν· ἀλλὰ τοῖς προηγουμένοις αὐτοῦ ἔργοις ὀλίγα, ὡς πρὸς τὴν τῶν

utile moroſumque ſit ac difficile animæ hoſpitium, quod nec imbres fert amplius, nec ventos, nec ſolem: de omnibus denique cœli tempeſtatibus conqueritur, & cum ipſo Iove in certamen venit. Si hyems adveniat; veſte multa tegitur: ſi æſtas, refrigerari petit. Si cibis ſe repleverit, evacuare ſe optat: ſi evacuaverit, rurſus ſe replet. Denique ut Euripus aliquis aut maris refluxus, nunquam conſiſtit, nunquam quieſcit. Inſatiabile eſt, contumax eſt, vorax eſt. Veſtibus eget, eget calceis, unctionibus eget, eget medicamentis, eget lavacris. Cumque mille equos equiſo unus, infinitas oves paſtor unus, infinitas boves unus regat bubulcus, uni corpori manus plurimæ, plurimæ inſerviunt artes. Quin ne hæc quidem ſufficiunt omnia. Quam enim hactenus artem invenire potuerunt homines, qua aut peſtem avertere, aut cœlo cadentem vim pluviæ cohibere, aut terræ motum ſiſtere, aut ignem è terra ſurgentem poſſent extinguere? Vides malorem ſeriem ſucceſſionemque mutuam, vides continuationem periculorum.

*Nil nutrit tellus homine infelicius uno.*

Quòd ſi ad animam venias, videbis & hîc morborum agmen quibus obſidetur ea. Si mœrorem abſterſeris, metus ſuccedit, ſi metus receſſerit, ira excitatur, ſi ira deſinit, invidia accedit. Ad manum eſt calamitas, in vicinia mala ſunt: nec ulla unquam certa quies contingit. Quid quæſo ad iſta aut Jupiter, aut Apollo reſpondebit, aut alius fatidicus Deus? Audiamus quid eorum interpres dicat:

*Aſcribunt ſuperis homines mala, cum tamen ipſi*
*Criminibus propriis ſibi talia damna crearint.*

Quæ eſt ergo improbitatis hujus cauſa? Cum cœlum & terra, duæ diverſiſſimæ ſint ſedes: alteram omnis mali immunem, alteram ex utroque mixtam eſſe ſciendum eſt: ita ut bona quidem, è cœlo veniant: mala verò ex innata illi improbitate oriantur. Improbitas verò ea duplex eſt: aut enim corrupta materiæ affectio eſt, aut animæ licentia. Ac de priori quidem prius dicendum eſt. Vides ergo materiam, circa quam verſatur artifex optimus. Quæ ſi quod ornamentum accipit, id totum arti acceptum eſt ferendum. Sin verò quædam in terris, minus quam oportebat bene conſtituta, aliquid ab arte

---

ὅλην διάταξιν τυγχάνοντα, ἐπηκολούθησεν· ὥσπερ ἐπακολουθεῖ τοῖς φρυγομένοις τῷ τέκτονος ἔργοις τὰ ἐλλειπῆ ξέσματα καὶ πρίσματα. *Fatendum tamen eſt doctiſſimum hunc patrem de malis ἠθικοῖς loqui, cùm Platonicus noſter de iis, quæ φυσικὰ vocantur, hæc dicat; quippè cenſebat, Magiſtrum ſuum ſecutus, Phyſica hæc mala materiæ deberi, quapropter eam finxit ingenitam, nè ullum omninò malum videretur Deo imputare.* Juſtin. Martyr *Paræn. ad Gent. p.* 19. *A.* Ἀγέννητον τὴν ὕλην εἰρηκὼς εἶναι (Πλάτων) ἵνα μὴ δόξῃ τὸν Θεὸν τοῦ κακοῦ ποιητὴν εἶναι λέγειν. *Hanc Platonis doctrinam refellunt Stoici apud* Plutarch. *contrà Stoicos Tom.* 2. *p.* 1076. *C.* & Orig. *Philoc. c. XXIV.*

τέχνην πάθει· κώλυσις γὰρ οὐδεμία τεχνίτου ἄτεχνος· οὐδὲ γὰρ νομοθέτου ἄδικος, ὁ δὲ θεῖος νοῦς ἀνθρωπίνης τέχνης εὐστοχώτερος. Καθάπερ οὖν ἐν ταῖς τῶν τεχνῶν χειρουργίαις, τὰ μὲν ἡ τέχνη προηγουμένως δρᾷ στοχαζομένη τοῦ τέλους, τὰ δὲ ἕπεται τῇ χειρουργίᾳ, οὐ τέχνης ἔργα, ἀλλ' ὕλης πάθη, σπινθῆρές τε ἐξ ἄκμονος, καὶ ἐκ βαύνου αἰθαλώσεις, καὶ ἄλλο ἐξ ἄλλης πάθος, ἀναγκαῖον μὲν τῇ ἐργασίᾳ, οὐ προηγούμενον δὲ τῷ τεχνίτῃ· οὕτως ἀμέλει καὶ ὅσα περὶ γῆν πάθη γίνεται, ἃς καλοῦμεν κακῶν ἀνθρωπίνων ἐμβολάς, ἐνταῦθα ἡγητέον ἀναίτιον καὶ τὴν τέχνην, εἶναι δὲ ταῦτα τῆς τοῦ ὅλου δημιουργίας ὥσπερ τινὰς ἑπομένας καὶ ἀναγκαίας φύσεις· * ἃ δὲ ἡμεῖς καλοῦμεν κακὰ καὶ φθοράς, καὶ ἐφ' οἷς ὀδυρόμεθα, ταῦτα ὁ τεχνίτης καλεῖ σωτηρίαν τοῦ ὅλου· μέλει γὰρ αὐτῷ τοῦ ὅλου· τὸ δὲ μέρος ἀνάγκη κακοῦσθαι ὑπὸ τοῦ ὅλου. [21] Λοιμώττουσιν Ἀθηναῖοι, σείονται Λακεδαιμόνιοι, ἡ Θετταλία ἐπικλύζεται, ἡ Αἴτνη φλέγεται. Καὶ πότε Ἀθηναίοις ἀθανασίαν ὁ Ζεὺς ὑπέσχετο; (ἐὰν γὰρ ἀπέλθῃ ὁ λοιμός, Ἀλκιβιάδης ἐπὶ Σικελίαν οὐκ ἄγει;) [22] πότε Λακεδαιμονίοις ὑπέσχετο γῆν ἄσειστον; πότε Θετταλοῖς γῆν ἄκλυστον; πότε Σικελιώταις γῆν ἄπυρον; Μόρια ταῦτα σωμάτων. Ὁρᾷς οὖν τὰ πάθη, ἃ σὺ μὲν καλεῖς φθοράν, τεκμαιρόμενος τῇ τῶν [23] ἀπιόντων ὁδῷ· ἐγὼ δὲ σωτηρίαν, τεκμαιρόμενος τῇ διαδοχῇ τῶν μελλόντων. Μεταβολὴν ὁρᾷς σωμάτων καὶ γενέσεως, [24] ἀλλαγὴν ὁδῶν ἄνω καὶ κάτω, κατὰ τὸν Ἡράκλειτον· καὶ αὖθις αὖ ζῶντας * μὲν τὸν ἐκείνων βίον, ἀποθνήσκοντας δὲ τὴν ἐκείνων ζωήν. Ζῇ πῦρ τὸν γῆς θάνατον, καὶ ἀὴρ ζῇ τὸν πυρὸς θάνατον· ὕδωρ ζῇ τὸν ἀέρος θάνατον, γῆ τὸν ὕδατος. Διαδοχὴν ὁρᾷς βίων καὶ μεταβολὴν σωμάτων, καινουργίαν τοῦ ὅλου. Ἴθι δὴ καὶ ἐπὶ τὴν τῶν ἄλλων ἀρχὴν τοῦ αὐτοφυοῦς, ἣν ἡ ψυχῆς ἐξουσία κυΐσκει τε καὶ τελεσφορεῖ, ᾗ ὄνομα μοχθηρία. Αὕτη τοῦ ἑλομένου αἰτία, θεὸς ἀναίτιος· ἐπεὶ γὰρ ἔδει γῆν γενέσθαι μὲν ἔγκαρπον καὶ ζωοτρόφον καὶ πολυθρέμμονα, ἔχειν δὲ ἐν ἑαυτῇ κακὰ ἔνδον καθειργμέ-

* *Ex Heracliti ſententiâ, quàm noſter jamjam exponet. Rectè autem obſervavit* Apuleius *Platonem* naturalem Philoſophiam ab Heracliteis ſuſcepiſſe. *Plat. Phil. lib. I. p. 2.* [21] *Intelligit* mortiferum illum æſtum, *ut loquitur* Lucretius *lib. VI. juxtà finem, qui*

Finibu' Cecropiis funeſtos reddidit agros,
Vaſtavitque vias, exhauſit civibus urbem:
Nam penitùs veniens Ægypti è finibus ortus,
Aera permenſus multum, campoſque natanteis,
Incubuit tandem populo Pandionis. *&c.*

*Ejus elegantem deſcriptionem in ſeqq. vid. ut & apud* Thucyd. *lib. II. p. 63. ed. Steph.* [22] Εὔσειστος δ' ἡ Λακωνικὴ, *ait* Strabo *Geogr. lib. VIII. Maximè autem celebris eſt iſte terræ motus, qui ſub Archedamo Rege totam Spartam præter pauca ædificia evertit. Loca vett. huc pertinentia collegit eruditiſſimus* Meurſius *Miſcell. Lacon. lib. II. c. 16. De*

alienum admittant, cave in cauſa eſſe dicas artem, (nunquam enim magis artificis ab arte, quam legiſlatoris à juſtitia conſilium diſcedit) ut omittam divinam mentem multo magis quam humanam artem ſcopum ſuum attingere. Sicut autem in mechanicis artibus quædam primario ipſa ars agit, dum finem ſuum reſpicit: quædam ſua ſponte ſequuntur opus, quæ non artis opera, ſed affectiones ſunt materiæ, ut cum ſcintillæ ab incude, è fornace favillæ, aut aliunde ſimile quid ſequitur, quod operis reſpectu neceſſarium eſt, opifici tamen non eſt primarium. Eodem modo in terrenis illis malis quæ humanis intervenire rebus dicimus, liberanda omni culpa ars eſt: cùm nihil aliud ea, quàm neceſſariæ quædam affectiones ſint, quæ cum univerſi totius fabrica cohærent: quæ enim nos mala, quæ corruptiones dicimus: quæ lugemus, ea conſummationem totius vocat opifex: quia totum reſpicit, cujus cauſa neceſſe eſt corrumpi partes. Peſte Athenienſes affliguntur, motu terræ Lacedæmonii, inundantur Theſſali, Ætna accenditur. At verò quando Athenienſibus immortalitatem promiſit Jupiter? (Nam ſi peſtis deſinat, nonne in Siciliam Alcibiades vehere poteſt populum?) Quando Lacedæmoniis terram à motu immunem, aut ab inundatione Theſſalis, aut Siculis ab igne? Sunt hæc quaſi partes corporum & membra. Eas autem affectiones corruptionem tu vocas, quia ea quæ intereunt reſpicis: ego conſervationem, qui ea quæ ſuccedent iis & ſequentur. Vides mutationem corporum novaſque generationes: quæ nihil ſunt aliud, quàm quædam, ut Heraclitus dicebat, ſurſum deorſumque currens ſemita: ut alius alterius vivat vitam, alius alterius vita moriatur. Ex interitu terræ, ignis oritur: ex ignis interitu oritur aër. Ex aëris interitu, aqua oritur: ex aquæ interitu oritur terra. Vides ſucceſſiones vitarum, vides commutationem corporum: quæ mutationem toti inducunt & univerſo. Jam ad alterum malorum principium innatum nobis veniamus: quod animæ licentia tanquam mater concipit, & conſummat: cui improbitati nomen eſt. Hanc qui aſſumit, culpam ſibi aſcribat, Deum extra noxiam relinquat. Cùm enim terram creari neceſſe eſſet, quæ & fruges daret, & animantes, pluraque educaret alia, eamque oporteret ipſa intra ſe

*diluvio, quod in Theſſaliâ, regnante Deucalione, contigit, & de Ætnæ incendiis non opus eſt ut moneam.* [23] MS. *recte habet* ἀπιόντων. [24] *Noſtrum illuſtrant* Diogenis Laërtii *verba vit. Heracl. lib. IX. p.* 239. *Heraclitus dixit* τὴν μεταβολὴν ὁδὸν ἄνω κάτω· τόν τε κόσμον γίνεσθαι κατὰ ταύτην· πυκνούμενον γὰρ τὸ πῦρ ἐξυγραίνεσθαι, συνιστάμενόν τε γίνεσθαι ὕδωρ· πηγνύμενον δὲ τὸ ὕδωρ εἰς γῆν τρέπεσθαι, καὶ ταύτην ὁδὸν ἐπὶ τὸ κάτω εἶναι. Πάλιν τε αὖ τὴν γῆν χεῖσθαι, ἐξ ἧς τὸ ὕδωρ γίνεσθαι· ἐκ δὲ τούτου τὰ λοιπά, σχεδὸν πάντα ἐπὶ τὴν ἀναθυμίασιν ἀνάγων τὴν ἀπὸ τῆς θαλάττης. Αὕτη δέ ἐστιν ἡ ἐπὶ τὸ ἄνω ὁδός. * Τὸν ἐκείνων θάνατον *legit* Th. Gatakerus *in* Antonin. *lib. IV.* § 46. *cujus erudita animadverſio huic loco, ſi cuiquam obſcurus eſſe videatur, lucem fænerabit.*

να, ἐξεληλαμένα τοῦ οὐρανοῦ, εἰς τὸν δεύτερον τόπον ἐμίγνυ θεὸς δὲ * πολλὰς καὶ παντοδαπὰς ζώων κληρουχίας, δίχα αὐτῶν τὴν πρώτην φύσιν διελόμενος, τὴν μὲν εἶναι παντοδαπὴν ἐν τοῖς βίοις καὶ ποικίλην τοῖς σώμασιν, ἄλογον, ἄφρονα, [25] ἀλληλοφθόρον, ἀνόητον, θεοῦ ἀρετῆς ἄμοιρον, ὑπ' αἰσθήσεως ἐφημέρου βοσκομένην καὶ δημαγωγουμένην, ἰσχυρὸν μὲν τῷ σώματι, ἀμήχανον δὲ τῷ λογισμῷ, τὴν δὲ ἑτέραν αὖ τὴν ἀνθρωπίνην ἔμπαλιν ὁμογενῆ καὶ ξυνώνυμον, καὶ μίαν, ἀσθενῆ μὲν τῷ σώματι, ἄρρηκτον δὲ τῷ λόγῳ, συνετὴν θεοῦ, πολιτείας μέτοχον, κοινωνίας ἐραστὴν, δίκης καὶ νόμου καὶ φιλίας ἠγαμένην· ἔδει δὲ ἄρα τὸ γένος τοῦτο κρεῖττον μὲν εἶναι τῆς ἐν γῇ πάσης ἀγέλης, ἔλαττον δὲ, οἶμαι, θεοῦ· τὴν δὲ ἐλάττωσιν αὐτοῦ οὐδὲ θάνατος ἄρα παρέξεσθαι ἔμελλεν· ὃν γὰρ καλοῦσιν οἱ πολλοὶ θάνατον, αὐτὸ τοῦτο ἦν ἀθανασίας ἀρχὴ, καὶ γένεσις μέλλοντος βίου, τῶν μὲν σωμάτων [26] τῷ αὐτῶν νόμῳ καὶ χρόνῳ φθειρομένων, τῆς δὲ ψυχῆς ἐπὶ τὸν αὐτῆς τόπον καὶ βίον ἀνακαλουμένης· τοῦτον δὲ τῆς ἀνθρωπίνης ἐνδείας πρὸς τὸ θεῖον ἐξεῦρε θεὸς τρόπον, ἐπιθεὶς τὴν ψυχὴν γηΐνῳ σώματι, ὡς ἡνίοχον ἅρματι, καὶ παραδοὺς τὰς ἡνίας τῷ ἡνιόχῳ, ἀφῆκε θεῖν· ἔχουσαν μὲν παρ' αὐτοῦ ῥώμην τέχνης, ἔχουσαν δὲ καὶ ἀτεχνίας ἐξουσίαν· ἡ δὲ, ἐπειδὰν ἐπιβῇ ἁρμάτων καὶ λάβηται μὲν ἡνιῶν, ἡ μὲν εὐδαίμων καὶ μακαρία ψυχὴ, καὶ μεμνημένη τοῦ ἐπὶ τὸ ὄχημα ταύτην ἐμβιβασαμένου θεοῦ καὶ ἡνιοχεῖν προστάξαντος, ἔχεται τῶν ἡνιῶν, καὶ ἄρχει τοῦ ἅρματος, καὶ κολάζει τὰς τῶν [27] ἵππων ὁρμάς· οἱ δὲ εἰσὶν ἀτέχνως παντοδαποὶ, ἄλλος ἀλλαχοῦ θεῖν διωρμημένοι, ὁ μὲν αὐτῶν, ἀκόλαστος καὶ ἀδηφάγος καὶ ὑβριστὴς, ὁ δὲ, θυμώδης καὶ ἰτηπηδὸς καὶ ἔμπληκτος, ὁ δὲ, νωθὴς καὶ ἐκλελυμένος, ὁ δὲ, ἀνελεύθερος καὶ σμικρόφρων καὶ ταπεινός. Οὕτως ἅρμα ἐστασιασμένον, ταράττει τὸν ἡνίοχον· κᾆτα κἂν μὴ κρατήσῃ αὐτοῦ, κατὰ τὴν τοῦ δυναστεύοντος ἵππου ῥύμην ἄξων φέρεται, νῦν μὲν τῷ ἀκολάστῳ ἵππῳ πᾶν τὸ ἅρμα ξυμφερόμενον αὐτῷ ἡνιόχῳ ἐπὶ ὕβρεις καὶ παροινίας καὶ λαγνείας, καὶ ἄλλας οὔτε εὐσχήμονας οὔτε εἰλικρινεῖς ἡδονάς· νῦν δὲ τῷ θυμικῷ ἐπὶ κακώσεις παντοδαπάς.

---

[20] Συναποσπᾶν. Heinſ. *Et ſanè hanc vocem adhibuit noſter non procul à fine hujuſce Diſſertationis p. 322. Sed cùm haud neceſſum eſt, ut ubique eodem modo loquatur auctor, codicumque lectio eundem fundit ſenſum ac verbum quod repoſuit vir eruditus, nihil mutârim.* [21] *Cave hunc confundas cum celeberrimo illo Athenienſi, qui triginta Tyrannos Athenis expulit, nam ei nihil cum Mileſiis: Is verò, quem memorat Platonicus noſter, erat Mileſiorum Tyrannus, cujus inſigne ſtratagema memoriæ tradidit* Julius Frontinus *lib. III. c. 9.* [22] *Il. Z. v. 46.* [23] *Il. Γ. v. 433. Fati tamen immutabilitas non impedit quò minùs multa à*

δίκην

interitum corruptionem vocas. Cauſam verò novit medicus, nec preces membrorum reſpicit, ſed totum conſervat: hoc enim illi curæ eſt. Quod ſi ſingula curat Deus, ne ſic quidem orandum eſt: id enim tale eſt, ac ſi medicamentum aliquis aut cibum à medico poſcat æger. Nam ſi prodeſt, & non petenti dabit: ſi nocet, ne petenti quidem. Eorum ergo quæ à providentia fiunt, nec petendum nec orandum quicquam eſt. Quid autem quæ à fato? Nempe & hic ridiculæ ſunt preces. Facilius enim regem flexeris quam tyrannum. Tyranno enim ſimile eſt fatum: nec ſuperiorem agnoſcit, nec mutari poteſt. Hoc frænum humano gregi injicit, quo violenter eos trahit, cogitque parere trahenti, ſicut Syracuſios Dionyſius, Athenienſes Piſiſtratus, Corinthios Periander, Thraſibulus Mileſios. In populari enim ſtatu aliquid Suada poteſt, aliquid preces, obſequium, & ſupplicatio: in tyrannide vis regnum obtinet, ut in bello.

*Hunc precor Atridæ conſerva, & præmia poſce.*

Quæ igitur fato perſolvemus præmia, ut neceſſitate ejus nos expediamus & vinculo? Quod aurum, quod obſequium? Quam victimam, quas preces? Cum nec Jupiter ipſe invenerit, quo eam averteret, ſed hoc modo lamentetur?

*Hei mihi quod charum nobis Sarpedona natum,*
*Fata, Menœtiadæ manibus voluere necari.*

Ad quem, quæſo, Deorum preces pro filio fundit Jupiter? Et Thetis exclamat,

*Hei mihi cui natus pariter præſtanſque miſerque.*

Tale eſt fatum, Atropos, Clotho, ac Lacheſis, immutabile, ſemel definitum, cui credita eſt humana vita. Cur ergo, cum inexorabile ſit fatum, quiſquam illi ſupplicet? At neque quæ à fortuna deveniunt precibus petenda ſunt: & multo quidem minus quam reliqua. Nec enim cum principe inſano agendum eſt: ubi nec conſilium, nec judicium, nec temperatus affectus, ſed furor, ſed rationis expers habitus, ſed inſani motus animi, perpeſque libidinum viciſſitudo, ſummæ præſunt rei. Talis eſt fortuna, ſine ratione, inſana, improvida, ſurda, nullis divinationibus obnoxia: ſed quæ Euripi inſtar refluit ac

---

*Poetis fieri dicantur* ὑπὲρ μόρον. *Vid. Il.* Υ. *v.* 30. Φ. *v.* 517. *Hinc ironicè Juno apud* Virgil. *Æn. I. v.* 41.

— Mene incepto deſiſtere victam?
Nec poſſe Italiâ Teucrorum avertere Regem?
Quippe vetor FATIS!

*Ubi* Servius. Reverà, *inquit*, fata me prohibent, ergò Juno ignorat vim fatorum. Sed hoc non poſſumus dicere, quià ſuperiùs lectum eſt: *Si qua fata ſinant.* [24] Τίνι ἀρχῇ. MS. [25] *Il.* Σ. *v.* 54. * *His vocibus reſpicit auctor ad Etymologiam nominum quæ Parcis imponebantur. Cæterùm ſolæ hæ vulgò* Κῆρες *appellantur,* Heſiodus *tamen alias multas* Guieto *videtur procudere. Vid. Scut. Herc. v.* 258.

impelli-

δίκην μεταῤῥέον, περιφερόμενον, 26 καὶ οὐδεμιᾶς ἀρχόμενον κυβερνήτου τέχνης. Τί ἂν οὖν τις εὔξαιτο ἀστάτῳ χρήματι καὶ ἀνοήτῳ καὶ ἀσταθμήτῳ καὶ ἀμίκτῳ; Λοιπὸν δὴ μετὰ τὴν τύχην ἡ τέχνη. Καὶ τίς τέκτων εὔξεται περὶ κάλλους ἀρότρου τὴν τέχνην ἔχων; ἢ τίς ὑφάντης περὶ κάλλους χλανίδος, τὴν τέχνην ἔχων; ἢ τίς χαλκεὺς περὶ κάλλους ἀσπίδος τὴν τέχνην ἔχων; ἢ τίς ἀριστεὺς περὶ εὐτολμίας, 27 τὴν τέχνην ἔχων; ἢ τίς ἀγαθὸς περὶ εὐδαιμονίας τὴν ἀρετὴν ἔχων; Τί τοίνυν ἐστὶν ὑπὲρ ὅτου κἂν εὔξαιτο ἄν τις τοῖς θεοῖς, ὃ μὴ προνοίας ἔχοιτο, ἢ εἱμαρμένης, ἢ τέχνης, ἢ τύχης; Χρήματα αἰτεῖς; μὴ ἐνόχλει θεοῖς· οὐδὲν αἰτεῖς τῶν καλῶν· μὴ ἐνόχλει τῇ εἱμαρμένῃ· οὐδὲν αἰτεῖς τῶν ἀναγκαίων· μὴ ἐνόχλει τῇ τύχῃ· οὐ γὰρ τοῖς δεομένοις δίδωσι· μὴ ἐνόχλει τῇ τέχνῃ· ἀκούεις γὰρ Μενάνδρου λέγοντος,

Οὐ πάνυ τι γηροβοσκοῦσιν αἱ τέχναι καλῶς,
28 Ἐὰν μὴ λάβωσι προστάτην φιλάργυρον.

Οὐκ ἔχει δὲ ὧδε; χρηστὸς εἶ; μετάθου τὸν τρόπον, * τεῦξαιο μοχθηρίας, ἐπιτήδευσον τὸ πρᾶγμα, καὶ πλοῦτον λάμβανε, πορνοβοσκῶν, ἢ καπηλεύων, ἢ ληϊζόμενος, ἢ πανουργῶν, ἢ ψευδομαρτυρῶν, ἢ συκοφαντῶν, ἢ δωροδοκῶν. Νίκην αἰτεῖς, ἣν δύνασαι λαβεῖν, ἐν πολέμῳ μὲν, παρὰ μισθοφόρου, ἐν δικαστηρίῳ δὲ, παρὰ συκοφάντου. Ἐμπορίαν αἰτεῖς, ἣν δίδωσι ναῦς καὶ θάλαττα καὶ πνευμάτων φορά; ἀγορὰ πρόκειται, ὤνιον τὸ χρῆμα. 29 Τί τὸ θεοῖς ἐνοχλοῦν; μηδὲν τῶν παρὰ τὴν ἀξίαν φοβηθῇς, 30 καὶ πλουτήσεις· κἂν Ἱππόνικος ᾖς, νικήσεις· κἂν Κλέων ᾖς, αἱρήσεις· κἂν Μέλιτος ᾖς· ἐὰν δὲ εἰς τὰς πρὸς τοὺς θεοὺς παρέλθῃς εὐχὰς, εἰς δικαστήριον παρελήλυθας ἀκριβὲς καὶ ἀπαραίτητον· οὐδεὶς ἀνέξεται θεὸς εὐχομένου τὰ μὴ εὐκτὰ, οὐδὲ δώσει τὰ μή σοι δοτά. Ἐξεταστὴς καὶ λογιστὴς ἐφέστηκε ταῖς ἑκάστου εὐχαῖς πικρὸς, εὐθύνων τῷ τοῦ συμφέροντος μέτρῳ τὰ σὰ οὐδὲ αὐτὸς μεταχειριεῖ ἀναβιβασάμενος ὥσπερ εἰς δικαστήριον τὰς ὀρέξεις τὰς σὰς, ἐλεεινὰ φθεγγομένας, οἰκτεῖραι βοώσας, * πολλὴν τὴν κόνιν καταχεομένας τῆς κεφαλῆς· εἰ δὲ οὕτω τύχοι, καὶ ὀνειδιζούσας τῷ θεῷ.

31 Εἴ ποτέ τοι χαρίεντ᾽ ἐπὶ νηὸν ἔρεψα.

Ἀλλ᾽ ὁ θεὸς λέγει, εἰ ἀγαθὰ ἐπ᾽ ἀγαθῷ αἰτεῖς, λάμβανε, εἰ ἄξιος ὧν αἰτεῖς· ταῦτα 32 αὐχοῦντί σοι, οὐδὲν εὐχῆς δεῖ· λήψῃ καὶ σιωπῶν. Ἀλλὰ Σωκράτης εἰς Πειραιᾶ κατῄει προσευξόμενος τῇ θεῷ, καὶ τοὺς ἄλλους προὐτρέπετο, καὶ ἦν ὁ βίος

26 Ὑπ᾽ οὐδεμιᾶς. H. St. 27 Τὴν ἀνδρείαν. MS. 28 *Ut versus constet, legendum* Ἢν μὴ λάβωσι *&c.* * *MS. habet* τεύξαιο μοχθηρίας. 29 *Scribe cum Codice manu exarato,* τί τοῖς θεοῖς ἐνοχλεῖς; 30 *Heins. distinguit hoc modo:* Μηδὲν τῶν παρὰ τὴν ἀξίαν φοβηθῇς· καὶ πλουτήσεις

Σωκρά-

impellitur: nec ulla gubernatoris arte dirigitur. Cur igitur aliquis inſtabili, inſanæ, inæquali, proculque à congreſſu hominum remotæ rei, preces commendet ſuas? Poſt fortunam ſola ars reſtat. Quis autem faber pulchrum aratrum a Diis petat, artem cum habeat? Quis textor amiculum pulchrum, artem cum habeat? Quis faber ferrarius pulchrum clypeum, artem cum habeat? Quis homo fortis animi præſentiam, artem cum habeat? Quis bonus felicitatem, artem cum habeat? Quid ergo quod nec ad providentiam, nec ad fatum, nec ad artem ſpectat, nec ad fortunam, petendum à Diis relinquitur? Opes petis? Noli Deos obtundere; nihil boni petis: noli fatum obtundere; nihil neceſſarii petis: noli fortunam obtundere; nec enim ſubvenit egentibus: noli artem obtundere; Menandrum namque dicentem audis:

*Videbis artes haud diu ſeneſcere,*
*Niſi magiſtro ſint avaro ſubditæ.*

An non ita res ſe habet? Vir bonus es? Mores tuos muta, fraudes ſtrue, improbitatem cole, ea res curæ ſit tibi, lucri cauſa leno eſto aut caupo, prædo aut veterator, perfidus aut ſycophanta, precio æquum bonumque perverte. Victoriam petis? Hanc in bello à ſtipendiario milite, in judicio impetrabis à ſycophanta. In mercatura petis aliquid? Hoc navis & mare ventorumque tibi perficient flamina. Fortuna præterea patet, venale eſt quod petis. Quid Deos obtundis? Honeſtati renuncia: diteſces. Sive Hipponicus ſis, ſuperior evades: ſive Cleo aut Melitus, obtinebis. Quod ſi ad orandum acceſſeris Deum, judicium intras ſeverum & inexorabile. Nec enim peti, quæ petenda non ſunt, ullus ferat Deus, nec quæ danda non ſunt, daturus eſt. Inquirit atque examinat ſingulorum preces auſtere: & ad utilitatis normam dirigit tua. Nec aditum præbet, ut vulgo fit in judiciis, cupiditatibus hominum, quamvis lamententur, quamvis miſericordiam implorent, quamvis multum pulveris capiti inſpergant: & quod interdum fieri ſolet, Deo exprobrent,

-------- *Si quando tua circum limina cinxi*

Dicit enim Deus, ſi bona bono ſine petis, bonus ipſe, accipe, ſiquidem es dignus. Hæc ſi petas, nihil precibus opus eſt: etiam tacendo accipies. Atqui dices, in Piræum ibat Socrates, ut preces ſuas Deæ offerret, aliosque idem ut facerent,

---

κἂν Ἱππόνικος ᾖς· νικήσεις, κἂν Κλέων ᾖς· αἱρήσεις, κἂν Μέλιτος ᾖς. * *Orientalibus populis mos erat mærorem ſuum ità teſtari, ut ex* S. S. *notum. Vid.* H. Grotium *ad Apoc. XVIII.* 19. *Quinetiam idem Græcis uſu venit. Hinc de Oeneo Calydonis Rege apud* Ovid. *Metam. lib. VIII. v.* 528.

PULVERE CANITIEM genitor vultuſque ſeniles
Fædat humi fuſus, ſpatioſumque increpat ævum.

[11] *Il.* A. *v.* 39. [12] MS. ἰχέτην. *Malè. Certa autem eſt* D. Heinſii *conjectura, qui legit,* ἀφέτην.

Σωκράτους μεστὸς εὐχῆς· καὶ γὰρ Πυθαγόρας ηὔξατο, καὶ Πλάτων, καὶ ὅστις ἄλλος θεοῖς προσήγορος. Ἀλλὰ σὺ μὲν ἡγῇ τὴν τοῦ φιλοσόφου εὐχὴν, αἴτησιν εἶναι τῶν οὐ παρόντων, ἐγὼ δὲ ὁμιλίαν καὶ διάλεκτον πρὸς τοὺς θεοὺς περὶ τῶν παρόντων, καὶ ἐπίδειξιν τῆς ἀρετῆς. Ἦ οἴει, τοῦτο εὔχετο ὁ Σωκράτης, ὅπως αὐτῷ χρήματα γένοιτο, ἢ ὅπως ἄρξῃ Ἀθηναίων; πολλοῦ γε καὶ δεῖ· ἀλλ' εὔχετο μὲν τοῖς θεοῖς, ἐλάμβανε δὲ παρ' ἑαυτοῦ, συνεπινευόντων ἐκείνων, ἀρετὴν ψυχῆς, καὶ ἡσυχίαν βίου, καὶ ζωὴν ἄμεμπτον, καὶ εὔελπιν θάνατον, τὰ θαυμαστὰ δῶρα, [33] τοῖς θεοῖς δοτά· ἐὰν δέ τις παρὰ μὲν τῆς γῆς εὔπλοιαν αἰτῇ, παρὰ δὲ τῆς θαλάττης εὐκαρπίαν· καὶ παρὰ μὲν ὑφάντου ἄροτρον, παρὰ δὲ τέκτονος χλανίδα· ἄπεισιν ἀτελὴς καὶ ἄδωρος καὶ ἄτακτος. Ὦ Ζεῦ καὶ Ἀθηνᾶ καὶ Ἄπολλον, ἐθῶν ἀνθρωπίνων ἐπίσκοποι, φιλοσόφων ὑμῖν μαθητῶν δεῖ, οἳ τὴν ὑμετέραν τέχνην ἐρρωμέναις ψυχαῖς ὑποδεξάμενοι, [34] ἄμεμπτον βίον καλὸν καὶ εὐδαίμονα ἐκκαρπώσονται· ἀλλ' ἔστι σπάνιον μὲν τὸ τῆς γεωργίας ταύτης χρῆμα, μόλις δὲ καὶ ὀψὲ παραγινόμενον, ἄλλοτε ἐν ἄλλοις σώμασι φανταζόμενον. Δεῖ γε μὴν τοῦ σπανίου τούτου καὶ ὀλίγου ἐναύσματος τῷ βίῳ ὡς ἐν νυκτὶ πολλῇ δεῖ φωτὸς ὀλίγου· τὸ γὰρ καλὸν ἐν ἀνθρωπίνῃ φύσει, οὐ πολύ· φιλεῖ γε μὴν πρὸς τοῦ ὀλίγου τούτου σώζεσθαι τὰ πάντα· ἂν δ' ἐξέλῃς τοῦ βίου φιλοσοφίαν, ἐξεῖλες αὐτοῦ τὸ ζώπυρον, τὸ ἔμπνουν, τὸ ζωτικὸν, *τὸ μόνον εὔχεσθαι ἐπιστάμενον· [35] ὡς ψυχὴν σώματος ἐὰν ἀφέλῃς, τὴν γῆν ἐξέτεμες· [36] ὡς ἥλιον ἡμέρας, τὴν ἡμέραν ἔσβεσας.

---

*[33] Codex Regius exhibet* τὰ θεοῖς δοτά. *[34] Vitium eſt manifeſtum. Cum* Heinſ. *lege* ἄμεμπτον βίου. ** Quià, ſecundùm* Platonem *priuſquam Deos adeamus, ſciendum eſt quid ſit bonum, nè ſpecie decepti malum petamus. Hæc verò cognitio ſoli ſapienti competit, quem idcircò definit* τὸν

Περὶ

monuit: nec aliud eſt Socratis vita, quam preces perpetuæ. Etiam Pythagoras precatus eſt, ac Plato, & quiſquis alius lubenter ſalutaret Deos. At tu, Hercules, preces philoſophi votum eorum, quæ non habet, eſſe exiſtimas: ego nihil aliud quam orationem eſſe puto, quam colloquium cum Diis de bonis præſentibus, teſtimoniumque virtutis. Niſi fortè divitias aut Athenienſium magiſtratum, petiiſſe exiſtimas Socratem. Ne Dî ſirint. Ille virtutem animi, tranquillitatem vitæ, mores inculpatos, plenam fiducia mortem, bona præclara, & quæ libenter donare Dii ſolent, ab illis petebat, quæ deinde à ſemet, illis concedentibus, ſumebat ipſe. Quod ſi quis à terra navigationem petat proſperam, à mari fructus uberes, à textore aratrum, penulam a fabro, inanis, indonatuſque abibit, repulſam feret. O Jupiter, Minerva, & Apollo, morum inſpectores humanorum, non alios profecto quam philoſophos habere vos diſcipulos decebat, qui artem veſtram magno exciperent animo, ac pulcherrimam plenæque felicitatis meſſem colligerent. At rariſſima eſt hæc agriculturæ ratio: vix unquam nec niſi ſero fructus ejus proveniunt, nec eodem modo. Raro tamen hoc & exiguo in humana vita opus eſt fomite, ſicut in multa nocte tenui luce. Exiguum eſt enim in natura humana quod pulchrum eſt: & tamen ab exiguo hoc conſervantur omnia. Quod ſi è vita tollis philoſophiam, fomitem ejus vivum tollis ac ſpirantem: tollis id quod ſolum precari novit. Sicut corpori animam ſi demas, vitam abſtuliſti, ſicut diei ſi ſolem, diem abſtuliſti.

---

εἰδέναι ἃ δεῖ πράττειν καὶ λέγειν καὶ πρὸς θεοὺς καὶ πρὸς ἀνθρώπους. *Vid. Alcib. II. p. 43. D.* [35] *Hic lacuna erat relinquenda, quam ita ex Manuſcripto exple.* Ὡς ψυχὴν σώματος ἐὰν ἀφέλῃς, ἔπηξας τὸ σῶμα, ὡς καρποὺς γῆς ἐὰν ἀφέλῃς, τὴν γῆν ἐξέτεμας. [36] Ὡς ἥλιον ἀέρος. Cancerus.

## Περὶ ἡδονῆς, ὅτι εἰ καὶ ἀγαθὸν, ἀλλ' οὐ βέβαιον.

### ΛΟΓΟΣ ΛΑʹ.

[1] Χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι, κατὰ παλαιὸν [2] ᾆσμα. [3] Πότερα καὶ ἵππῳ χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι τὴν ἵππου ἀρετὴν, καὶ κυνὶ τὴν κυνός; ἢ ἵππῳ μὲν καὶ κυνὶ οὐ χαλεπὸν τὸ οἰκεῖον ἀγαθὸν, ἀλλὰ ῥᾳστώνη τούτων ἑκάστῳ τῆς αὐτῶν ἀρετῆς· εἰ δὲ μὴ ἵππος ὑπὸ τέχνης πωλοδαμνηθείη καλῶς, ὁ δὲ κύων ἐν θήρᾳ σκυλακευθείη δεξιῶς· τῷ δὲ ἀνθρώπῳ μόνῳ δυσθήρατον τὸ ἀγαθὸν καὶ δυσληπτὸν καὶ ἀμφισβητήσιμον, καὶ οὐδεμία πω ἐξεύρηται τέχνη ὑφ' ἧς παιδευθείη τοῦτο τὸ γένος; [4] οὐ γὰρ ἔξω τοῖς σοφισταῖς πρόφασις λόγων καὶ διαγωνίας καὶ διδασκαλίας, οὐδὲ ἀφαιρήσει αὐτοὺς τὴν ἐλπίδα τοῦ τέλους, οὐδὲ στερήσεται τὴν σωτηρίαν διὰ τὸ ἀστάθμητον τῶν λόγων, ἀποτεθηγμένος ταῖς προσδοκίαις, οὐδ' ἀμελήσει τοῦ μανθάνειν, οὐδὲ πείσεται ὅπερ τῶν πλεόντων οἱ δυσάντιδες, καὶ θαλάττῃ πρῶτον ἐντετυχηκότες· οὓς ἐὰν καὶ σμικρὸς ὑπολάβῃ κλύδων, ἐκπλαγέντες [5] τῇ ἀληθείᾳ, καὶ καταλιπόντες τὴν ναῦν καὶ ἀμελήσαντες τῆς σωζούσης τέχνης, παρέδωκαν ἑαυτοὺς τῷ κύματι, καὶ [6] προσαναλώθησαν τῆς νεώς. Τοιοῦτόν τι γάρ μοι δοκοῦσι δρᾷν καὶ ὅσοι φιλοσοφίας ἐπιλαμβανόμενοι, ἐμπεσόντες αὐτῆς ταῖς πολυφωνίαις, οὐχ ὑπομένουσι τὸν τῆς ψυχῆς σάλον, ἀλλ' ἀπεγνώκασι τοῦ λόγου ὡς στησομένου ποτὲ, καὶ καθορμιοῦντος αὐτοὺς εἰς ἑδραίους λιμένας. Ἢ ἀγνοεῖς, ὅτι ἀνθρώπων δόξαι καὶ παθήματα καὶ τούτων [7] ἀτιμίαι καὶ γενέσεις, καὶ ἐπανορθώσεις, καὶ σωτηρίαι, ὑπὲρ ὧν οἱ φιλόσοφοι ὁσημέραι πραγματεύονται καὶ λέγουσι, χρῆμα οὐ στενὸν, οὐδὲ ἁπλοῦν, οὐδὲ ἐοικὸς τοῖς εὐθυπόροις τῶν ποταμῶν, οἷς ἔξεστι παραδόντα τὴν ναῦν, ἀφεῖναι τῷ ῥεύματι καὶ κατάγειν αὐτὴν ὡμολογημένας ὁδούς; ἀλλ' ἔστι γὰρ κἀνταῦθα πέλαγος πλατὺ καὶ μέγα, παντὸς Σικελικοῦ καὶ Αἰγυπτίου πολυπλανέστερον· ἡ δὲ τέχνη οἶδε τὴν ὁδὸν, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀφορᾷ, καὶ τοὺς λιμένας γνωρίζει· πέπονθε δὲ αὐτὸ ἐκεῖνο ὅπερ καὶ τῶν κυβερνητῶν οἱ πολλοί· ἐφίενται μὲν γὰρ ἕκαστος τοῦ εἰδέναι, ἀπολείπονται δὲ οἱ πολλοὶ τοῦ ὀρθῶς εἰδέναι· καὶ τῶν μὲν λιμένων ἀστοχοῦ-

[1] *Pittaci erat dictum.* Εἶπέ τε (Πιττακὸς) χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι· οὗ καὶ Σιμωνίδης μέμνηται, λέγων "Ἄνδρα ἀγαθὸν ἀληθέως γενέσθαι χαλεπὸν, τὸ Πιττάκειον. Μέμνηται αὐτοῦ καὶ Πλάτων ἐν Πρωταγόρᾳ. Diog. Laërt. lib. I. p. 19. *At ſi ipſum Platonis dialogum inſpexiſſet,* σφάλμα μνημονικὸν *vitâſſet, ut obſervavit* Iſ. Caſaubonus; *Ità enim hæc refert, quaſi Pittaci eſſet ſententia,* ἄνδρα ἀγαθὸν γενέσθαι χαλεπὸν, *quæ reverà fuit Simonidis, qui Pittacum reprehenderat, quòd dixiſſet* χαλεπὸν ἄνδρα ἔμ-

σιν,

# *Voluptatem etſi bonum non tamen eſſe ſtabile.*

## DISSERT. XXXI.

Difficile eſt bonum eſſe, ut in veteri carmine eſt. Scire velim utrum equo difficile ſit virtute equi, & cani virtute ſua excellere, an verò proprium illi bonum ſine difficultate conſequantur, ſinguliſque virtutis ſuæ facilis ſit poſſeſſio: ſiquidem ab arte equus tener adhuc, ut oportet, dometur, & à teneris venationi aſſueſcat canis. Solus verò homo ad inveſtigationem boni ſui non niſi ægrè pervenit, nec facilè aſſequitur, nec facile diſcernit: nullaque adhuc inventa ars eſt qua commodè & perfectè inſtituatur hoc genus. Nulla enim unquam ſophiſtis differendi deerit, aut diſputandi, aut docendi occaſio. Nemo ſibi ſpem conſequendi finis præcidet ſui, nemo rationum ambiguitate deterritus, ſalutem abjiciet ſuam, ſed potius ipſa expectatione ſeſe acuens, novus ſemper integerque accedet, nec proficere unquam dubitabit. Non ut nauſeabundi ſolent, cum primum ingrediuntur mare: quos ſi minima excipiat tempeſtas, inuſitatæ rei ſpecie deterriti, navem relinquunt, artis præſidium negligunt, in fluctus deſiliunt, priuſque, quam navis ipſa, pereunt. Non aliud mihi agere videntur philoſophiæ ſtudioſi, qui ſimul ac diverſitatem, quæ in ea eſt plurima, opinionum inſpexerunt, non ferunt hanc animæ vertiginem, nec futurum unquam confidunt, ut in portum eos quietum deducat ipſa ratio. An opiniones affectioneſque mortalium, cauſaſque earum, initia, remedia, & ſalutem, de quibus quotidie inter ſe velitantur differuntque philoſophi, rem eſſe ignoras non parvam neque ſimplicem, non directam aut expeditam, quales nonnulli ſunt fluvii, quibus ſi navem committas, ipſo cum fluxu quo volueris abibit? Sed & hic mare latum vaſtumque eſt omni Siculo Ægyptioque intricatius. Ars verò viam tenet, cœlum intuetur, portus agnoſcit. Accidit autem & his quod gubernatoribus pleriſque, ut ſcire velint

μμεναι ἀγαθόν. *Cenſebat videlicet Simonides, bonum virum non ſine difficultate fieri; ſed cum jam factus eſt, ita manere, ſecundùm Poetam, res eſt facilis. Vid.* Platon. *Protag. p.* 205. *B.* [2] *Hoc eſt*, ſecundum vetus dictum: *Philoſophorum enim ſententiæ* ᾄσματα *ſunt vocatæ, licet numeris non aſtringerentur, ut rectè notavit* D. Heinſius *Introd. in* Heſiod. *Op. & dies c. VI.* [3] Πότερα δὲ καὶ ἵππων Excerp. Arcer. [4] *Aliquid hic deeſſe animadvertit* Heinſ. *qui ſequentem locum ità ſcribit & diſtinguit.* Οὐ γὰρ λήξει στερεῆς περιόδοις λόγων καὶ διχονοίας καὶ ἱερός· καὶ οὐδεὶς ἀφαιρήσει αὐτοῦ τὴν ἐλπίδα τοῦ τέλους. [5] Ἀθεια. H. St. [6] *Manifeſtò legendum eſt,* περιπαλαίονται, *quemadmodum emendavit* D. Heinſ. [7] *Scrib.* αἰτίαι, *ſicut habuêrunt excerpta* Arceriana *&* *Codex* Paccii.

σιν; * ἐκφέρονται δ' οἱ μὲν ἐπὶ ῥαχίας δυσχερεῖς, οἱ δ' ἐπ' ἠϊόνας μαλθακάς, οἱ δὲ ἐπὶ τὰς Σειρῆνας, οἱ δὲ ἐπὶ τοὺς Λωτοφάγους, καὶ ἄλλους ἄνδρας ἢ διὰ μοχθηρίαν ἀξένους, ἢ δι' ἀμαθίαν ἀθέους, ἢ ὑφ' ἡδονῆς διεφθαρμένους· εἰ δέ πού τις ἐστιν ἀγαθὸς καὶ εὔστοχος κυβερνήτης, εὐθὺ τῶν λιμένων χωρεῖ τῶν ἀσφαλεστάτων,

8 ———Ἔνθ' οὐ χρεὼ πείσματός ἐστιν,
Οὔτ' εὐνὰς βαλέειν, οὔτε πρυμνήσι' ἀνάψαι.

Τίς οὖν ἐστιν ὁ κυβερνήτης οὗτος; καὶ τίνι φέροντες ἑαυτοὺς ἐπιτρέψωμεν; μήπω με τοῦτο, ὦ τᾶν, ἔρῃ, πρὶν ἂν τοὺς ἄλλους ἴδῃς καὶ ἐξετάσῃς καὶ πρῶτόν γε αὐτῶν 9 τὸν ἁβρὸν τοῦτον καὶ ἥδιστον κυβερνήτην ἡδίστης τῆς νεὼς οὔσης ἐκ γῆς ἰδεῖν, ἐν δὲ τῷ πλῷ ἀχρειοτάτης καὶ πονηρᾶς ἀεὶ καὶ δυσέργου ταῖς ὑπηρεσίαις, καὶ ἐκτεθρυμμένης τὰ ὄργανα, καὶ πρὸς τὰς τῶν χειμῶνος ἐμβολὰς ἀσθενεστάτης καὶ ἐνδοσίμου. Ἐπεὶ δὲ ὁ λόγος οὐκ οἶδ' ὅπως εἰκόνος θαλαττίας ἐπελάβετο, μὴ ἀφῶμεν τοῦτον ἀπελθεῖν ἡμῖν, πρὶν ἐξεργάσηται σαφῶς τὴν γραφήν, εἰκάζων τὴν Ἐπικούρου φιλοσοφίαν βασιλικῇ ὁλκάδι Αἰήτου βασιλέως. Λέγω δὲ οὐ μῦθον πλάττων, ἀλλὰ οὐ πολὺς χρόνος 10 ὅτε ἐξ Αἰγύπτου ἐς Τροίαν ἔπλει βασιλεὺς τῶν ὑπὲρ Φοινίκης βαρβάρων ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν, οἳ οὐκ ἴσασι θάλατταν, οὐδὲ ἀλέγουσι τοῦ Αἰγιόχου Διός, οὐδὲ θεῶν μακάρων· παρεσκευάσατο δὴ μέλλων πλεῖν ὁ ἄθεος οὗτος καὶ ἀθάλαττος βασιλεὺς μεγάλην καὶ εὐρύχωρον ναῦν, ἵνα αὐτῷ πᾶσαι αἱ ἡδοναὶ συμπλέωσι· 11 τὸ μὲν γὰρ αὐτῆς βασίλεια ἦν οἷα κάλλιστα, παστάδες, καὶ εὐναί, καὶ δρόμοι·

12 Ἔκτοσθεν δ' αὐλῆς μέγας ὄρχατος ἄγχι θυράων
Τετραμμένος·

καὶ δένδρα ἐμπεφύκεσαν, ῥοιαί, καὶ ὄγχναι, καὶ μηλέαι, καὶ ἄμπελοι· τὸ δ' αὐτῆς, λουτρὸν ἦν, καὶ γυμνάσιον· τὸ δέ, ὀψοποιοῖς χώρα· τὸ δέ, θάλαμοι παλλακίσι· τὸ δέ, συμπόσιον· τὸ δέ, ἄλλο τι μέρος τρυφώσης πόλεως· περιεβέβλητο δὲ ἡ ναῦς πολλὰς μὲν χρόας ἡδίστας ἰδεῖν, πολλῷ δὲ χρυσὸν καὶ ἄργυρον· καὶ διέφερεν οὐδὲν ἀνδρὸς δειλοῦ

* *Contrà Ulyſſes*, ſapientiâ comite, Scyllam præternavigavit, nec ereptus eſt: Charybdi conſeptus eſt, nec retentus eſt: ——— ad Lotophagos acceſſit, nec remanſit: Sirenes audivit nec acceſſit. *Verba ſunt* Apuleii *de Deo Socr.* p. 55. 8 *In* Homeri *exemplaribus legitur*, ἔν' οὐ χρειώ. *Vid. Odyſſ. I. v.* 136. 9 *Epicurum intelligit, qui cum Cyrenaicis voluptatem ſummum eſſe bonum ſtatuit.* Τῶν γὰρ ἀπὸ τῆς ἡδονῆς ἀρχομένων, τούς τε Κυρηναϊκοὺς εἶναι καὶ τὸν Ἐπίκουρον. Τούτους γὰρ τέλος εἶναι λέγειν διαρρήδην τὸ ἡδέως ζῆν· τέλειον δὲ ἀγαθὸν μόνον τὴν ἡδονήν. Clem. Alexand. *Strom. lib. II p.* 303. *D.* 10 *Quis ſit hic Rex plane neſcio. Sed nec eruditiſſimus* Dodwellus *ſibi hâc in re ſatisfecit.* Maximus Tyrius, *inquit*, ſi verum id quod de eo habet Suidas, διέτριψεν ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Κομμόδου. Sed mirum quis fuerit Barbarus ille Rex τῶν ὑπὲρ Φοινίκης βαρβάρων, qui nec

omnes, rectè autem ſciant pauci. Ergo a portu aberrant, aliique in cautes aſperas, alii in cœnoſa littora, alii in Sirenum ſcopulos, alii in Lotophagorum terram, ſimileſque deferuntur homines, quos vel inhoſpitales improbitas, vel Deorum ignaros fecit imperitia, vel corrupit voluptas. Si quis verò bonus peritusque eſt gubernator, recta portum ſubit tranquillum,

*———————ubi vincula naves*
*Nulla tenent, unco non alligat anchora morſu.*

Quis verò hic gubernator eſt, aut cui nos committemus potiſſimùm? Noli id ex me quærere, priuſquam & alios inſpicias examineſque, mi homo. Ante omnia autem fac prodeat delicioſus ille voluptatique deditus, huic navem demus, quæ è terra intuentibus appareat jucundiſſima, in mari verò inutilis & ad omnia tarda ſit miniſteria ac inepta; armamentis præterea privata omnibus, ut irruenti facile tempeſtati cedat, nudumque undæ præbeat latus. Quandoquidem autem ſimilitudinem à mari deſumptam ſua ſponte nobis ſuppeditavit ipſa oratio, ne dimittamus hanc, priuſquam totum quod volumus, nobis depinxerit. Ac primum Epicuri philoſophiam cum prætoriâ Æetæ regis nave nobis conferat. Nec fabulam referre volo: ſed non ita diu eſt cum rex quidam ex Ægypto Trojam verſus navigaret, homo barbarus, e numero eorum, qui ſupra Phœnices colunt, nec norunt mare nec reverentur Jovem Ægida tenentem nec alios Deos. Hic impius mariſque imperitus rex maximam ſibi latiſſimamque ſtrui navem juſſerat: In qua quaſcunque vellet ſecum voluptates veheret. Et intus quidem regiam ſibi quam pulcherrimam fabricarat, thalamos, lecticas, curricula,

*Extra aulam magnus fuit hortus, limina juxta.*

In eo arbores creſcebant diverſæ, punicæ, pyri, mali, viteſque. Alibi lavacrum ſuum habebat & gymnaſium, alibi locum coquis deſtinatum, alibi meretricum cubilia, alibi triclinium, alibi aliud, in quo non ſecus quam in urbe voluptatibus fracta oblectaret genium. Accedebant & colores qui navem commendarent varii, viſu jucundiſſimi: neque auri deerat aut argenti copia. Denique ſimilis erat homini imbelli, qui arma

Jovis revereretur nomen, nec Divos alios, quem & Atheum appellat, cujus naufragium deſcribit Maximus, dum ab Alexandriâ ad Trojam navigaret. Notæ certè illæ Regem aliquem Judæum deſignare videntur, cùm tamen ultimus Judæorum Rex junior Agrippa, tertio Veſpaſiani mortuus fuerit, centum viz. & quod excurrebat annis ante initium Commodi. Hunc autem Regem, quicunque tandem fuerit, nuper periiſſe innuit ipſe Maximus Ὀυ πολὺς, inquit, χρόνος. *Sic ille Diſſ. VI. in* Irenæum §. 14.
[11] Τὸ μὲν γὰρ ἔνδοθεν αὐτῆς. Heinſ. [12] *Odyſſ.* H. *v.* 112. *At vel Librariis vel noſtro vox* τιτεχμμένος *debetur, nam apud* Poetam *eſt* τετραγύος.

κεκοσμημένη ὅπλοις χρυσοῖς. Ἐθαύμαζον οἷον τὸ θέαμα οἱ Αἰγύπτιοι, καὶ τὸν ἐπιβάτην ἐμακάριζον, καί τις τις ηὔξατο ναύτης γενέσθαι ἡδίστης νεώς· ἐπεὶ δὲ ὥρα ἀναγέσθαι ἦν, ἐξέπλει μὲν ἡ μεγάλη αὕτη ναῦς καὶ πολυτελὴς, καὶ ἀπεσάλευε τῶν λιμένων, καθάπερ νῆσος πλωτή. Ἐξέπλεον δὲ καὶ αἱ ἄλλαι ὁλκάδες αἱ δημοτικαὶ, [13] εὔζωνοι καὶ πρὸς τὴν χρείαν παρεσκευασμέναι. Μέχρι μὲν ἦν πρᾷον τὸ πνεῦμα, ἐνεφόρει τῶν ἡδονῶν ἡ βασιλικὴ ναῦς, καὶ κνίσσης ἦν πάντα μεστά,

[14] Αὐλῶν, συρίγγων τ' ἐνοπῆς, ὁμάδου τ' ἀνθρώπων.

Ἐπεὶ δὲ ἐξ αἰθρίας ἄφνω χειμὼν ἐπετάραξε τὸν αἰθέρα, καὶ πνεῦμα κάτεισι λάβρον σὺν πολλῷ πατάγῳ, ἔγνωσαν τότε τίς μὲν ἡδονῆς χρεία, τίς δὲ τέχνης· αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι ὁλκάδες, ξυνεσταλμέναι τὰ ἱστία, πρὸς τὸν κλύδωνα ἡμιλλῶντο, καὶ τὸ πνεῦμα ἔφερον καὶ [15] τὴν ἐμβολὴν τοῦ κακοῦ ἀπεμάχοντο· ἡ δὲ κακοδαίμων ἐκείνη ναῦς περιεφέρετο καθάπερ ἀνδρὸς σῶμα μέγα καρηβαροῦν καὶ ὑπὸ μέθης σφαλλόμενον· καὶ οὔτε ὁ κυβερνήτης ὅ, τι χρήσαιτο τῇ τέχνῃ, εἶχεν, οὔτε ἁβρὸς ἐκεῖνος ὄχλος, ἀλλ' ἔκειτο ἐκπλαγεὶς καὶ στένων· κατήρειπε δὲ ὁ χειμὼν τὰ θαυμαστὰ ἐκεῖνα πάντα,

[16] Πολλὰ δ' ὄγε προθέλυμνα χαμαὶ βάλε δένδρεα μακρά·

Διελύετο δὲ τὰ βασίλεια, καὶ οἱ θάλαμοι, καὶ τὰ λέχη, καὶ ἐξέπιπτεν εἰς γῆν πόλεως ναυάγια·

[17] Οἱ δὲ κορώνῃσιν ἴκελοι περὶ νῆα μέλαιναν
Κύμασιν ἐπιφορέοντο. Τοῦτο τέλος ἀνοήτου ἐπιβάτου, καὶ ἀχρήστου νεὼς, καὶ ἀκαίρου τρυφῆς. Ἐπανάγωμεν δὲ αὖθις ἐπὶ τὸν λόγον [18] ὡς τὴν εἰκόνα ταύτην παρελάβομεν. Ἔοικε γὰρ ἀμέλει καὶ οὗτος, οὐ πλοῦν βραχὺν οὐδὲ ἡμερῶν ὀλίγων δρόμον ἡμῖν διαγωνιουμένοις, ἀλλὰ τὸν τοῦ ζῆν ξύμπαντα χρόνον νομοθετεῖν ἡδονὰς, οὐδὲν τῶν θαλαττίων ἐκείνων ἀσφαλεστέρας· μήπω γάρ τις ἡμᾶς πειθέτω λόγος ὡς ἐκ ἀγαθὸν ἡδονὴ, ἀλλὰ ἀγωνιζέσθω ἐὰν πεῖσαι δυνηθῇ. Εἰ δὲ μεταβάλλειν μὴ δυνηθῇ, [19] ἀνέξομαι τοῦ λόγου, καὶ ἀμελήσω τῆς ἀρετῆς, ἐὰν μοι δείξῃς ἡδονὴν ἀσφαλῆ καὶ λύπης ἀμιγῆ, ἡδονὴν ἀμεταγνωστον, ἡδονὴν ἐπαινουμένην. Δείξεις δὲ πῶς; οὐ μᾶλλον ἢ λύ-

---

[13] *Metaphora ducta eſt, ab hominibus, qui ſuccincti cùm ſint cuilibet operi perſiciendo magis ſunt idonei.* Hinc Horat. *Satir. lib. II. Satir. VI. v.* 106.

Ergo ubi purpurea porrectum in veſte locavit
Agreſtem, veluti SUCCINCTUS curſitat hoſpes.

*Hanc ob cauſam factum eſt, ut vir iners & mollis* diſcinctus *vocetur;* Perſius *Satir. III. v.* 31.

Non pudet in morem diſcincti vivere Nattæ.

*Proverbio etiam jactatum eſt,* Diſcincta veſtis, diſcinctus animus. [14] *Il. K. v.* 13. [15] *Manifeſtò vitioſa erat lectio, quam exhibuit* Arcerii *Codex, quippe* τὴν ἡδονὴν τοῦ κακοῦ *præferebat. Quam enim, quæſo, voluptatem iis qui jactantur, ſuppeditat tempeſtas? Rectè ergò in* Stracelii *exemplari*

την·

geſtaret aurea. Mirabantur hoc ſpectaculum Ægyptii, felicemque uno omnes ore judicabant dominum, neque deerat qui gubernatoris munus involaret animo, & qui vehi ea vehementer optaret. Cum autem jam ſolvendi tempus eſſet, exire cœpit magna hæc atque opulenta navis, multumque jactata vix egreſſa eſt portum: non aliter quam inſula quæ in aqua natat. Egreſſæ ſunt & naves aliæ vulgares, ſuccinctæ ad navigationem atque expeditæ. Tantiſper ergo dum à ventis eſſet in mari tranquillitas, longè voluptatibus ſuis ſuperior erat navis regia, plenaque omnia nidore erant. Tum

*Tibiaque fremituſque hominum, & ſtridebat arundo.*

Simulac autem è malacia illa ſubita aërem turbavit tempeſtas, multoque ventus in mare fremitu deſcendit, tum demum quis voluptatis eſſet uſus, quis artis cœpit intelligi. Aliæ namque vela legere naves, paria cum fluctibus facere, venti ſuſtinere impetum, mali vim expugnare; ſola vero miſera illa navis, non ſecus quam magni corpus hominis quod gravedine aut ebrietate vertitur, huc illuc impelli: adeo ut gubernator artis explorare opem, nec effœminata illa turba poſſet, ut qui omnes hic illic metu attoniti jacerent. Interim præclara illa omnia tempeſtas diſſipavit,

*Plurimaque evertit radicitus ardua ligna.*

Ibi ergo diſſipari regia, thalami, lavacra: eratque mira res viſu, ut non navis unius, ſed totius urbis naufragia, fluctus terræ appuliſſe videbantur.

*Aſt olli fulicum ſimiles hinc inde carinam*

in fluctibus agitabant. Hunc finem ſtolidiſſimus, naviſque inutilis importunus vector habuit. Jam ad priorem ſermonem, cujus cauſa uſi hac ſimilitudine ſumus, denuo redeamus. Videtur enim & ille, non ad dies aliquot, aut unius modo navigationis, ſed totius vitæ tempus approbare nobis voluptates velle: quæ nihilo ſunt marinis illis certiores. Nec dum tamen rationem, quæ voluptatem nobis è bonorum tollendam numero eſſe perſuadeat, admittimus. Contendat interea ſi volet, & operam det, ſi forte hoc poſſit. Quod ſi ne mutari quidem voluptatem deprehendero, jam concedam hoc, virtutemque negligam libenter: hac lege dico, ut voluptatem mihi ſolidam oſtendas, nullis vitiatam doloribus, voluptatem quam nulla excipit pœnitentia, voluptatem laude dignam. Quomodo

---

*ſcriptum erat* τὴν ἐμβολήν. *Sed nec hâc ratione integra erit ſententia, lege igitur cum* H. Stephano περὶ τὴν ἐμβολήν. [16] *Il.* I. *v.* 537. [17] *Odyſſ.* M. *v.* 418. *Quià autem apud* Homerum *legitur,* Κύμασιν ἐμφορέοντο, *ut verſûs ratio poſtulat, ex eo noſtrum emendârunt viri eruditi. Non verò neceſſe eſt, ut iis aſſenſum præbeamus:* Maximus *enim perſæpè verſiculos hoc modo jugulat. Vid. notata ad Diſſ. XVI. p.* 165. [18] *Cum* Heinſio *ſcribe* ᾧ, *ut ad* λόγον *referatur.* [19] *In Manuſcripto Regio erat,* ἀντιξόμεναι ἀδιμμεῖ τὴν πάντα χεῖρον.

autem

την· οὐδὲν γὰρ ὑγιὲς οὐδὲ εἰλικρινὲς τούτων κατεσκεύασε τοῖς ἀνθρώποις ἡ φύσις, ἀλλὰ ἀναμέμικται πανταχοῦ τὰ λυπηρὰ τοῖς ἡδέσιν, ἑκάτερον ἐν ἑκατέρῳ φυρόμενον. Ἀνάγκη δὲ, αἱρέμενον θάτερον, καὶ τοῦ ἄλλου μετέχειν εὐθύς· ἅτε γὰρ ἀλλήλοις συμπεφυκότα, τὸ ἕτερον τῷ ἑτέρῳ ἐπιρρεῖ, καὶ ἀντικαταλλάττεται τὰς γενέσεις, καὶ ἀμείβει τὰς συνουσίας. Ὑπὸ δὲ τῆς παλιρροίας ταύτης ψυχὴ κυκωμένη, πῶς ἂν ποτε ἐπιλάβοιτο ἀλυπίας, συνοῦσα ἀγαθοῖς [20] ἐστερημένοις; Ἐγὼ δὲ καὶ θαλάττῃ ἀπιστῶ, κἂν νήνεμος ᾖ, κἂν γαλήνην ἔχῃ· ὑποπτεύω γὰρ αὐτῆς τὴν ἡσυχίαν· εἰ δέ με βούλει πιστεῦσαι γαλήνῃ, ἄγε λαβὼν εἰς πέλαγος [21] ἀσφαλές,

[22] Ἔνθ' οὐκ ἔστ' ἂρ χειμὼν πολὺς, οὔτε ποτ' ὄμβρῳ
Δεύεται, ——————— ἀλλὰ μάλ' αἴθρη
Πέπταται ἀνέφελος, λευκὴ δ' ἐπιδέδρομεν αἴγλη.

Συγκεκλήρωται δὲ καὶ ἡ ψυχὴ τοιούτῳ πάθει· καὶ μέχρις ἂν [23] αὐτῇ ἀπῇ μὲν ὁ κυβερνήτης, ἀπῇ δὲ καὶ ἡ τέχνη, κἂν γαλήνην ἴδῃ, χειμῶνα δέδιε, κἂν χειμῶνι ἐντύχῃ, γαλήνην ποθεῖ· ἀνδρὸς γὰρ βίος πρὸς ἡδονὴν νενευκότος, καὶ λύπην ἐπτοημένου κοῦφος καὶ ψοφοδεὴς, καὶ ἄπιστος, καὶ θαλάττης πάσης ἀδηλότερος. Οὐχ ὁρᾷς τοὺς μνηστῆρας νεανικαῖς ἡδοναῖς συγγινομένους, πίονας αἶγας κατέδοντας, καὶ ἁπαλῶν ἐρίφων ἐμπιπλαμένους, καὶ αὐλῶν ἀκούοντας, καὶ οἶνον ἀπομισγομένους, καὶ δίσκοις τερπομένους, καὶ αἰγανέας ἱέντας; Τίς οὐκ ἂν αὐτοὺς τῆς ἡδονῆς ταύτης ἐμακάρισεν; ἀλλὰ ὁ μαντικὸς καὶ γνωριστικὸς τοῦ μέλλοντος λέγει,

[24] Ἆ δειλοὶ τί κακὸν τόδε πάσχετε; νυκτὶ μὲν ὑμῶν
Εἰλύαται κεφαλαί.

Παρὰ πόδας τὸ κακὸν καὶ ἐγγύς. Παρὰ πόδας τὸ κακὸν ἦν καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ τὴν θαυμαστὴν ἐκείνην ἡδονὴν ἐκ Πελοποννήσου ἐκκλέψαντι· ταχὺ γὰρ ἐπ' αὐτῇ στόλος ἐξηρτύθη Ἑλληνικὸς, μυρίας μὲν ὀδύνας αὐτῷ τῷ τῆς ἡδονῆς ἐραστῇ ἄγων, μυρίας δὲ τῇ ξυμπάσῃ πόλει. [25] Τὰς δὲ Ἀσσυρίους ἡδονὰς οὐ λέγω, ἃς κατέλαβεν εὐθὺς πῦρ αὐτῷ χρυσῷ καὶ αὐταῖς παλλακίσιν· [26] οὐδὲ τὰς Πολυκράτους τὰς Ἰωνικὰς οὐ λέγω, ἃς κατέλαβεν οὐδὲ εὔσχημον θάνατος. Πλήρεις ἦν Σύβαρις ἡδονῶν, ἀλλὰ [27] ἀπώλοντο μετὰ τῶν χρησαμένων αἱ ἡδοναί. Εὐ-

[20] *Variarum lectionum* συλλογὴ, *quam vidit* H. Stephanus, *habuit* ἐστεμμένοις; δὲ τοῦτο ἀπιστῶ. *Si conjecturæ locus eſſet, libentèr ſcriberem* ἐσκεμμένοις. [21] *Arceriana excerpta hanc vocem omittunt.* [22] *Eodem modo hos verſus exhibuit* noſter *Diſſ. I. p.* 14. *Qui tamen nullibi in* Homero *ſimul extant; at, levi mutatione, ex Odyſſ.* Δ. *v.* 566. *&* Z. *v.* 43. *ſunt conflati.* [23] Αὐτῆς H. St. [24] *Sic Penelopes procos alloquitur Theoclymenus apud* Homer. *Odyſſ.* Υ. *v.* 351. [25] *Sardanapalum intelligit, qui* ſtructâ incensâque pyrâ ſe in incendium miſit. Juſtin. *lib. I.*

autem oſtendas? non magis certè quam dolorem. Nihil enim horum omni ex parte ſolidum penituſque ſanum natura hominibus conceſſit: ubique enim voluptati mœror adhæret, alterumque extemplo imbutum eſt altero: ut neceſſe ſit alterum ſi eligas, alterum quoque extemplo contingat tibi. Hæc enim quaſi natura ſunt congenita, ita alterum alteri ſupervenit, reciprocoſque mutant ortus, ut nunc hoc adſit, nunc illud. His cum fluxibus refluxibuſque turbetur animus, quænam ſpes, ut doloris aliquando expers agat, relinquitur? præſertim cum iis, quibus aliquando carendum eſt, fruatur bonis. Ego nec mari credo, quamvis venti ſileant, quamvis ſit tranquillum. Suſpectum eſt enim hoc ſilentium. Quippe ſi ſerenitati me velis confidere, in aliquod quod mutationem non recipit mare, me deducas neceſſe eſt.

*Quod neque tempeſtas inſana, nec humidus unquam*
*Imber agit* ———— *ſemperque innubilus æther*
*Cingit, & hinc illinc lux circum candida currit.*

Eadem eſt animi noſtri ratio, eodem jactatur modo. Si enim gubernator abſit abſitque ars, licet ſerenitatem videat, tempeſtatem metuit: rurſus in tempeſtate ſi verſetur, ſerenitatem expetit. Vita enim hominis voluptate dediti, mobilis, meticuloſa, infida, omnique ſalo eſt incertior. Nonne procos vides quantis ſe oblectent voluptatibus, pingues capras ut comedant, molliculis hœdis ſe ut expleant, tibias audiant, vinum miſceant, diſco ſeſe oblectent, tragulas emittant? Quis non hanc illis voluptatem invidiſſet? Adeſt tamen vates optimus, futuri non ignarus, qui dicit illis,

*O miſeri, quæ vos cingunt mala! veſtra tenebræ*
*Involvunt capita.*

Inſtabat miſeria eorum, aderat malum. Sicut & Alexandro inſtabat, cum magnam illam è Peloponneſo furtim advexiſſet voluptatem. Statim in eum Græcorum inſtructa claſſis venit; quæ ſexcenta magno illi voluptatis amatori, ſexcenta toti urbi advexit mala. Voluptates Aſſyrias omitto, quas ſtatim cum ipſo auro cum ipſis meretricibus ignis invaſit. Nec Ionicas Polycratis dico, quas ne honeſta quidem mors ſecuta eſt. Plena voluptatibus Sybaris erat, ſed cum cultoribus ſuis interierunt voluptates. Etiam apud Syracuſanos fuerunt, ſed cala-

c. 3. Clitarchus *tamen apud* Athenæum *Deipnoſ. lib. XII. p.* 530. *dicit* γήρᾳ τελευτῆσαι μετὰ τὴν ἀπόστασιν τῆς Σύρων ἀρχῆς. [26] *Polycrates Sami erat Tyrannus, inſigni felicitate memorabilis, qui tamen poſteà ab Orœte Perſâ cruci eſt affixus. Vid.* Herodot. *lib. III. capp. XL, XLI, XLII & CXXV.* [27] *Luxus Sybaritarum nemini non innoteſcit. Obſervavit* Ælianus Συβαρίταις καὶ αὐτῇ Συβάρει αἰτίαν τῆς ἀπωλείας γενέσθαι τὴν πολλὴν τρυφήν. *Var. Hiſt. lib. I. c.* 19.

mitatibus

δοκίμων καὶ παρὰ Συρακουσίοις ἡδοναί, * ἀλλ' ἐσωφρόνισαν αὐτοὺς μετ' ἐκείνας αἱ συμφοραί. [28] Ἀλλ' οὐδὲ Κορινθίοις.

---

## Ἔτι περὶ τοῦ αὐτοῦ,

## [1] Ὅτι ἡδονὴ εἰ καὶ ἀγαθόν, ἀλλ' οὐ βέβαιον.

## ΛΟΓΟΣ ΛΒ'.

Ἐπιχειρεῖ [2] ἐχθρὸς λόγος τὶς παρελθὼν πείθειν ἡμᾶς ὡς αἱρετέον ἡδονήν, ἐὰν προσγένηται αὐτῇ τὸ ἀσφαλές, σοφιστὴς λόγος καὶ ἀπατεὼν δεινῶς, ὃς ἐξὸν σκοπεῖν τὴν ἡδονῆς φύσιν καθόσον ἡδονή τις τάττεται ἐν ἀγαθοῖς ἢ κακοῖς, ἐν ὁποτέρῳ χωρῷ παρεὶς τὸ σκέμμα, ὡς ἀγαθοῦ τῆς ἡδονῆς οὔσης, ἐσκοπεῖτο εἰ βέβαιον τὸ ἀγαθὸν τοῦτο. Καὶ πῶς ἄν τις ἐπινοήσαι ἀγαθὸν σαλεῦον καὶ κραδαινόμενον; ὥσπερ γάρ, οἶμαι, καὶ [3] τῆς ὅλης γῆς εἰ ἀφέλοι τὶς τὴν ἕδραν καὶ τὴν μονήν, συναφεῖλεν αὐτῆς καὶ τὸ εἶναι· καὶ τοῦ ἡλίου εἰ ἀφέλοι τὶς τὴν κίνησιν καὶ τὸν δρόμον, συναφεῖλεν αὐτοῦ τὴν οὐσίαν· οὕτως καὶ τοῦ ἀγαθοῦ εἴ τις ἀφέλοι τὴν ἀκρίβειαν καὶ τὴν στάσιν, συναφεῖλεν αὐτοῦ καὶ τὴν φύσιν· οὐ γὰρ χρόνῳ τὸ ἀγαθὸν ἀνθεῖ ὡς ὥρα σώματος. Πῶς ἂν οὖν τὶς περὶ ἡδονῆς σκοποῖ, τὸ μὲν ἀγαθὸν αὐτῇ προσθείς, ἀφελὼν δὲ τὸ βέβαιον; εἰ γὰρ ἀνάγκη ἀγαθὸν ὂν βέβαιον εἶναι, τῇ τοῦ βεβαίου ἀπουσίᾳ καὶ τὸ ἀγαθὸν τῆς ἡδονῆς συναπέρχεται. Καὶ πότερος τῷ πιθανῷ τούτων πλησιαίτερος; ὁ λέγων τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι, κἂν μὴ βέβαιον· ἢ ὁ ἀγαθὸν λέγων μὴ εἶναι, ἂν μὴ ὡς βέβαιον ᾖ; Ἐγὼ μὲν οἶμαι θάτερον· κρεῖττον γὰρ ἀφελεῖν ἡδονὴν ἀγαθοῦ, προσθέντας τὸ βέβαιον αὐτῷ, ἢ προσθεῖναι ἡδονῇ τἀγαθόν, ἀφελόντας αὐτῆς τὸ ἀσφαλές. Ἐπεὶ τοίνυν τὸ μὲν ἀγαθὸν οὐχ ἡδὺ πάντως, βέβαιον δὲ πάντως, τὸ δὲ ἡδύ, οὐ πάντως ἀγαθόν, ἀβέβαιον δὲ πάντως, λείπεται δυοῖν θάτερον, ἢ τὴν ἡδονὴν διώκοντας, ἀμελεῖν τἀγαθοῦ, ἢ τὸ ἀγαθὸν αἱρουμένους, μὴ διώκειν

---

* *Non mirum quidem eas civitates funditùs periiſſe, qui luxuriæ operam dabant; quippe hæc animum & corpus emollit, hominesque rebus gerendis prorsùs inidoneos reddit. Hinc* Plato *de Rep. lib. III. p.* 439. *E. damnat* Συρακουσίαν τράπεζαν καὶ Σικελικὴν ποικιλίαν ὄψων καὶ Κορινθίαν κόρην καὶ Ἀττικῶν πεμμάτων τὰς δοκούσας εἶναι εὐπαθείας. [28] *Quædam hic deſunt, ut monuit* H. Stephanus.

[1] *Falſa eſt hæc inſcriptio, non enim id agit* Maximus, *ut probet voluptatem nullo modo eſſe ſtabilem. Contendit tantùm haud æquum eſſe, ut eam, tanquam finem, ſibi proponant homines. Verè igitur notavit* Heinſius *hoc vel ſimile lemma reponendum eſſe:* Ὅτι οὐκ ἔστι τὸ ἀνθρώπινον τέ- ἡδονή.

mitatibus admoniti ad frugem redierunt. Sed nec apud Corinthios diu permanſerunt.

---

## ITERUM,

## *Voluptatem Etſi bonum, non tamen eſſe ſtabile.*

### DISSERT. XXXII.

Quædam nuperrimè nobis conatæ ſunt perſuadere rationes, voluptatem, ſi quidem diuturna dari ſtabiliſque poſſit, eligendam eſſe. Sophiſticæ verè & ad decipiendos homines mirificè inſtructæ: quæ, cum de natura voluptatis, quatenus in bonis ea maliſve numerari aut utri aſſignari debeat, agendum eſſet potius, quaſi in confeſſo eſſet in bonis voluptatem eſſe, an ſtabile hoc bonum eſſet quæſiverunt. Quomodo autem mobile ſemper & inſtabile dari bonum poterit? Sicut enim toti terræ ſtabilitatem immobilitatemque ſuam ſi demas, ſoli contra motum curſumque ſi tollas ſuum, eſſentiam tollis utriuſque: Eodem modo, bono illud ſi demas quod exquiſitiſſimum in eo eſt, perſeverantiam dico, naturam ejus ſuſtuliſti. Nec enim pro tempore, ſicut forma corporis florere poteſt bonum. Quomodo ergo de voluptate agat aliquis, qui bonum eſſe concedat, ſtabile eſſe neget? Si enim illud quod bonum eſt, ſimul & ſtabile eſſe ſit neceſſe, una cum ſtabilitate ejus qua caret, bonum ejus abit. Uter autem magis vero ſimilia dicit, qui voluptatem bonum eſſe vult, quamvis inſtabile, an qui bonum eſſe negat, niſi ſit ſtabile? Ego certe alterum puto. Præſtat enim è bonis voluptatem tollere, ſtabilitatemque illis ſuam relinquere, quam inter bona voluptatem ponere, nec ſtabilitatem illi dare. Quoniam autem non ſemper jucundum eſt omne bonum, ſemper vero eſt ſtabile; illud autem quod jucundum eſt, non ſemper eſt bonum, inſtabile autem eſt ſemper; reſtat è duobus alterum, ut vel neglecto bono voluptatem ſequamur, vel relicta voluptate, eliga-

---

λόγος ἡ ἡδονή. [2] Ἐχθὲς Heinſ. *ut ad ſuperiorem diſputationem referatur. Sed locus nullâ emendatione caret.* [3] MS. *habet* τῆς ὅλης γῆς εἰ ἀφέλοιτο τῷ λόγῳ τὴν ἕδραν. *Quæ lectio ſi recipiatur, ſic verte:* Si COGITATIONE quiſpiam toti terræ ſtabilitatem demat; λόγος *enim hic non orationem ſignificat, ut arbitratus eſt vir eruditus, ſed de eo uſurpatur, quod non eſt, ſed ſupponitur tantùm. Ità Diſſ. I. p.* 16. Ἄφελε τῷ λόγῳ τὴν περιβολήν. *Porrò obſervandum malè metuiſſe noſtrum nè Sol & Terra perirent, ſi huic motum, illi ſtabilitatem addas; cùm reverà ſic ſe res habeat, ut ſuſpicatus eſt* Ariſtarchus *Samius, & demonſtrârunt recentiores Aſtronomi.*

mus

ἡδονήν· οὐδὲν δὲ οἶμαι διωκτόν, ὅ, τι μὴ ἀγαθόν· ἀλλ' ἀγαθοῦ φαντασία, τὸ μὴ ἀγαθὸν διώκεται ἐν χώρᾳ ἀγαθοῦ· καθάπερ ὑπὸ τῶν χρηματιστῶν τὰ κίβδηλα τῶν νομισμάτων, οὐ διότι κίβδηλα, αἱρετὰ ὄντα, ἀλλὰ τῇ πρὸς τὸ ἀληθὲς ὁμοιότητι τὴν τοῦ κιβδήλου φύσιν ἐπικρυπτόμενα. Ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν οἱ ἀργυρογνώμονες τῇ τέχνῃ διεκρίναντο τἀληθὲς τὸ μὴ δόκιμον· [4] ἐν δὲ τῇ τῶν ἀγαθῶν νομῇ, διακρίνει ὁ λόγος ἀπὸ τῶν ὄντων ἀγαθῶν τὰ φαινόμενα μέν, οὐκ ὄντα δέ· ἀλλὰ λησόμεθα, ὥσπερ οἱ μοχθηροὶ χρηματισταί, θησαυροὺς ταμιευόμενοι κιβδήλων ἀγαθῶν. Τίς ἂν οὖν καὶ γένοιτο ἡ σκέψις ἡμῖν, καὶ τίς ὁ τῆς δοκιμασίας τρόπος οὗτος; Φέρε, εἴ τις ἐπιχείροι, τὸν βοῦν ἀπολύσας τῶν ἀρότρων, καὶ τὸν ἵππον τῶν ἁρμάτων, ὑπαλλάξας ἑκατέρου τὴν ἐργασίαν, ὑπαγαγεῖν τὸν μὲν βοῦν τῷ ἅρματι, τὸν δὲ ἵππον τῷ ἀρότρῳ, ἆρ' οὐκ ἂν ἦν πρὸς μὲν τὴν φύσιν παράνομος, πρὸς δὲ τὰ ζῶα αὐτὰ ὑβριστής, πρὸς δὲ τὰς τέχνας ἀμαθής, πρὸς δὲ τὴν χρείαν ἀκερδής, πρὸς δὲ τὴν ὑπηρεσίαν καταγέλαστος; Τί δὲ τὰ τούτων ἔτι ἀτοπώτερα; εἰ τῶν μὲν ὀρνίθων ἀφελὼν τὰ πτερά, βαδιστικὰ εἶναι σοι θέλοις, τὸν δὲ ἄνθρωπον πτερώσας παραδῷς τῷ αἰθέρι φέρεσθαι δι' αὐτοῦ, ὄρνιθος δίκην, οὐκ ἔσῃ καταγέλαστος τῆς ἀλλαγῆς; ὁπότε μηδὲ [5] ὁ μῦθος τὸν Δαίδαλον ἠνέσχετο ἀτόπους οὕτω τέχνας πραγματευόμενον, ἀλλ' ἀπέρριψεν αὐτῷ τὸν παῖδα τοῦ αἰθέρος εἰς γῆν κάτω αὐτοῖς πτεροῖς. [6] Φασὶ δὲ καὶ Καρχηδόνιον νεανίαν ἀγρεῦσαι λέοντα ἄρτι ἐκ γάλακτος, καὶ ἡμερῶσαι τοῦτον παρανόμῳ τροφῇ, καὶ τὸν θυμὸν αὐτοῦ ἐξελεῖν διαίτῃ νόθῳ· ὥστε ἐπιθεὶς αὐτῷ φορτίον ἤλαυνε δι' ἄστεος, ὄνου δίκην· ἀλλ' ἀπέκτειναν γε αὐτὸν Καρχηδόνιοι, μισήσαντες τῆς παρανομίας, ὡς τύραννον μὲν τῇ φύσει, ἰδιώτην δὲ τῇ τύχῃ. Ὥσπερ οὖν τῷ ἵππων γένει συγκεκλήρωται πρὸς σωτηρίαν δρόμος, καὶ τῷ τῶν βοῶν πόνοι, καὶ ὄρνισι πτερά, καὶ λέουσιν ἀλκή, καὶ ἄλλοις ἄλλο τι· οὕτως ἀμέλει καὶ τῷ ἀνθρώπῳ ὑπάρχει δύναμις ξυμφυὴς διασωστικὴ τοῦ γένους· ταύτην δὲ ἑτέραν εἶναι δεῖ παρ' ἕκαστον τῶν ἄλλων, εἰ μέλλει ἄνθρωπος ὢν μὴ ὑπὸ ἀλκῆς σωθήσεσθαι, ὥσπερ οἱ λέοντες, μηδὲ ὑπὸ δρόμου, ὥσπερ οἱ ἵπποι, μηδὲ ἀχθοφορεῖν ὄνου δίκην, μηδὲ ἀροῦν βοὸς δίκην, μηδὲ πέτεσθαι κατὰ ὄρνιθας, μηδὲ νήχεσθαι κατὰ ἰχθύας· ἀλλ' ἔστι τι καὶ τούτῳ ἔργον ἴδιον, [7] διαγνωστικὸν τοῦ βίου, εἰ νενέμηται τὰ ζῶα τὰς δυνάμεις, καὶ ἑκάστῃ ἕκαστον κατὰ τὴν χρείαν τοῦ βίου, καὶ τὰ ἔργα κατὰ τὰς δυνάμεις, καὶ τὰ ὄργανα κατὰ τὰ ἔργα, καὶ τὰ ἀγα-

---

[4] Heinſius ſcribit Ἐν δὲ τῇ τῶν ἀγαθῶν νομῇ, οὐ διακρινεῖ ὁ λόγος ἀπὸ τῶν ὄντων ἀγαθῶν τὰ φαινόμενα μέν, οὐκ ὄντα δέ; *Et ſanè ità legendum, ut ſenſus conſtet, niſi potius aliquid excidiſſe judices.* [5] *Dedalus, ſecundum Poetas, Icaro filio ſuo alas confecit; cùm verò Solis ardore cerâ.*

mus bonum. Puto autem nihil expeti niſi quod ſit bonum: fieri verò opinione boni, ut pro bono ſequamur non bonum. Sicut à nummulariis fieri vides, qui adulterinos ſequuntur nummos, non qua ſunt adulterini, ſed qua ſua cum veris ſimilitudine vitium abſcondunt. Et ut ibi à verò adulterinum diſtinguit argentarius, ita in bonorum diſtributione, à veris bonis, quæ videntur bona, nec ſunt tamen, quidni diſtinguit ratio? Niſi fortè malimus, quod inepti ſolent nummularii, adulterini nobis boni congerere theſauros. Quo autem hæc modo inveſtigamus? aut quæ probandi nobis relinquitur ratio? Agedum ſi quis ab aratro bovem ſolvat, à curru equum, mutatoque utriuſque munere, bovem currui, aratro ſubmittat equum, nonne naturam violare, animalibus illudere, artem ignorare, laborem ſine fructu ſuſcipere, in ipſo ridiculus eſſe videbitur opere? Aut ut etiam abſurdiora ponamus. Si alas ſuas demas avibus, tantumque incedere eas poſtules, homini alas addas, veliſque in altum cum avibus ferri, quid hac mutatione erit ſtultius? Quandoquidem nec Dædalum ſuum rem tam ineptam moliri ipſa paſſa eſt fabula: ſed deorſum in terras filium ejus ex alto cum alis ſuis dejecit. Aiunt & Pœnum aliquando juvenem leonem ab ipſo lacte cepiſſe, quem inuſitata educatione manſuetum reddidit, degenerique quadam victus ratione animos enervavit belluæ: adeò ut ſarcinis tandem impoſitis per mediam urbem non aliter quam aſinum vectaret. Verum paulo poſt tanquam legum violator morte mulctatus eſt à civibus: quod conditione quidem privatus eſſe, natura verò tyrannus & indole. Sicut ergo ad conſervationem ſui curſus equis, bobus labor, alæ avibus, robur leonibus, aliiſque aliud aſſignatum eſt à Deo: ſic & homini quædam annata eſt facultas, quæ hoc genus conſervaret. Hanc aliam ſeorſim à reliquis oportet eſſe, ſiquidem nec robore homo ſe conſervat, ut leo, nec curſu, ut equus: nec onus ſubire cum aſino, nec arare cum bove, nec volare cum avibus, nec natare poſſit cum piſcibus. Sed & huic peculiare neceſſe eſt opus eſſe quo vitam conſervet, ſi quidem ſua ſingulis diviſa animalibus ſit facultas, eaque prout uſus flagitat ſingulorum. Ita functiones propriæ ſingulorum potentiæ, inſtrumenta verò functionibus

*ra, quâ continebantur pennæ, eſſet liquefacta, in mare decidit, quod ab eo Icarium vocabatur.* *Vid.* Heſychium. *Si placeant Allegoriæ*, Palæphatum *conſule c. XIII.* [6] Plutarchus *narrat, exilium Hannoni à Carthaginenſibus fuiſſe indictum quòd bajulo uteretur Leone.* Ἄννωνα λέοντι χρώμενον σκευοφόρῳ παρὰ τὰς στρατείας, αἰτιασάμενοι τυραννικὰ φρονεῖν, ἐξήλασαν. Πολιτ. Παραγγ. *p.* 799. E. Plinius *autem H. N. lib. VIII. c. 16. ſic loquitur.* Hanno è clariſſimis Pœnorum damnatus eo argumento (*videlicet leonem oſtenderat manſuefactum*) quoniam nihil non perſuaſurus vir tam artificis ingenii videbatur: & male credi libertas ei, cui in tantum ceſſiſſet etiam feritas. *Manifeſtum eſt hìc noſtrum, reſpexiſſe, licèt* MS. *Regiæ in calce habeat*, τὸν Ἀσδρούβαν λέγει. [7] Δαμαστικόν. Heinſ.

reſpon-

θαι· καὶ ξυνελόντι εἰπεῖν τὸ ἑκάστου ἀγαθὸν ἐν τῷ ἐπιχωρίᾳ τῶν ἔργων μένει, τὰ δὲ ἔργα ἐν τῷ τῆς χρείας ἀναγκαίῳ, ἡ δὲ χρεία ἐν τῷ τῆς δυνάμεως εὐπόρῳ, ἡ δὲ δύναμις ἐν τῷ τῶν ὀργάνων εὐμηχάνῳ, τὰ δὲ ὄργανα ἐν τῷ φύσεως ποικίλῳ· παντοδαπὴ γὰρ ἡ φύσις· καὶ διὰ τοῦτο περιέβαλε καὶ διεκόσμησε τὰ ζῶα ἕκαστα ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ βίου, ἄλλα ἄλλοις ὅπλοις· τὰ μὲν ὀνύχων * ἀλκαῖς, τὰ δὲ ὀδόντων ῥώμῃ, τὰ δὲ κεράτων ὀξύτητι, τὰ δὲ ποδῶν τάχει, τὰ δὲ θυμῷ, τὰ δὲ ἰῷ· τὸν δὲ ἄνθρωπον ἀποδύσασα τουτωνὶ τῶν περιβλημάτων, ἀπέφηνε γυμνὸν καὶ ἀσθενῆ καὶ ἄτειχον, καὶ ῥώμην ἀσθενῆ, καὶ θεῖν βράδιστον, καὶ ἀντιπαλαῖσαι ἀμήχανον, καὶ νήχειν ἀμβλύτατον· ἐνέφυσε δέ τι αὐτῷ ζώπυρον ἀφανὲς πρὸς σωτηρίαν βίου, ὃ καλοῦσιν οἱ ἄνθρωποι νοῦν, ᾧ διατελεῖ σωζόμενον καὶ τὰς ἀπορίας ἐξιώμενον τοῦ βίου, καὶ θεραπεῦον τὴν ἔνδειαν τῶν σωμάτων, καὶ ἀντιτεχνώμενον ταῖς τῶν ἄλλων ζώων πλεονεξίαις, καὶ πάντων κρατοῦν, καὶ ὑπάγον τῷ τῷδε νόμῳ καὶ λόγῳ. Ἔρου δή με καὶ περὶ τοῦ ἀνθρώπου· σκεπτέον τὸ τούτου ἀγαθὸν ποῦ καὶ τίνα τρόπον; Ἀποκρινοῦμαί σοι ὡς περὶ τοῦ λέοντος, ὡς περὶ τοῦ ὄρνιθος, ὡς περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀπεκρινάμην. Ἐνταῦθα ζήτει τὸ ἀνθρώπου ἀγαθὸν ὅπου τὸ ἀνθρώπου ἔργον. Ποῦ δὲ εὕρω τὸ ἔργον; ὅπου τὸ ὄργανον. Ποῦ δὲ εὕρω τὸ ὄργανον; ὅπου [8] τὸ διῶκον· ἐντεῦθεν ἄρξαι. Τί ἀνθρώπου διασωστικόν; ἡδονή. Πρᾶγμά μοι κοινὸν λέγεις, ἐπὶ πάσας φύσεις ἐξικνούμενον, καὶ διὰ τοῦτο αὐτοῦ τὴν προτιμίαν οὐκ ἀνέχομαι· ἥδεται καὶ βοῦς καὶ ὄνος καὶ σῦς καὶ πίθηκος· ὅρα ποῦ τάττεις τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος, τίνας αὐτῷ κοινωνοὺς τῶν ἀγαθῶν δίδως. Εἰ δὲ ἡδονὴ τὸ σῶζον, ζήτει μετὰ τοῦτο τί ἡδονῆς ὄργανον, ἐνδείξῃ δὲ πολλοῖς καὶ παντοδαποῖς· καὶ μέχρι μὲν ὀφθαλμῶν καὶ ὤτων, τίμια τὰ ὄργανα· ἐὰν δὲ προέλθῃς περαιτέρω ἐπὶ τὰς ἡδονῆς ὁδοὺς, ὅρα τίσιν ὀργάνοις ἀνατίθης τὴν σωτηρίαν. Εὗρες τὰ ὄργανα, ζήτει τὰ ἔργα. Λιχνευέτω ἡ γλῶττα, [9] τηκέσθωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ, ἐκλυέσθω ἡ ἀκοὴ, πληρούσθω ἡ γαστὴρ, ὑβριζέτω τὰ ὑβρίζειν πεφυκότα. Εὗρες τὰ ἔργα, ἐντετύχηκας τῷ ἀγαθῷ. Τοῦτο ἡ σωτηρία; τοῦτο ἡ εὐδαιμονία;

* Ἀκμαῖς. Excerpta Arcer. *quæ quidem lectio magis arridet.* [8] *Hic etiam legendum eſt* διασῶζον, *ut rectè monuit* D. Heinſius. [9] *Oculi tabeſcentes maximæ libidinis erant indicia. Sic noſter de Sardanapalo Diſſ.*

Ἐπ

reſpondent ac bonis. Et ut brevius dicam, bonum ſingulorum in operibus propriis, opera in uſus neceſſitate, uſus in facilitate potentiæ, potentia in aptitudine inſtrumentorum, inſtrumenta in varietate naturæ conſiſtunt. Varia enim eſt natura. Atque hæc cauſa eſt, cur ſingulis diverſa arma ad conſervationem ſui conceſſerit animalibus. His unguium robur, illis vim dentium, aliis acumen cornuum, aliis velocitatem pedum, animos aliis, aliis venenum. Horum quidem homini conceſſit nihil: nam & nudum edidit, & imbellem, ac depilem: robur exiguum, velocitatem prope nullam dedit: volandi facultatem omnino negavit, natandi vix parvam indulſit. Quid ergo? Occultam qua ſe tueri poſſet quaſi ſcintillam conceſſit ei: quam mentem dicunt homines. Hoc uno ſe tuetur, hoc uno quicquid deeſt reſarcit, reliquaque quæ conceſſa ſunt corpori explet: hoc uno ſingula quibus reliqua antiſtant animalia, facile compenſat. Hoc uno cæteris imperat: ratione hujus & lege cuncta ſibi ſubjicit. Quære ex me jam de homine. Quomodo bonum hujus aut qua ratione inveſtigabimus? Eodem modo quo de leone, de avibus, reliquiſque animalibus, reſpondebo tibi. Quære bonum hominis, ubi ejuſdem eſt functio. Functionem verò ubi inveniam? ubi inſtrumentum. Inſtrumentum ubi? ubi id quod conſervat hominem. Hinc jam incipiamus. Hominem quid conſervat? Voluptas. Rem communem dicis, qua nulla pars naturæ caret, ideoque quare cæteris præponi debeat, nondum video. Voluptate & bos & aſinus & ſus afficitur, & ſimius. Vide jam quo loco ponas hominem, quos illi ſocios bonorum adjungas. Quod ſi id eſt voluptas, quod conſervat hominem: quære quod ſit inſtrumentum voluptatis. Multa invenies ac diverſa. Et ad oculos quidem uſque atque aures inſtrumenta laudo. Quod ſi porro pergas, reliquaſque voluptatis ingrediaris ſemitas; vide quibus inſtrumentis conſervationem aſcribas hominis. Inſtrumenta inveniſti, quære functiones. Helluetur lingua, libidine tabeſcant oculi, voluptate liqueſcant aures, impleatur venter, Veneri ſerviant partes illi deſtinatæ. Inveniſti functionem, inveniſti bonum. Hæccine eſt conſervatio? hæccine felicitas?

---

*XLI.* Ἐντρίβεται ὁ δύστηνος, καὶ λεαίνεται. καὶ τὼ ὀφθαλμὼ ὑπογράφεται, *quem ait* Juſtinus *lib. I. c.* 3. Oculorum laſcivia omnes fœminas anteire. *De oculorum vi in amore aut prodendo aut inducendo multa collegit* Caſpar Barthius *ad Claudian. v.* 7. *de nupt. Honor. & Mar.*

Ἐπ περὶ τῆ αὐτῆ.

## [1] Ὅτι ἡδονὴ εἰ καὶ ἀγαθὸν, ἀλλ' οὐ βέβαιον.

### ΛΟΓΟΣ ΛΓ'.

[15] Σχέσθε φίλοι, ϗ μ' οἷον ἐάσατε, κηδόμενόν περ, σώζειν ὑμᾶς, καὶ μὴ περιορᾶν ὑπ' ἀλλήλων κακουμένους. Νῦν δὲ, ἐφημέρους σπονδὰς σπενδόμενοι, τριακοντούτιδας, ἀνάπαυλαν κακῶν ἐπορίζοντο ἀμυδράν, καὶ οὐ πάντῃ ἀσφαλῆ, μέχρις ἂν ἄλλη πρόφασις ἐμπεσοῦσα, πάντα ἄνω ϗ κάτω ἐπιταράξῃ αὖθις. Ἀλλὰ κἂν τὰ ὅπλα ἀποδύσωνται, κἂν εἰρήνην ἄγωσιν, ἄλλος αὖ πόλεμος ἐμπεσὼν τῇ ψυχῇ, οὐ δημόσιος, ἀλλ' ἰδιωτικὸς, [16] οὐ σιδηροφόρων, οὐδὲ πυρφόρων, οὐδὲ νηΐτην ἄγων στρατὸν, οὐδὲ ἱππικὸν, [17] ἀλλὰ γυμνὸς ὅπλων, ἀσίδηρος, ἄπυρος, λυμαίνεται τῇ ψυχῇ, ϗ πολιορκεῖ αὐτὴν, ἐμπιπλὰς φθόνου ϗ ὀργῆς καὶ θυμοῦ ϗ κολακισμοῦ, ϗ ἄλλων μυρίων κακῶν. Ποῖ τις τράπηται; ϗ τίνα εὕρῃ ἐκεχειρίαν; ποίαν Ὀλυμπίαν, τίνα Νεμέαν; Καλὰ μὲν τὰ Ἀθήνησι Διονύσια καὶ Παναθήναια· ἀλλὰ ϗ ἑορτάζουσι, μισοῦντες καὶ μισούμενοι. Πόλεμόν μοι λέγεις, οὐχ ἑορτήν. Καλαὶ ϗ ἐν Λακεδαίμονι αἱ [18] Γυμνοπαιδίαι ϗ τὰ [19] Ὑακίνθια ϗ οἱ χοροί· ἀλλὰ ϗ Ἀγησίλαος Λυσάνδρῳ φθονεῖ, ϗ Ἀγησίπολις Ἆγιν μισεῖ, ϗ [20] Κινάδων τοῖς βασιλεῦσιν ἐπιβουλεύει, ϗ [21] Φάλανθος τοῖς Ἐφόροις, ϗ Παρθενίαι τοῖς Σπαρτιάταις· οὐ προσδέω τῇ ἑορτῇ, πρὶν τοὺς ἑορτάζοντας ἴδω φίλους. Οὗτος ἀληθινῆς ἐκεχειρίας νόμος ϗ τρόπος, ὑπὸ νομοθέτου τινὸς θεοῦ τεταγμένος· ὃν οὐκ ἔστι μὴ κηρυσσόμενον, φιλίαν ἰδεῖν· οὐδ' ἂν πολλάκις τις σπείσηται, οὐδ' ἂν πολλάκις ἀναγράψηται τὰ Ὀλυμπίασι ϗ Ἰσθμοῖ ϗ Νεμέᾳ. Εἴσω δεῖ ἐπὶ τὴν ψυχὴν τὸ κήρυγμα ἐλθεῖν, εἴσω τῆς ἐκεχειρίας· ἕως δὲ ἄσπονδος ϗ ἀκήρυκτος ὁ ἐν ψυχῇ πόλεμος, ἄφιλος ἡ ψυχὴ μένει, ἐχθρὰ, σκυθρωπή. Ταῦτα αἱ [22] Ποιναί, ταῦτα αἱ Ἐριννύες, τὰ δράματα, αἱ τραγῳδίαι. Διώκωμεν τὴν ἐκεχειρίαν· παρακαλῶμεν φιλοσοφίαν· ἡκέτω, σπενδέσθω, κηρυττέτω.

---

* *In iis locis non modò vivâ voce fœdera prædicabantur, ſed etiam lapidei cippi in eorum memoriam erigebantur; ut cum Athenienſes & Spartani pacem inière.* Vid. Thucydid. *lib.* V. p. 171. [15] *Il.* X. v. 416. [16] H. Stephanus *legit*, οὐ σιδηροφορῶν, οὐδὲ πυρφορῶν, *ut ſint nominativi* caſûs participia. *Sed medicinam intempeſtivè adhibuit.* [17] *Paſſiones vult, quæ ſunt interna animi bella, compoſitu quidem longe difficillima.* Nulla enim eſt tanta vis, quæ non ferro ac viribus debilitari frangique poſſit. At animum vincere, iracundiam cohibere fortiſſimi eſt. —— Hæc qui faciat, non modò ego eum cum ſummis viris comparo, ſed ſimillimum Deo judico, *ut ex* Cicerone *habet* Lactant. *Div. Inſtit. lib. I. c.* 9. [18] *Celeberrimum erat inter Lacedæmonios feſtum, in quo ſaltare moris erat, Pæanaſque canere in eorum honorem qui ad Pyleam occubuère, ut inter alios teſtatur* Etymol. Magn. Auctor. Suidas *tamen occiſos ad Thyream*

ciali de integro fœdus inirent commune: qui non ex Olympia Iſthmoque id indicit, ſed ex ipſo cœlo voce maxima proclamat:

*State viri mihique hoc permittite, multa dolenti,*

ut vos conſervem, priuſquam mutuis omnes vulneribus ad internecionem redigamini. Nunc vero fœdera initis momentanea, triginta fortaſſe annorum, quibus nec omnino nec ſatis tuto à malis reſpiratis, donec novus oriatur prætextus aliquis, qui ſurſum deorſumque omnia moveat. Adde, quod plerunque evenit, ut quamvis ab armis decedatis, quamvis pace fruamini, bellum tamen aliud interveniat, non publicum ſed privatum: quod non ferro, non igne, non claſſe geritur, non equitatu, ſed ſine his omnibus, animum corrumpit, animum oppugnat, animum invidia, ira, bile, contumeliæ ſtudio aliiſque ſexcentis implet malis. Quid remedii igitur? quæ nobis induciæ? quæ Olympia aut Nemea? Pulchra quidem apud Athenienſes celebrantur feſta; Dionyſia dico & Panathenæa: ſed ab iis qui odia exercent mutua. Bellum narras, non feſtum. Pulchra ſunt apud Lacedæmonios Gymnopædiæ & Hyacinthia chorique ſolennes. Sed & Ageſilaus Lyſandro invidet, & Agin odit Ageſipolis; & regibus Cinadon, & Ephoris Phalanthus, & Spartiatis inſidiantur Partheniæ. Feſto diffido, niſi iis inter ſe conveniat à quo celebratur. Hæc una induciarum lex, una ratio, à legiſlatore præſcripta Deo: ſine qua amicitiam nemo videbit unquam. Licet ſæpe fœdus inierit, licet ſæpe Olympicis, aut Iſthmicis aſcriptus ſit aut Nemeæis. Quod ad animum penetret volo præconium: tales inducias loquor. Dum enim bellum illud animi internum ſine libamine, ſine præcone adhuc durat, amicitiæ expers manet animus, inimicus, acerbus. Hæ ſunt Pœnæ, hæ Erinnyes: hinc theatrica ſpectacula, hinc tragœdiæ. Sequamur has inducias, advocemus philoſophiam. Veniat, fœdus feriat, vocem ſuam præconiumque interponat.

---

*gymnopædiâ celebrari docet. In eâ* γυμνοὺς ἀγωνίζεσθαι *ait* Thucydidis Schol. *ad lib. V. p.*191. *unde nominis ratio eſt petenda.* [19] *Hyacinthia menſe qui à Laconibus* Ἑκατομβεὺς *nuncupatur, in Hyacinthi & Apollinis honorem celebrari ſunt ſolita. Fuerunt triduana, primoque ac tertio die occiſum Hyacinthum* ἑορτάζοντες *deflebant, ſecundo autem maxima agitabatur lætitia. Hæc & alia ad hoc feſtum pertinentia multis vett. teſtimoniis probavit* Joan. Meurſius *in* Græciâ Feriatâ. [20] *Cinadon contrà Regem Ageſilaum, totamque Spartanorum Remp. conjuravit, ſed à ſuorum non nemine proditus, ſupplicio affectus eſt. Hiſtoriam habes apud* Xenophon. Ἑλλην. Ἱστορ. *lib. III. p.* 493. & *ſeqq.* [21] *Partheniarum dux erat Phalanthus. Hoc nomen iis eſt impoſitum* ob notam materni pudoris, *quippe ex promiſcuo concubitu erant nati. Vid.* Juſtin. *lib. III. c.* 4. [22] *Pœnæ erant punitionum & cruciatuum Deæ, quæ ad Minois tribunal ſtare fingebantur.* Lucian. *Necyom.* Παραγενόμενοι πρὸς τὸ τοῦ Μίνω δικαστήριον· ἐτύγχανε δ᾽ ὁ μὲν ἐπὶ θρόνου τινὸς ὑψηλοῦ καθήμενος, παρειστήκεισαν δὲ αὐτῷ ΠΟΙΝΑΙ καὶ Ἀλάστορες καὶ Ἐριννύες. *Tom. I. p.* 332. *ed. Græv.*

## [1] Ὅτι πρὸς πᾶσαν ὑπόθεσιν ἁρμόσεται ὁ τοῦ φιλοσόφου λόγος.

### ΛΟ'ΓΟΣ ΛΖʹ.

ΤΙ' δήποτε οἱ ἐν Διονύσου τὰ δράματα ὑποκρινόμενοι, νῦν μὲν τὰς τοῦ Ἀγαμέμνονος ἱέντες φωνάς, νῦν δὲ τὰς τοῦ Ἀχιλλέως, καὶ αὖθις Τήλεφόν τινα ὑποδυόμενοι ἢ Παλαμήδην, ἢ ἄλλ' ὅ, τι περ ἂν τὸ δρᾶμα ἐθέλῃ, οὐδὲν πλημμελὲς οὐδὲ ἔξω τρόπου νομίζονται ποιεῖν, ἄλλοτε ἄλλοι φαινόμενοι οἱ αὐτοί. Εἰ δέ τις [2] τὰ μὲν τοῦ Διονύσου φυλάττει τὴν παιδιὰν καὶ τοῦ θεάτρου, ἡγεῖται δέ τι εἶναι αὐτῷ δρᾶμα πολιτικόν, οὐκ ἰαμβείων τινῶν μὰ Δία πρὸς ἕνα ἑορτῆς καιρὸν ὑπὸ ποιητοῦ τέχνης συντεθέντων, οὐδὲ ᾀσμάτων χορῷ ἐς ἁρμονίαν συντεθέντων, ἀλλὰ τῆς περὶ τὸν βίον πραγματείας, ἥπερ ἂν εἴη τοῦ φιλοσόφου δρᾶμα, ἀληθέστερον μὲν τῇ ὑποθέσει, διηνεκὲς δὲ τῷ χρόνῳ, διδασκόμενον δὲ ὑπὸ ποιητοῦ τοῦ θεοῦ, κατά τις τὸ δρᾶμα τοῦτο ὑποδυόμενος, καὶ τάξας ἑαυτὸν πρωταγωνιστὴν τοῦ χοροῦ, φυλάττοι μὲν τὸ τοῦ ποιητοῦ ἀξίωμα, σχηματίζοιτο δὲ τῷ ἤθει τοῦ λόγου πρὸς τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων, ὧν δραματουργεῖ ὁ θεός, ἆρ' ἄν τις ἡγήσαιτο τοῦτον [3] τὸν πλημμελῆ καὶ πολύφωνον, καὶ οἷον τὸν Πρωτέα διηγεῖται Ὅμηρος, Ἥρω θαλάττιον, πολύμορφόν τινα καὶ παντοδαπὸν τὴν φύσιν; ἢ καθάπερ εἰ μουσικῆς τέχνης καὶ δυνάμεως τοῖς ἀνθρώποις ἔδει πρὸς εὐδαιμονίαν, οὐδεὶς ἂν δή τις λόγος ἦν ἀνδρὸς πρὸς μὲν τὸν [4] Δώριον τρόπον ἡρμοσμένου καλῶς, εἰ δέ του ἐδέησεν ἴσιον ἁρμόσασθαι κατὰ τὸ Αἰόλιον ἦθος, ἀφώνου γιγνομένου, ἐν τῇ πολυφωνίᾳ τῆς τέχνης. Ἀλλ' ἐπεὶ ᾠδῆς μὲν καὶ τῆς ἐκ μελῶν ψυχαγωγίας ὀλίγη τοῖς ἀνθρώποις χρεία, δεῖ δέ τινος ἄλλης μούσης ἀνδρικωτέρας, ἣν Ὅμηρος μὲν Καλλιόπην ὀνομάζων χαίρει, [5] ὁ Πυθαγόρας δὲ φιλοσοφίαν, ἄλλοι δὲ ἴσως ἄλλο

[1] *Hâc diſſertatione contendit* Maximus, *id negotii Philoſophis eſſe datum, ut de rebus omnibus diſputent. Scripta eſt diatriba in Academicorum gratiam, qui pro omnibus & contrà omnia dicebant, ut notavit* Cicero de Orat. *lib. I. c.* 18. *& lib. III. c.* 18. *Exordium petitum eſt ex* Teletis *libro* περὶ αὐταρκείας, *niſi quòd noſter loco* fortunæ Deum *ſubſtituerit* : Δεῖ, ὥσπερ τὸν ὑποκριτὴν, *inquit ille apud* Joan. Stobæum *Serm. V. p.* 68, ὅ, τι ἂν ὁ ποιητὴς περιθῇ πρόσωπον, τοῦτο ἀγωνίζεσθαι καλῶς· οὕτω καὶ τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα, ὅ, τι ἂν περιθῇ ἡ τύχη. Καὶ γὰρ αὕτη, φησὶν ὁ Βίων, ὥσπερ ποιήτρια, ὁτὲ μὲν πρωτολόγου, ὁτὲ ὑστερολόγου περιτίθησι πρόσωπον, καὶ ὁτὲ μὲν βασιλέως, ὁτὲ δὲ ἀλήτου· μὴ οὖν βούλου δευτερολόγος ὢν τὸ πρωτολόγου πρόσωπον. *Similia habet idem Philoſophus lib.* περὶ περιστάσεων *in laudati excerptoris Sermone CVI. p.* 575. *Vide etiam* Epictetum *in Enchir. c.* 23. *& quæ ad eum locum* Simplicius. [2] *Vocula tranſpoſitio hiulcam facit oratio-*

τι

## *Omni ſubjecto philoſophiam convenire.*

## DISSERT. XXXVII.

QUid cauſæ eſt cur nihil delinquere aut abſurdi committere hiſtriones putentur qui Dionyſiis poëtarum repræſentant fabulas: quod nunc Agamemnonis, nunc Achillis vocem exprimant, Telephi ſubinde aut Palamedis perſonam induant, aut aliud quodcunque drama poſtulet: ſemperque iidem cum ſint, alii tamen videantur? Quod ſi quis ludos Bacchicos reliquaſque delectationes theatro malit relinquere, aliamque in vita communi eſſe exiſtimet fabulam, quæ non iambis medius fidius aliquot, quos feſti unius cauſa poëta aliquis conſarcinavit ex arte, aut cantiunculis, quas apte inter ſe chorus moduletur, ſed ipſa vita ejuſque conſtet actionibus, quæ philoſopho digna eſſet fabula (utpote argumento verior, tempore perpetua, nec ex poëtæ repræſentanda præſcripto, ſed ipſius Dei) ſi quis ad actionem, dico, hujus fabulæ veniat hiſtrio, primaſque in choro ſibi ſumat, qui & dignitatem poëtæ tueri, diverſiſque orationis geſtibus res omnes, quæ à Deo in hoc conſcriptæ ſunt dramate, commodè exprimere poſſet, meritóne reprehendi deberet hic homo aut vafer haberi? Vel qualem Protea deſcribit ſuum Homerus, quem heroëm facit marinum, qui in formas omnes tranſit, omnes in naturas? An verò aliter hic agitur? Ut, exempli gratia, ſi nemo ſine arte Muſica ejuſque ad felicitatem pervenire poſſet ſcientia, adeſſet autem aliquis, qui Doricos quidem modos teneret omnes, in Æolicis autem, ſi quando eos ars quæ varia eſt requireret, obmuteſceret, nullus ejus hominis uſus in arte ea eſſet quæ diverſitatem vocum ac varietatem requirit. Cum vero Muſices ejuſque quæ ex modulationibus hauritur voluptatis uſus ſit exiguus hominibus, ſed robuſtiore quadam Muſa ſit opus, quam Calliopen Homerus, Philoſophiam Pythagoras, alio alius appellat nomine: tali

*nem: lege igitur,* τὰ μὲν τῦ Διονύσε φυλάττει καὶ τὴν παιδιὰν τοῦ θεάτρου. [3] MS. *rectè hanc particulam omittit;* Heinſius *autem locum ſic emendat.* Ἆρ' ἂν τις ἡγήσαιτο πλημμελῆ τοῦτον τὸν πολύφωνον καὶ οἷον τὸν Πρωτέα διηγεῖται Ὅμηρος, Ἥρω θαλάττιον, πολύμορφόν τινα καὶ παντοδαπὸν τὴν φύσιν. *Deſcriptionem Protei vide ſis Odyſſ.* Δ. *v.* 456. *quam mutuò ſumpſit* Virgil. *Georg. IV.* 406. [4] *Modus tum Doricus tum Æolicus à Terpandro erat inventus.* Pollux *Onom. lib. IV. c.* 9. Νόμοι δὲ οἱ Τερπάνδρου ἀπὸ μὲν ἐθνῶν, ὅθεν ἦν, Αἰόλιος καὶ Βοιώτιος· ἀπὸ δὲ ῥυθμῶν, ὄρθιος καὶ τροχαῖος, ἀπὸ δὲ τρόπων, ὀξὺς καὶ τετραοίδιος, ἀπὸ δὲ τοῦ αὐτοῦ καὶ τοῦ ἐρωμένου Τερπάνδριος καὶ Καπίων. *Vid. &* Plutarchum *de Muſ. pagg.* 1132 *&* 1136. [5] *Pythagoras videlicet cum Leonte Phliaſiorum principe differens, ſe Philoſophum vocavit, quùm antea ii, qui in veritate indagandâ operam ponebant, ſapientes nominabantur.* Cicer. *Tuſc. Quæſt. lib. V. c.* 3. *Hoc nomen tanquam inſolentiſſimum acritèr incuſat* Quintil. *Inſt. Orat. lib. I. p.* 3.

ergo,

τι· τὸν τῇ μούσῃ ταύτῃ κάτοχον ἄνδρα, καὶ λόγον, ἄρα ἧττον ἐκείνων τῶν ᾠδικῶν ἡρμόσθαι δεῖ πολυφώνως τε καὶ πολυτρόπως, σώζοντα μὲν ἀεὶ τὸ τῶν ποιημάτων κάλλος, μηδέποτε δὲ ὑπ᾿ ἀφωνίας ἐκπληττόμενον; εἰ μὲν γὰρ ἔστι τις χρόνος βίου ἐν τῷ μακρῷ τούτῳ καὶ διηνεκεῖ αἰῶνι ἀνενδεὴς φιλοσόφου λόγου, οὐδὲν δεῖ τῆς πολυμεροῦς ταύτης καὶ πολυτρόπου μούσης τε καὶ ἁρμονίας, εἴπερ τὰ ἀνθρώπινα εἰς ἓν σχῆμα συνταχθέντα ὁμοίως πρόεισιν, οὔτε εἰς λύπας ἐξ ἡδονῆς, οὔτε εἰς ἡδονὴν ἐκ λύπης μεθιστάμενα, οὔτε πάθος ἀμείβοντα ἐκ πάθους· οὕτως ἄνω καὶ κάτω στρέφοντα καὶ μεταβάλλοντα τὴν ἑκάστου γνώμην·

[6] Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
Οἷον ἐπ᾿ ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε·

Ἀντίστροφα γὰρ [7] ὑπὸ τῶν ἀνθρωπίνων βουλεύεται τὸ δαιμόνιον, καὶ ἔστιν αὐτῶν ἐφήμερος ἡ φύσις. Ὥσπερ οὖν τῶν ποταμῶν, οὓς ἀφιᾶσιν αἱ ἀέναοι πηγαί, τὸ μὲν ὄνομα ἕν, ὁ Σπερχειὸς ἢ Ἀλφειός, ἢ ἄλλο τι, ἀμείβεται δὲ ἡ φύσις τὸ ἐπιὸν πρὸς τὸ οἰχόμενον, [8] ἐξαπατᾷ τὴν ὄψιν τῇ συνεχείᾳ τῆς φορᾶς, ὡς ἑνὸς ὄντος ποταμοῦ διηνεκοῦς καὶ ἰωμένου· οὕτω καὶ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων, ὥσπερ ἐκ πηγῆς ἀενάου ῥεῖ ἡ γένεσις καὶ ἡ χρηεία, ὀξέως μὲν καὶ ὑπὸ ἀμηχάνου τάχους, ἀνεπαίσθητος δὲ ἡ φορά· καὶ ἐξαπατᾶται ὁ λογισμός, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ ἡ ὄψις, καὶ καλεῖ βίον ἕνα καὶ τὸν αὐτόν· τὸ δὲ ἐστι χρῆμα πολύμορφον καὶ παντοδαπόν, πολλαῖς μὲν τύχαις, πολλοῖς δὲ πράγμασι, πολλοῖς δὲ καιροῖς ἀλλοιούμενον· ἐπιτέτακται δὲ αὐτῷ ὁ λόγος, σχηματιζόμενος ἀεὶ τοῖς παροῦσιν· ὥσπερ ἰατροῦ τέχνη ἐπὶ σώματι οὐκ ἑστῶτι, ἀλλὰ φερομένῳ ἄνω καὶ κάτω, καὶ ὑπὸ κενώσεως, καὶ πλησμονῆς κυκωμένῳ, οἰκονομοῦσα αὐτοῦ τὴν ἔνδειαν καὶ τὸν κόρον. Τοῦτο καὶ τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ ὁ τῶν φιλοσόφων ἀξιοῦται λόγος, ξυναρμοζόμενος τοῖς πάθεσι, καὶ πεπαίνων μὲν τὰ σκυθρωπά, συνευφημῶν δὲ τοῖς φαιδροτέροις. Εἰ δὲ διὰ βίου τάξις μία καὶ εἶδος ἕν, ἑνὸς ἔδει λόγου καὶ [9] ἔθους ἑνός. Νῦν δέ, ἀοιδοῦ μὲν πρὸς κιθάραν μινυρίζοντος καιρὸς εἷς, ἐπειδὰν πλήθωσιν αἱ τράπεζαι,

[10] Σίτου καὶ κρειῶν, μέθυ δὲ κρητῆρος ἀφύσσων
Οἰνοχόος προχέῃσι· ——————

Καὶ ῥήτορος καιρὸς εἷς, ἐπειδὰν ἀθροισθῇ τὰ δικαστήρια· καὶ ποιητοῦ καιρὸς εἷς ἐν Διονυσίοις, ἐπειδὰν χοροῦ δέῃ· τῷ δὲ φιλοσόφου λόγῳ οὐδεὶς ἀποτέτμηται καιρὸς ἴδιος, ἀλλὰ συμπέ-

[6] *Odyſſ.* Σ. v. 135. [7] *Leg. cum* H. Stephano ὑπὲρ *aut* ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων. [8] *Hâc de causâ negârunt Philoſophi nos in idem flumen bis deſcendere.* Plato *in Cratyl.* p. 265. A. Ἡράκλειτος λέγει, ὡς δὶς ἐς τὸν αὐτὸν ποταμὸν οὐκ ἂν ἐμβαίης. Seneca *Ep. LVIII.* Hoc eſt quod ait Heraclitus, In idem flumen bis non deſcendimus. Manet idem fluminis nomen, aqua tranſmiſſa eſt. [9] *Legit* ἤθους *per* ἦτα D. Heinſius. *Carere ſermo-*

φυκεν

ergo, quem afflaverit hæc Muſa hoc ſtudium, ſi & dignitatem tueri ejus, & nunquam ſuam ſilentio confiteri velit imperitiam, minus quam vulgaribus iſtis, ad omnia vocum modorumque genera accommodandam eſſe vitam arbitramur? Si enim ita ſe res ferrent, ut in tam longo perpetuoque ævo pars vitæ eſſet, quæ philoſophia opus non haberet, fortaſſe diverſa hac multimodaque nihil eſſet opus modulatione Muſica: ſi res humanæ vultum ſervarent ſuum, ſi eodem modo procederent, non ut voluptatem mœror, mœrorem voluptas, caſum caſus exciperet: atque hæc ipſa ſurſum ſecum deorſumque mentem ſingulorum traherent.

*Talis mens hominum terræ quos ſuſtinet uber,*
*Qualem cottidie genitor velit eſſe Deorum.*

Converſionem enim rebus quotidie humanis inducit Deus: nec alia quam in diem earum eſt conditio. Quippe ſicut fluviis qui e perpetuo oriuntur fonte, nomen unum eſt, Sperchius videlicet, Alpheus, aut ſimile, nova autem ſemper aquarum acceſſio, quarum hæc tranſiit, illa accedit, oculis imponit, ut unum idemque eſſe videatur flumen: eodem modo e perenni res humanæ fonte, mira quadam perpetuaque velocitate fluunt, naſcuntur, proveniunt; curſum verò eorum nemo ſentit, nec aliter humana in eo decipitur ratio, quam in fluvio aſpectus; ut unam eandemque eſſe arbitretur vitam. Ea autem res diverſa in primis eſt ac varia, quæ à caſibus, negotiiſque multis mutatur & occaſionibus. Huic præeſt ratio, quæ præſentibus ſemper ſe accommodat. Non aliter quam medicina in corpore inſtabili, quodque nunc in hanc, nunc in illam varie movetur partem, & aut fame aut nimio infeſtatur cibo, utrumque tam hoc quam illud arte certa temperat, ut nec cibo egeat, nec repleatur nimium: idem in vita humana ſermo poteſt philoſophicus: ut ipſis ſe accommodet affectionibus, adeoque ſi quæ duriores ſunt mitiget, ſi quæ hilariores ſunt approbatione ſua confirmet. Quod ſi vivendi unus eſſet modus, eademque ratio, una opus diſciplina eſſet, una vivendi conſuetudine. Nunc vero certum vides citharœdo tempus eſſe, cum ad fides molliter canit, cùm redundent menſæ,

*Frugibus atque epulis, meraque è crateribus altis*
*Effundat pincerna.*------------

Certum tempus oratori in judicio frequenti: certum Dionyſiis poëtæ, cùm chorum ſuum flagitat ſpectator. Sola philoſophia tempus non agnoſcit certum, ſola vitæ humanæ arctiſſime ad-

---

*nem Romanum verbo, quo in Rhetoricis exprimatur hujuſce vis, notavit* Quintil. *Inſt. Orat. lib.* VI. *c.* 2. [10] *Odyſſ.* I. *v.* 9. *Sed in* Homeri *exemplaribus verſus hoc modo ſunt ſcripti:*

--- Μέθυ δ' ἐκ κρατῆρος ἀφύσσων
Οἰνοχόος ΦΟΡΕΗΣΙ.

hæret,

φυχὴν ἀτεχνῶς τῷ βίῳ, καὶ ἀνακέκραται, καθάπερ τοῖς ὀφθαλμοῖς τὸ φῶς. Τί γὰρ ἂν ἐπινοήσαις ὀφθαλμοῦ ἔργον, ἀφελὼν τὸ φῶς; ἀλλ' ὄψις μὲν ἤδη καὶ ἐν νυκτὶ θαρσεῖ, ἀμβλὺ μὲν ὁρῶσα, [11] αἰτίζουσα δὲ ἐν τῷ ἀφανεῖ τὴν χειραγωγίαν· τοῦ δὲ τῶν ἀνθρώπων βίου ἂν ἀφέλῃς λόγον, οἰχήσεται κατὰ κρημνῶν τινῶν πονηρὰς καὶ ἀσαφεῖς ὁδοὺς καὶ τραχείας· οἵας ὁδοὺς καὶ τὸ βαρβαρικὸν ἔρχεται, [12] ὅσον αὐτοῦ μετέχει λόγου· τὸ μὲν, λῃζόμενον, τὸ δὲ, [13] μένον, τὸ δὲ, μισθοφοροῦν, τὸ δὲ, πλανώμενον. Ἀλλ' αἰπολίου μὲν ἂν ἀποστήσας τὸν ποιμένα καὶ ἀφελὼν τὴν σύριγγα, διέλυσας τὸ αἰπόλιον· τῆς δὲ τῶν ἀνθρώπων ἀγέλης ἐὰν ἀποστήσῃς τὸν ἡγεμόνα τοῦτον καὶ συναγωγέα λόγον, τί ἄλλο δράσεις; λυμαίνῃ καὶ διαλύεις ἀγέλην, ἥμερον μὲν τὴν φύσιν, δυσπαθῆ δὲ ὑπὸ πονηρᾶς τροφῆς, καὶ δεομένην ποιμένος μουσικοῦ, μὴ μάστιγι μηδὲ κέντρῳ κολάζοντος αὐτῶν τὴν ἀπείθειαν· παραπλήσιον γὰρ δοκεῖ δρᾶν μοι ὅστις οὐκ ἀξιοῖ τὸν φιλόσοφον μηδένα παριέναι καιρὸν λόγου, οἷον εἴ τις καὶ ἀνδρὶ δεινῷ τὰ πολέμια, ἀγαθῷ μὲν ὁπλιτεύειν, ἀγαθῷ καὶ ἐκηβολεῖν, καὶ ἐφ' ἵππου καὶ ξὺν ἅρματι, ἀποκεῖναι καιρὸν ἕνα ἐξελόμενος τῆς ὅλης τοῦ πολέμου χρείας καὶ τύχης, πράγματος οὐχ ἑστῶτος οὐδ' ὡμολογημένου. Ἀθλητῇ μὲν γάρ ἐστιν, Ὀλυμπίασιν ἀγωνισαμένῳ, ἀμελῆσαι τοῦ Ἰσθμοῦ· καίτοι κἀνταῦθα ἐπονείδιστος ἡ ῥαθυμία· οὐκ ἀνέχεται ἡ φιλότιμος ψυχὴ, ῥᾳστώνης πόθῳ, τὸ μὴ διὰ πάντων ἐλθεῖν, καὶ μεταλαχεῖν κοτίνου μόνον Ὀλυμπίασιν, ἀλλὰ καὶ [14] πίτυος Ἰσθμικῆς, καὶ σελίνου Ἀργολικοῦ, καὶ * μήλων Πυθικῶν· καὶ ταῦτα, οὐκ αὐτὴ ἔχουσα ἡ ψυχὴ τὴν αἰτίαν τῆς ἀγωνίας, ἀλλὰ διὰ τὴν συνοίκησίν τε καὶ πρὸς τὸ σῶμα ὁμιλίαν, συναπολαύουσα τῆς νίκης αὐτῶν καὶ τῶν κηρυγμάτων. Ὅπου δὲ καὶ ὁ πόνος τῆς ψυχῆς αὐτῆς, καὶ τὸ ἀγώνισμα τῆς ψυχῆς [15] μόνης, ἐνταῦθα παρόψεται τὸν ἀγῶνος καιρὸν, καὶ ῥαθυμήσει ἑκοῦσα, ὅπου μήτε μῆλα, μήτε κότινος τὸ ἆθλον, ἀλλ' ἀντὶ τούτων, ὡραιότερον μὲν πρὸς φιλοτιμίαν, ἀνυσιμώτερον δὲ τοῖς θεαταῖς

---

[11] *In Manuſcripto Codice legebatur* εἰκάζουσα, *quæ quidem vox huic loco non convenit.* [12] *Aſſentior* H. Stephano, *qui putat negativam particulam excidiſſe, & legit,* ὅσον αὐτῷ μὴ μετέχει λόγου. [13] *Liquet ex interpretatione* C. Paccii, *illum in ſuo codice inveniſſe* μαινόμενον, *qui etiam conjecturam, quam in præcedente notulâ retulimus, abundè confirmat; totum enim locum ſic vertit.* Cujuſmodi barbaries cuncta incedit, ea ſcilicet quæ rationis NON eſt particeps, vel depopulatione agrorum vel INSANIA vel mercenariâ militia vel etiam errore. [14] *Pinu quidem primùm coronabantur Iſthmionicæ, ei ſucceſſit apium, deinde pinus priſtinam dignitatem recuperavit ut videre eſt apud* Plutarchum *in* Sympoſ. *lib. V. Qu.* 3. *p* 676. *In ludis verò Nemeæis apium ſemper obtinuit.* Plinius *N. H lib. XIX. c.* 8. Honos ipſi (*apio*) in Achaiâ coronare victores ſacri certaminis Nemeæ. *Vide &* Suidam. * *Inſtituto hoc certamine, corona lau-*

πρὸς

hæret, neque magis ab ea ſeparari, quam lux poteſt ab oculis. Quod enim oculo relinquis opus, lucem ſi demis illi? Et tamen viſus noſter noƈte etiam poteſt aliquid: licet caliget enim, auxilium tamen manuduƈtoris flagitat in tenebris. At ex humana vita rationem ſi tollas, de ſemita continuo ſua per aſperas incertaſque aberrabit ſalebras, donec in præceps feratur. Quod in Barbaris vides, ſi qui eorum ratione deſtituuntur: alii prædæ cauſa ſemper vagantur, manent ſemper alii, alii mercede locant operam, alii quo error ducit ſequuntur. Nam ut è pecudum grege paſtorem ſi tollas, fiſtulam demas, gregem diſſolvis: ita in hoc hominum grege, rationem ſi demas, quæ vitæ dux eſt, in unum errantes quæ cogit, quid aliud agis? Diſſolvis nimirum ac disjungis hunc gregem; natura quidem cicurem & mitem; ſed quem pabulorum facile corrumpit incuria: qui paſtorem requirit commodum, non qui flagris ſemper aut ſtimulis in eorum rigide advertat contumaciam. Non aliud enim mihi facere videtur, qui nullum prorſus omittere philoſophum philoſophandi vult tempus, quàm ſi viro quis militari, qui & inter cataphraƈtos pugnare cum laude, & eminus tela tam ex equo quàm è curru poſſit dirigere, certum aliquod belli tempus præfigat, aut parti alicui ex omnibus aſtringat: idque tam varia in re ambiguaque. Fortè enim athletæ ut Olympicis certet, Iſthmica verò negligat, aliquis permittat. Quamvis nec hæc reprehenſione careat ignavia. (Non enim facilè à ſe generoſa impetrare poteſt anima, ut non omnia experiri malit quam otiari: nec oleaſtrum tantum Olympicis, ſed & pinum Iſthmicis, & apium Argolicum, & mala conſequatur Pythica. Cum præcipuè non cauſa ſua hæc certamina ſubeat anima, ſed ob eam qua cohæret cum corpore ſuo & verſatur conſuetudinem, viƈtoria ipſius quoque deleƈtetur & præconio.) Ubi verò totus animæ ſolius labor poſcitur, ſolius animæ certamen cernitur, hic occaſionem illius negliget anima, hic volens ſcienſque torpebit? Ubi nec mala nec oleaſter proponitur, ſed aliud præmium: quod, ſi pulchritudinem intueare, magis expetendum, ſi ſpeƈtatorum commodum, magis ſit

*rea erat viƈtoris præmium, cujus rei rationem reddent inter alios* Ælian. *V. H. lib. III. c.* 1. *&* *Hypoth. III. in* Pindari *Pyth. Poſteà tamen* μῆλα νικηφόρα *ſunt attributa.* Archias *in Epigr.*

Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροί,
Οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ', ἀθανάτων·
Ζηνὸς, Λητοΐδαο, Παλαίμονος, Ἀρχεμόροιο,
Ἆθλα δὲ τῶν κότινος, ΜΗΛΑ, σέλινα, πίτυς.

Lucian. *de Gymn. Tom.* 2. *p.* 272. Ὀλυμπίασι μὲν στέφανος ἐκ κοτίνου, Ἰσθμοῖ δὲ ἐκ πίτυος, ἐν Νεμέᾳ δὲ σελίνων πεπλεγμένος, Πυθοῖ δὲ μῆλα τῶν ἱερῶν τοῦ θεοῦ. *Non tamen intelligo quomodo* ἐκ μήλων (*quæ vox fruƈtum non arborem ſignificat*) *corona poterit fieri. Certè ſecundùm* Libanium, Μηλέα (*Malus*) στεφανοῖ τὸν ἀγῶνα τὸν Πύθιον. *In laud. Palm. & Pom. Tom. II. p.* 716. *Forſan non abſurdè quis conjecerit, Pythionicam ramulis fruƈtu oneratis fuiſſe coronatum. Vid.* Palmerii *Exercit. in Anacharſin.* [15] *Addit* MS. καὶ ἡ νίκη μόνη.

utile

πρὸς ὠφέλειαν, ἐναργέστερον δὲ τῷ λέγοντι πρὸς πίστιν βίας; οἱ δὲ καιροὶ τῆς ἀγωνίας καὶ οἱ τόποι ἄλλοτε ἄλλοι ἄφνω κηρυττόμενοι, καὶ ἀθροίζοντες [16] πλῆθος Ἑλληνικὸν αὐτόκλητον καὶ αὐτεπάγγελτον, καὶ ξυνιὸν οὐκ ἐφ᾽ ἡδονῇ ὀφθαλμῶν, ἀλλὰ ἀρετῆς ἐλπίδι, ὅπερ οἶμαι τῇ τοῦ ἀνθρώπου ψυχῇ ἡδονῆς συγγενέστερον. Ἰδεῖν γοῦν ἔστιν ἐπὶ μὲν τὰς ἄλλας θέας, ὁπόσαι ῥώμης ἢ τέχνης σωμάτων, ἀφικνουμένους σπουδῇ οὐδένα τῶν θεατῶν, ὡς τὸ θέαμα ζηλώσοντα ἢ μιμησόμενον· ἀλλ᾽ ἐκεῖ μὲν ἐξ ἀλλοτρίων πόνων τὰς ἡδονὰς τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐρανιζόμεθα, καὶ ἐκ μυρίων θεατῶν οὐδεὶς ἂν εὔξαιτο εἷς εἶναι τῶν ἐν μέσῳ τῷ σταδίῳ κονιομένων, ἢ θεόντων, ἢ ἀγχόντων, ἢ ἀγχομένων, ἢ τυπτομένων, πλὴν εἴ πού τις ἀνδραποδώδης ψυχή· ἐνταῦθα δὲ τοὐναντίον οἶμαι καὶ τὴν ἀγωνίαν τήνδε ἐκείνης τῆς ἀγωνίας φιλοτιμοτέραν εἶναι καὶ τοὺς πόνους τῶν πόνων ἀνυσιμωτέρους, καὶ τὸ θέατρον τοῦ θεάτρου συμπαθέστερον, ὥστε οὐδεὶς τῶν παρόντων, νοῦν ἔχων, οὐκ ἂν εὔξαιτο ἀποθέμενος τὸν θεατὴν, ἀγωνιστὴς γενέσθαι. Τί δή ποτ᾽ οὖν τὸ τούτων αἴτιον; [17] ὅτι τὰς μὲν τῶν σωμάτων τέχνας καὶ τὰς ἐπὶ ταύταις ταλαιπωρίας οὐ πᾶσα ἀνέχεται σαρκῶν φύσις, οὐδέ ἐστι τὸ χρῆμα κομιδῇ ἑκούσιον, ἀλλ᾽ αὐτοφυὲς καὶ αὐτόματον, καὶ εἰς ὀλίγους ἐκ πολλῶν ἧκον· ἢ γὰρ κατὰ μέγεθος φῦναι δεῖ [18] Τιτόρμῳ ὅμοιον, ἢ κατὰ καρτερίαν Μίλωνι, [19] ἢ κατὰ ῥώμην Πολυδάμαντι, ἢ κατὰ τάχος Λασθένει· εἰ δέ τις ἀσθενέστερος μὲν ἂν [20] τοῦ Ἐπειοῦ, αἴσχιων δὲ τοῦ Θερσίτου, [21] μικρότερος δὲ τοῦ Τυδέως, * βραδύτερος δὲ τοῦ Αἴαντος, καὶ πάσας τὰς τοῦ σώματος ἐλαττώσεις ἠθροισμένας ἔχων, ζηλώσαι τὴν ἀγωνίαν, ἢ ἔρωτι ἠράσθη κενὸν καὶ ἀτελεύτητον. Τὰ δὲ τῆς ψυχῆς ἀγωνίσματα ἔμπαλιν ἔχει τοῖς ἐκεῖ· [22] ὀλίγον γὰρ καὶ σπάνιον ἐν τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει, τὸ μὴ πεφυκός· οὐ γὰρ αὐτοφυεῖς αἱ τῆς ψυχῆς ἀρεταὶ, οὐ γὰρ αὐτόματοι, ἀλλὰ προσεξεργάζεται μέν τι καὶ ἡ φύσις, ὁ-

---

16 *Manifestò leg.* Πανελληνικὸν, *ut* Heinſius *quoque monuit.* 17 *Corporis videlicet robur non eſt in noſtrâ poteſtate ſitum, ſed aliunde proficiſcitur.* Simplicius, Τὸ σῶμα δεῖται μὲν καὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς σπερμάτων ἐρρωμένων καὶ συμμίξεως ὑγιοῦς· δεῖται δὲ καὶ ἀναστροφῆς, καὶ γυμνασίων, τόπων τε καὶ αἰθέρων εὐκράτων, καὶ ὑδάτων χρηστῶν· καὶ ἐπὶ τούτοις πᾶσιν ἐκεῖνο τὸ, ἐρρωμένον ποιεῖν εἰς ὅ, τι ἄν τις αὐτὸ βούληται· καὶ τούτων οὐδενὸς ἡμεῖς ἐσμεν κύριοι, πρὸς τὸ πάντη πάντως περιποιῆσαι ἢ ἀποσοβῆσαι. *In* Epictet. *p.* 32. *ed. Salmaſ.* 18 *Titormus bubulcus erat gente Ætolus, Milo autem athleta Crotoniates, ob enormem magnitudinem & immenſas vires à pluribus ſcriptoribus celebrati. Suprà modum edaces fuêrunt, adeò ut de integro bove devorando inter ſe certârint. Vid. Ælian. V. H. lib. XII. c.* 22. *Heſychium, &* Athenæum *Deipn. lib. X. p.* 412. 19 *Hic Polydamas alius eſt ab eo, qui Hectoris erat amicus à* Plinio *H. N. lib. VII. c.* 49. *aliiſque memoratus. Noſter patriâ erat Scotuſſæus. Olympiade XCIII.* παγκράτιον *vicit, aliaque egregia facinora præſtitit, de quibus vid. Pauſaniam lib. VI. p.*352. *& ſeq. Laſthenes erant plures quorum mentionem fecêre Dion*

*σον*

utile: quod poſtremo vitam dicentis efficaciùs commendet. Tempus certaminis hujus & locus non eſt unus, neque raro indicitur ex improviſo: in quibus tota ſua ſponte convenit Græcia, non ut oculos paſcat, nec voluptatis ſpe tantum, ſed virtutis: quod meo quidem judicio bonum animæ magis eſt proprium quam voluptas ulla. Illud præterea videbis, ad reliqua quæ robore aut arte corporis conſtant certamina, nullum eo animo venire ſpectatorem, ut imitari id quod agitur aut ſequi velit. Siquidem ex alienis ibi voluptatem oculorum aucupamur laboribus, nec in mille unum invenias ſpectatoribus, qui eorum optet eſſe è numero, qui medio in ſtadio pulvere fœdantur, aut currunt, aut premunt, aut premuntur, aut vapulant: niſi anima quædam fortaſſe ſit degener, tantumque ſervilibus nata miniſteriis. Hic verò tanto hoc certamen illo liberalius eſſe, hos labores illis utiliores eſſe reor, tanto magis hoc quam illo ſpectatorem ſanæ mentis affici, ut non facilè reperiri aliquem ex illis poſſe putem, qui non certare malit quam ſpectare. Quæ verò cauſa eſt? quia corporis nimirum artes laboreſque earum, corpus non facile ſuſtinet quodvis: eſtque ea res non in voluntate cujuſquam poſita, ſed naturalis, ſed ſpontanea, & quæ ex infinito hominum numero pauciſſimis ſit conceſſa. Nam aut corporis mole Titormo, aut viribus Miloni, aut robore Polydamanti, aut velocitate ſimilem priùs naſci oportet Laſtheni. Quod ſi quis infirmior ſit Epeo, deformior Therſite, minor Tydeo, Ajace tardior, omniaque quæ vituperari poſſint, ſimul in corpore conjunxerit, & certare tamen velit, fruſtra hoc optat, fruſtra ſperat. At verò animæ contra certamina ſe habent ac illud. Pauci quippe ſunt mortalium, qui non ad hæc ſatis à natura ſint inſtructi. Non quod per ſe arbitrer aut ſponte ſua naſci animæ virtutes: ut qui ſciam & naturam aliquid conferre, non ſecus quam qui muro maximo fundamentum ſubjicit parvum, aut navi altiſſimæ parvam

Caſſius *lib.* XXXVI. Demoſthenes *& alii.* [10] *Epei ἀδυνατεῖ in diſco emittendo irrident Græci apud* Homerum *Il.* Ψ. *v.* 439. *Therſitæ autem deformitatem optimè deſcriptam vid. Il.* B. *v.* 216. [11] *Reſpicit ad Il.* E. *v.* 81. *ubi ità loquitur Minerva.*

Τυδεύς τοι μικρὸς μὲν ἔην δέμας, ἀλλὰ μαχητής.

* *Ajax Oilei filius ab Ulyſſe victus eſt, non propter pedum tarditatem, ſed quòd inter currendum lapſus eſt. Il.* Ψ. *v.* 774. *& ſeqq. Alioqui ſæpè dicitur* Ὀϊλῆος ταχὺς Αἴας. *vid. v.* 754. *adeò ut injuriâ eum βραδύπουν inſimulet noſter.* [12] *Elegantèr hanc in rem* Quintilianus. Plures reperias & faciles in excogitando & ad diſcendum promtos; quippe id eſt homini naturale: ac ſicut aves ad volatum, equi ad curſum, ad ſævitiam feræ gignuntur: ità nobis propria eſt mentis agitatio atque ſolertia, unde origo animi cœleſtis creditur. Hebetes verò & indociles non magis ſecundum naturam hominis eduntur, quàm prodigioſa corpora & monſtris inſignia: ſed hi pauci admodum: fuerit argumentum, quod in pueris elucet ſpes plurimorum; quæ cum emoritur ætate, manifeſtum eſt non naturam defeciſſe, ſed curam. *Inſt. Orat. lib.* I. *c.* 1.

carinam.

σον ὑποβάλλειν κρηπῖδα ὀλίγην μεγάλῳ τειχίῳ, ἢ τρόπιν μικρὰν ὑψηλῇ ὁλκάδι. συγκατῴκισε δὲ ὁ θεὸς τοῖς λογισμοῖς ἔρωτα καὶ ἐλπίδα, τὸν μὲν, ὡσπερεὶ πτέρωμά τι κοῦφον καὶ μετάρσιον, ἐπαῖρόν τε καὶ ἀνακουφίζον τὴν ψυχὴν, καὶ παρέχον αὐτῇ δρόμον ἐπὶ τὰς αὐτῆς ὀρέξεις (καλοῦσι δὲ τὸ πτέρωμα οἱ φιλόσοφοι τοῦτο, ὁρμὴν ἀνθρωπίνην) αἱ δὲ ἐλπίδες συγκατῳκισμέναι τῇ ψυχῇ, παραμύθιον ταῖς ἑκάστου ὁρμαῖς, οὐ κατὰ τὴν Ἀττικὴν ποιητὴν, τυφλαὶ, ἀλλὰ ὀξυωπεῖς πάνυ, οὐκ ἐῶσαι αὐτὴν ἀπαγορεῦσαι πονοῦσαν, ὡς τευξομένην πάντως ὧν ἐρᾷ. πάλαι γὰρ ἂν, ἀπούσης ἐλπίδος, καὶ ὁ χρηματιστὴς ἐπαύσατο χρηματιζόμενος, καὶ ὁ μισθοφόρος στρατευόμενος, καὶ ὁ ἔμπορος πλέων, καὶ ὁ λῃστὴς λῃϊζόμενος, καὶ ὁ ἀκόλαστος μοιχεύων. [22] ἀλλ' οὐκ ἐῶσιν αἱ ἐλπίδες, παραστᾶσαι τούτοις ἀντιλαμβανόμεναι πονεῖν καὶ ἀπειλοῦσαι· τὸν μὲν χρηματιστὴν, ὡς πλουτήσοντα· τὸν δὲ πολεμοῦντα, ὡς νικήσοντα· τὸν δὲ πλέοντα, ὡς σωθησόμενον· τὸν δὲ λῃϊζόμενον, ὡς κερδανοῦντα· τὸν δὲ μοιχεύοντα, ὡς λησόμενον· κατά τις ἕκαστον ὑπολαβοῦσα αἰφνίδιος συμφορὰ, ἐσύλησε μὲν τὸν χρηματιστὴν, ἀπέκτεινε δὲ τὸν μισθοφόρον, κατέδυσε δὲ τὸν ἔμπορον, ἔλαβε δὲ τὸν λῃστὴν, ἐφώρασε δὲ καὶ τὸν μοιχόν· καὶ ἀπολώλασιν αὐτοῖς αἱ ὀρέξεις, σὺν αὐταῖς ἐλπίσιν· οὐδὲν γὰρ τούτων περιέλαβε μέτρῳ οὐδὲ ὥρισεν ὁ θεὸς, οὔτε πλοῦτον, οὔτε ἡδονὰς, οὔτε ἄλλο τι τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιθυμημάτων· ἀλλ' ἔστιν αὐτοῖς ἄπειρος ἡ οὐσία· ἔνθεν που καὶ οἱ διώκοντες ταῦτα, ἐμπλησθέντες αὐτῶν, διψῶσι μᾶλλον· ἔλαττον γὰρ τὸ ληφθὲν τοῦ προσδοκωμένου· ὁπόταν δὲ ἥξῃ ψυχὴ ἐπὶ πρᾶγμα ἑστὼς καὶ ὡμολογημένον καὶ πεπερασμένον καὶ ὡρισμένον, καὶ καλὸν μὲν τῇ φύσει, ἀνυστὸν δὲ τῷ πόνῳ, ληπτὸν δὲ τῷ λογισμῷ, διωκτὸν δὲ τῷ ἔρωτι, καταληπτὸν δὲ τῇ ἐλπίδι· τότε γίνεται ἡ τῆς ψυχῆς ἀγωνία ἐπιτυχὴς καὶ τελεσιουργὸς καὶ νικηφόρος. Ἔστι δὲ τοῦτο οὐκ ἄλλο τι ὅπερ ἕνεκα ταυτὶ τὰ * θέατρα οἱ φιλοσοφοῦντες ἀθροίζουσι. Πάλιν οὖν μοι δεῖ τῆς ἀθλητῶν εἰκόνος. Ἐκείνων μέν γε εὔξαιτ' ἂν ἕκαστος μηδένα ἀγωνιστὴν ἄλλον παρελθεῖν ἐπὶ τὸ στάδιον, ἀλλ' ἀκονιτὶ νικᾷν αὐτούς· δεῖ γὰρ νικᾷν ἐκ πολλῶν ἕνα· ἐνταῦθα δ' οὗτος μάλιστα τῶν ἀγωνιστῶν νικηφόρος, ὃς ἂν πολλοὺς ἐπὶ τῇ ἀγωνίᾳ παρακαλέσῃ· εἰ γὰρ, ὦ θεοὶ, ὑμῶν θεατῶν γένοιτό τις ἀγωνιστὴς ἐμοὶ, ἐπὶ ταυτησὶ τῆς ἕδρας συγκονιόμενος καὶ συμπονῶν, ἐγὼ τότε εὐδοκίμως στεφανοῦμαι, τότε κηρύττομαι ἐν τοῖς Πανέλλησιν· ἕως δὲ νῦν, ἀστεφάνωτος εἶναι ὁμολογῶ καὶ ἀκήρυκτος, κἂν ὑμεῖς βοᾶτε· τί γὰρ

---

22 *Huc pertinet* Platonis ἔννοια *quam refert* Ælianus *Var. Hiſt.* XIII. 29. Ἔλεγεν ὁ Πλάτων τὰς ἐλπίδας ἐγρηγορότων ἀνθρώπων ὀνείρους εἶναι. Laërtius.

ἐμοῦ

carinam. Cogitationibus autem humanis contubernales duos adjunxit Deus, Amorem ac Spem: alterum quidem tanquam alarum remigium leve, quod in altum per ſe feratur, animamque ſecum ſurſum ferat & extollat: viamque qua quod petit conſequatur, oſtendat. Quod quidem appetitionem humanam vocant philoſophi. Spes vero animam comitantur, ut illam quam diximus appetitionem ſuſtineant ac ſolentur: non illæ quidem cæcæ, ut ab Attico dicuntur poëta, ſed perſpicaciſſimæ, ne ante deficiat anima, ſed ea quæ maximè optat conſecuturam ſe confidat. Quæ quidem Spes ex humanis ſi exulaſſet rebus, jam diu commercia ſua negotiator, & ſtipendia miles, & navigationem mercator, & rapinas ſuas prædo, & nocturna intermiſiſſet furta ſcortator. Quod illa neutiquam permittit, ſed illarum ſtudio accendit rerum quæ nec fieri poſſunt, nec ad finem interdum perventura ſunt ſuum. Certo enim divitias ſibi negotiator proponit, miles ſperat vincere, evadere mercator, prædo lucrari, ſcortator fallere. Interim ſubita quædam ſingulis intervenit calamitas, quæ negotiatorem ſpoliat, militem interficit, mercatorem mergit, in vincula conjicit prædonem, prodit ſcortatorem. Quorum omnium appetitus una cum ſpe occidunt ſua. Nihil enim horum eſt cui fines ſuos aſſignarit Deus aut limites: non divitiæ, non voluptas, non aliud quodcunque ſibi proponere homo poſſit: ſed infinita eſt eorum poſſeſſio: ut qui ea ſequuntur maximè, voti ſi fiant compotes, ſitiant maximè. Minus enim eſt quicquid conſecuti ſunt eo quod expectant. Cum verò aliquid anima perſequitur, quod ſtabile, quod certum, quod non ambiguum eſt, ſed definitum, quod vi ſibi inſita hominem trahit, quod & labore comparari, & ratione comprehendi, & voto ambiri & exambiri ſpe poſſit, ibi demum animæ certamen ſuccedit, ibi finem conſequitur ſuum, ibi victrix declaratur. Hoc unum eſt, non aliud, cujus cauſa ſpectatores ſuos convocant philoſophi. Quare denuo athletarum utamur exemplo. Inter quos nullus eſt qui non optet, alium certaminis cauſa in ſtadium deſcendere neminem, ut ſolus ipſe ſine ullo pulvere conſequatur victoriam: ſiquidem uni è multis eam contingere eſt neceſſe. Hic verò qui ad certamen plurimos pellexerit, victor putatur. Faxit enim Deus, ut meorum aliquis ſpectatorum in hac mecum certet cathedra, ejuſdem mecum pulveris, ejuſdem laboris fiat particeps. Hoc enim uno modo ſumma cum laude coronam auferam, victorque ſpectante tota Græcia à præcone deſignabor. Hactenus enim, licet clamor non deſit populi, nec coronam conſecutus ſum, nec vocem præconis audivi. Quo enim

*lib. V. p. 118. hoc dictum Ariſtoteli tribuit, Pindaro autem* Stobæus *ſerm.* CIX. * *Id eſt,* θεατάς. Sic Spectacula *ipſos ſpectatores ſignificant, ut ex* Ovidio *notârunt viri eruditi.*

 diſcipli-

ἐμοὶ ὄφελος τῶν πολλῶν λόγων καὶ τῆς συνεχοῦς ταύτης ἀγωνίας; ἔπαινοι; ἄλις τούτων ἔχω· δόξα; διακορής εἰμι τοῦ χρήματος. Τὸ δὲ ὅλον, ἐπαινεῖ τις λόγους, καὶ οὐ λέγει, φωνὴν ἔχων, ἀκοὴν ἔχων; ἐπαινεῖ τις φιλοσοφίαν, καὶ οὐ λαμβάνει, ψυχὴν ἔχων, διδάσκαλον ἔχων; Γέγονε τοίνυν τὸ χρῆμα οἷον αὐλήματα, ἢ κιθαρίσματα, ἢ εἴ τις ἄλλη ἐν Διονύσου μοῦσα τραγική τις καὶ κωμῳδική. Ἐπαινοῦσι πάντες, μιμεῖται δὲ οὐδείς. [24] Ἡ κἀνταῦθα πάμμηκες διαφέρει ἔπαινος ἡδονῆς· ἥδονται μὲν γὰρ πάντες ἀκροώμενοι, ὃς δ᾽ ἂν τῷ ὄντι ἐπαινέσῃ, καὶ μιμήσεται· μέχρι δέ τις μὴ ζηλοῖ, οὐκ ἐπῄνεσεν. Ἤδη τις καὶ ὑπὸ αὐλημάτων ἀνὴρ ἄμουσος διετέθη μουσικῶς, καὶ τὰ ὦτα ἔναυλος ὤν, διαμέμνηται τοῦ μέλους, καὶ μινυρίζει πρὸς αὑτόν. Κἂν τοῦτό τις ὑμῶν τὸ πάθος ζηλωσάτω· τάχα γάρ που ἐρασθήσεται καὶ τῶν αὐλῶν αὐτῶν. Ἀνὴρ φιλοθρέμμων ὄρνιθας εἶχε τῶν ἡδὺ μὲν φθεγγομένων τὸ ὄρθριον δὴ τοῦτο, ἄσημον δέ, καὶ οἷον ὄρνιθας [25] εἰκός· ἀκροώμενοι δὲ οἱ ὄρνιθες διαμελετωμένου τοῦ αὐλητοῦ καὶ ἀντᾴδοντες αὐτῷ ὁσημέραι, ἐπεπόθησαν τῇ ἀκοῇ πρὸς τὰ αὐλήματα· καὶ τελευτῶντες ἀρξαμένου αὐλεῖν, συνεπήχουν πρὸς τὸ ἐνδόσιμον δίκην χοροῦ· ἄνθρωποι δὲ ὄντες, οὐδὲ κατὰ ὄρνιθας ξυνᾴσονται ἡμῖν, ἀκούοντες θαμά, οὐκ ἀσήμων αὐλημάτων, ἀλλὰ νοερῶν λόγων καὶ διηρθρωμένων καὶ γονίμων, καὶ πρὸς μίμησιν εὖ πεφυκότων; ὥστε ἔγωγε τέως μὲν καὶ πρὸς ἅπαντας ὑπὸ τῶν ἡμετέρων σιγὴν ἔχων, καὶ μηδὲν σεμνὸν μηδὲ ὑπέραυχον, μήτε ἰδίᾳ, μήτε εἰς κοινὸν εἰπών, νῦν μοι δοκῶ ὑμῶν εἵνεκεν γαυρότατα ἂν καὶ μεγαλαυχότατα εἰπεῖν. * Παρελήλυθεν εἰς ὑμᾶς, ὦ νέοι, προσκαλὴ λόγων αὕτη πολύχους καὶ πολυμερὴς καὶ πάμμορφος καὶ ἐπὶ πάσας ἐξικνουμένη ἀκοὰς καὶ πάσας φύσεις καὶ πάσας ζηλώσεις λόγων καὶ πάσας παιδευμάτων ἰδέας, ἀταμίευτος, ἄμισθος καὶ ἀπερίφραστος καὶ ἄφθονος, ἐν μέσῳ κειμένη τοῖς δυναμένοις λαβεῖν. Εἴτε τις ῥητορείας ἐρᾷ, οὗτος αὐτῷ δρόμος λόγου πρόχειρος καὶ πολυαρκής, καὶ εὔπορος, καὶ ὑψηλός, καὶ ἐκπληκτικός, καὶ ἄρρηκτος, καὶ ἰσχυρός, καὶ ἄμικτος· εἴτε τις ποιητικῆς ἐρᾷ, ἡκέτω, ποιησάμενος ἄλλοθεν τὰ μέτρα μόνον· τὴν δὲ ἄλλην χορηγίαν [26] λαμβανέτω ἐντεῦθεν, τὸ σοβαρόν, τὸ ἐπιφανές, τὸ λαμπρόν, τὸ γόνιμον, τὸ ἔνθεον, τὴν οἰκονο-

---

[24] *Forte rectiùs in Codice manu exarato ſcribitur,* Ἡ κἀνταῦθα, πάμμηκες διαφέρει ἔπαινος ἡδονῆς; ἥδονται μὲν γὰρ πάντες ἀκροώμενοι. [25] *Poſt hunc vocem in Manuſcripto erant hæc verba:* ἦν δὲ αὐτῷ γείτων αὐλητικός, ἀκροώμενοι δὲ οἱ ὄρνιθες, &c. *Et ſanè hoc additamentum ſententia videtur poſtulare.* * *Putidè profectò nec eâ, quâ par eſt, modeſtiâ eloquentiam ſuam & multiplicem eruditionem venditat noſter. Rectè* Xenophon. Αὐτοὶ μὲν γὰρ ὁ παρ᾽ ἄλλων ἔπαινος ἥδιστον ἀκουσμάτων ἐστίν, ἴσμεν· δὲ ὁ περὶ αὑτοῦ λυπηρότατον. *Apud* Plutarchum *Op. Tom. II. p.* 539. *Credibile eſt* Maximum

μίαν,

diſciplinarum mihi harum exercitatio, & frequens illa decertatio? Ut laudem conſequar? Satis habeo. Ut gloriam? Satietas me tenet. Et ut brevius dicam: Eſtne aliquis, qui ſermonem laudet, nec ſermone uti velit, cum nec voce careat nec auditu? Eſtne aliquis qui philoſophiam laudet, nec eam amplectitur, qui & animum ad diſcendum habeat, & magiſtrum? Planè quemadmodum tibias ac citharas, aut ſi quæ Dionyſiis præterea in tragœdiis aut comœdiis adhibentur inſtrumenta, omnes laudant, nemo imitatur. Niſi forte & hic plurimum à voluptate laus abſit. Nemo eſt enim qui non delectetur: qui autem verè laudarit, etiam imitabitur: priuſquam enim æſtimat, nè laudat quidem. Fit etiam ſæpe ut Muſicæ imperitus aliquis, tibiam ſi audiat, amore capiatur artis, nec amplius abhorreat. Sæpe etiam abſens modulationem tamen auribus retinet, carmen ruminat, ſecumque tacitus cantillat. Etiam hoc veſtrum imitetur aliquis. Forte enim & ipſas incipiet amare tibias. Homo fuit, ut dicitur, qui animalia quædam magno, ut ferunt, domi ſtudio alebat: hic aves habebat, quæ ſuaviter matutinum illud canebant, incondite tamen ut reliquæ ſolent. Hæ cum quotidie audirent hunc tibicinem, qui artis ſuæ faceret periculum, reſpondere voce cœperunt: aureſque ita ad tibiam paulatim earum formavit, ut quoties inflare cœpiſſet, tibiam voce præeuntem, ut in choro fieri conſuevit, ſequerentur omnes. Quî ergo fit ut ipſi homines, frequenter ſi audiant non inconditos tibiæ modos, verum voces ſapientes, articulatas, uberes, ad imitationem excitandam compoſitas, ſaltem ritu avium, nobiſcum canere recuſent? Mihi qui de rationibus noſtris & ſtudio hactenus tacuerim, nihil grande, nihil magnificum publicè aut privatim dixerim, veſtra libet cauſa libere confidenterque loqui. Offertur vobis magnus diſciplinarum apparatus, ô juvenes; nec ſimplex ille, ſed diffuſiſſimus, ampliſſimus, uberrimuſque: qui ab omnibus audiri poteſt, ad omnes cujuſcunque generis pertinet homines, omnia artium ſtudia, omnium diſciplinarum ſub ſe complectitur genera: hic largè, hic gratuito citra tergiverſationem ullam maxima vobis præbetur copia; omnibus, qui modo capaces ejus futuri ſunt, in medio proponitur. Oratoriæ aliquis ſtudioſus eſt? Ecce via expedita, ſufficiens, facilis, ſublimis, admirabilis, nuſquam interrupta, firma, non inquinata. Poeticen aliquis amplectitur? Metra ſolummodo alicunde ſibi comparet, reliquaque hinc petat. Sublime illud in oratione dico, illuſtre, ſplendidum, fœcundum divinumque. Etiam diſpoſitio argumenti,

---

*ſuas laudes ceciniſſe, ut plures diſcipulos ad ſe pertraheret, xeniaque ii quos jam nactus erat, largiora mitterent. Sic enim ſolebant Sophiſtæ. Vide* Platonis *Protagoram p.* 194. G. [26] MS. *habuit*, χαρίεντως σπουδάζειν, ὅτι ποιητικῆς τὸ σπουδάζειν

μίαν, τὴν δραματουργίαν, τὸ κατὰ τὰς φωνὰς ἀπαμίλευτον, τὸ κατὰ τὴν ἁρμονίαν ἄπταιστον. Ἀλλὰ τῆς πολιτικῆς καὶ τῆς περὶ δήμους καὶ βουλευτήρια παρασκευῆς ἥκεις ἐνδεὴς ὤν; σὺ μὲν καὶ πεφώρακας τὸ ἔργον, ὁρᾷς τὸ βουλευτήριον, τοὺς λέγοντας, τὴν πειθώ, τὸ κράτος. Ἀλλὰ τούτων μέν τις ὑποφορᾷ, φιλοσοφίαν δὲ [27] ἀσπάζεται; Ἐνταῦθα ὑφαιρῶ τῆς μεγαλαυχίας, ὑφίεμαι, οὐχ ὁ αὐτός εἰμι· μέγα τὸ χρῆμα καὶ δεόμενον προστάτου, οὐ δημοτικοῦ μὰ Δία, οὐδὲ ἐρχομένου χαμαί, οὐδὲ ἀνακεκραμένου τῷ τῶν πολλῶν τρόπῳ. Εἰ μὲν οὖν τις τοῦτ' εἶναι φιλοσοφίαν λέγει, ῥήματα καὶ ὀνόματα, ἢ τέχνας λόγων, ἢ ἐλέγχους καὶ ἔριδας, καὶ σοφίσματα, καὶ τὰς ἐν τούτοις διατριβάς, οὐ χαλεπὸν εὑρεῖν τὸν διδάσκαλον. Πάντα ὑμῖν μεστὰ τῶν σοφιστῶν· εὔπορον τὸ χρῆμα, καὶ ταχὺ ἀναφαινόμενον· θαῤῥήσαιμι δ' ἂν ἔγωγε εἰπεῖν ὅτι τῆς τοιαύτης φιλοσοφίας πλείους οἱ διδάσκαλοι τῶν μαθητῶν. Εἰ δὲ ταύτῃ μὲν ὀλίγη τοῦ φιλοσοφεῖν μοῖρα, καὶ τοσαύτη ὅσην αἰσχρὸν μὲν μὴ εἰδέναι, οὐ σεμνὸν δὲ εἰδέναι, διαφεύγωμεν τὸ αἰσχρόν· καὶ ταῦτα εἰδότες, μὴ καλλωπιζώμεθα ἐπ' αὐτοῖς· ἢ γὰρ ἂν πολλοῦ ἄξιοι καὶ οἱ γραμματισταὶ εἶεν, πραγματευόμενοι περὶ τὰς συλλαβάς, καὶ συμψελλίζοντες ἔθνει παίδων ἀνοητοτάτῳ. Τὸ δὲ ἐν φιλοσοφίᾳ κεφάλαιον, καὶ ἡ ἐπ' αὐτὸ ὁδός, δεῖται διδασκάλου τὰς τῶν νέων ψυχὰς συνεπαίροντος, καὶ διαπαιδαγωγοῦντος αὐτῶν τὰς φιλοτιμίας, καὶ οὐδὲν ἀλλ' ἢ λύπαις καὶ ἡδοναῖς τὰς ὀρέξεις αὐτῶν συμμετρουμένου· οἷόν τι καὶ οἱ πωλευταὶ δρῶσι, μήτε ἀποσβεννύντες τὸν θυμὸν τῶν πωλευμάτων, μήτε ἐφιέντες αὐτοῖς ἀνέδην χρῆσθαι τῇ γενναιότητι· οἰκονομεῖ δὲ πώλου μὲν θυμὸν χαλινὸς καὶ ῥυτῆρες, καὶ ἱππέως καὶ ἡνιόχου τέχνη· ψυχὴν δὲ ἀνδρὸς, λόγος· οὐκ ἀργὸς, οὐδὲ ῥυπῶν, οὐδὲ ἠμελημένος, ἀλλὰ ἀνακεκραμένος [28] ἤθει καὶ πάθει, καὶ μὴ παρέχων σχολὴν τοῖς ἀκροωμένοις τὰς φωνὰς ἐξετάζειν, καὶ τὰς ἐν αὐταῖς ἡδονάς, ἀλλ' ἀνίστασθαι προσαναγκάζει καὶ συνενθουσιᾶν ὥσπερ ὑπὸ σάλπιγγι, νῦν μὲν τὸ ἐφορμητικὸν φθεγγομένῃ, νῦν δὲ τὸ ἀνακλητικόν. Εἰ τοιούτου δεῖ λόγου τοῖς φιλοσοφίας ἐφιεμένοις, τὸν ἔχοντα ἀθροιστέον καὶ δοκιμαστέον καὶ αἱρετέον, ἐάν τε πρεσβύτης ᾖ, ἐάν τε νέος· ἐάν τε πένης, ἐάν τε πλούσιος, [29] ἐάν τε ἔνδοξος· ἀσθενέστερον δὲ, οἶμαι, καὶ νεότητος γῆρας, καὶ πλούτου πενία, καὶ δόξης ἀδοξία· οἷς δ' ἂν τὰ ἐλαττώματα ταῦτα προστῇ, ῥᾷον [30] ἐπ' αὐτοὺς οἱ ἄνθρωποι παραγίνονται· καὶ γεγόνασιν αἱ παρὰ τῆς τύχης συμφοραὶ πρὸς φιλοσοφίαν ἐφόδια· καὶ ὅτι μὲν πένης ἦν ὁ Σωκράτης, ὁ πένης εὐθὺς μιμήσεται τὸν

[27] *Poſt hanc vocem Codex Regius addit*, καὶ ἀλήθειαν τιμᾷ. [28] *De his verbis poſt alia ità loquitur* Quintilianus. Illud adhuc adjicio πάθος atque ἦθος eſſe interim ex eâdem naturâ, ità ut illud majus ſit, hoc minus, ut Σωκρά-

fabulæ conſtructio, vocum ubertas, minimeque vitioſa hinc proveniet harmoniæ ratio. At civilis potius te ſcientia delectat, viamque qua commodiſſimè tractes populum invenire te poſtulas? En tibi rem ipſam. Curiam ante oculos, oratorem, ſuadam dicendi, & verborum vim vides. Eſtne autem aliquis, qui hæc quidem negligit omnia, philoſophiam autem amplectitur? Hic verò magniloquentiæ meæ vela contraho, remitto, aliam perſonam induam. Rem magnam dicis, quæque manuductore opus habeat minimè vulgari; qui non humi repat aut iiſdem quibus populus utatur moribus. Jam ſi quis in verbis ac nominibus, aut in artificioſis orationibus, aut refutatione argumentorum, aut contentione mutua, aut fallaciis, ſimiliumque verſari rerum ſtudio philoſophiam velit, non magno magiſtrum negotio invenire poſſe videor. Sophiſtarum plena ſunt omnia. Res hæc ubique obvia, ac in oculos paſſim incurrit. Quin etiam dicere non verear, plures eſſe qui doceant hanc philoſophiam quam qui diſcant. Quod ſi minima hæc philoſophiæ pars eſt, & tantilla quidem quantam neſcire eſt dedecus, ſcire autem non ita magnæ eſt rei, ſi eam conſequamur, non eſt quod inſoleſcamus propterea. Eo enim modo & illi qui prima literarum elementa docent, qui circa ſyllabas verſantur, & cum pueris balbutiunt aliquot, admiratione digni eſſent. Præcipua autem philoſophiæ pars, & quæ eo ducit ſemita, præceptorem requirit, qui animos juniorum erigat, ſtudia eorum & deſideria non aliter quam pædagogus aliquis gubernet: eorum appetitiones voluptatibus doloribuſque attemperet. Sicut illi qui equos domant, non penitus eorum ſpiritus infringunt, nec tamen uti ubique iis permittunt. Quippe ſicut equi animos habenæ & lora, equitiſque ac magiſtri ars moderatur, ita animum hominis oratio; non ignava aut ſordida, non ſupina; ſed quæ lenibus vehementibuſque temperata affectibus, ne tantillum otii auditoribus relinquat, ut in verba inquirere, eorumque adhærere poſſint voluptati: ſed ut tubæ inſtar, quæ nunc claſſicum canit, nunc receptui ſonat, ſecum tollat. Ejuſmodi oratione ei ſi opus ſit qui philoſophiam ſequitur, quærendus eſt omni ſtudio, explorandus, eligendus, qui docere eam poſſit, nec refert ſenex ſit an juvenis, dives an pauper, magni nominis an ignotus. Eſt autem ſenectus, ut videtur, juventute infirmior, divitiis paupertas, celebritate ignobilitas. Fit tamen ut quibus ea adſint incommoda, faciliùs ad eam perveniant homines: non raro enim ad philoſophiæ ſtudium, commeatum ſuppeditat fortunæ infelicitas. Ergo quia pauper erat Socrates, continuo qui pauper eſt imitabitur, ſi

amor πάθος, caritas ἦθος. Interdum diverſa inter ſe ſicut in Epilogis: namque πάθος concitat, ἦθος ſolet mitigare. *Inſt. Orat. lib. VI. c. 2.*
[29] *Hic excidit* ἐὰν τ' ἀδελφός, *ut rectè* H. Stephanus. [10] *Scribit Heinſius* ἐπ' αὐτὴν, *& ad Philoſophiam refert.*

Σωκράτην· ὡς ἀνάμεσθαι [31] ὅτι μὴ καὶ οἱ σιμοὶ καὶ οἱ προγάστορες ἀμφισβητοῦσι φιλοσοφίας. Ὅτι δὲ Σωκράτης οὐκ ἐπὶ τοὺς πένητας ὠθεῖτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοὺς πλουσίους καὶ τοὺς ἐνδόξους καὶ τοὺς εὐγενεστάτους, διαμέμνηται οὐδείς· ἡγεῖται γάρ, οἶμαι, ὁ Σωκράτης Αἰσχίνου μὲν φιλοσοφήσαντος καὶ Ἀντισθένους ὄνασθαι ὀλίγον τὴν Ἀθηναίων πόλιν, [32] μᾶλλον δὲ μηδένα τῶν τότε, πλὴν ἡμῶν τῶν ἔπειτα, κατὰ τὴν μνήμην τῶν λόγων· εἰ δὲ * Ἀλκιβιάδης ἐφιλοσόφει ἢ Κριτίας ἢ Κριτόβουλος ἢ Καλλίας, οὐδὲν ἂν τῶν δεινῶν τοῖς τότε Ἀθηναίοις συνέπεσεν· [33] οὐδὲν γὰρ ἡ Διογένους ζήλωσις, θυλάκιον καὶ βακτηρία· ἀλλ' ἔξεστί που καὶ ταῦτα περιβεβλημένον, Σαρδαναπάλου εἶναι κακοδαιμονέστερον. Ὁ Ἀρίστιππος ἐκεῖνος πορφυρίδα ἀμπεχόμενος, καὶ μύροις χριόμενος οὐχ ἧττον τοῦ Διογένους ἐσωφρόνει. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις δύναμιν σώματος παρασκευάσαιτο οὐδὲν ὑπὸ πυρὸς λυμαινομένην, ἐθάρρει ἄν, οἶμαι, καὶ τῇ Αἴτνῃ αὐτοῦ παραδοὺς τὸ σῶμα· οὕτω καὶ ὅστις πρὸς ἡδονὴν παρεσκεύασται καλῶς, οὐδὲ ἐν αὐταῖς ὢν θάλπεται, οὐδὲ ἐμπίπραται, οὐδὲ ἐκτήκεται. Ἐξεταστέον δὴ τὸν φιλόσοφον οὐ σχήματι, οὐχ ἡλικίᾳ, οὐ τύχῃ, ἀλλὰ γνώμῃ, καὶ λόγῳ, καὶ παρασκευῇ ψυχῆς, ὑφ' ὧν μόνων χειροτονεῖται φιλόσοφος· τὰ δὲ ἄλλα ταυτὶ παρὰ τῆς τύχης σχήματα, ἔοικε τοῖς ἐν Διονύσου περιβλήμασι· τὸ μὲν γὰρ τῶν ποιημάτων κάλλος, ἓν καὶ ταὐτόν, ἐάν τε δυνάστης ὁ λέγων ᾖ, ἐάν τε οἰκέτης· αἱ δὲ χρεῖαι τῶν δραμάτων μεταποιοῦσι τὰ σχήματα. Ὁ Ἀγαμέμνων τὸ σκῆπτρον φέρει, ὁ βουκόλος διφθέραν, ὁ Ἀχιλλεὺς ὅπλα, Τήλεφος ῥάκια καὶ θύλακον· ἀκροῶνται δὲ οἱ θεώμενοι οὐδὲν μᾶλλον τοῦ Ἀγαμέμνονος ἢ τοῦ Τηλέφου· ἀποτείνεται γὰρ ἡ ψυχὴ ἐπὶ τὰ ποιήματα αὐτά, οὐ τὰς τύχας τῶν λεγόντων. Νόμιζε δὲ κἀν τοῖς τῶν φιλοσόφων λόγοις, τὸ μὲν καλὸν οὐκ εἶναι παντοδαπόν, οὐδὲ [34] διαπεφορημένον, ἀλλ' ἕν, καὶ αὐτὸ αὑτῷ παραπλήσιον· [35] τοὺς δὲ ἀγωνιστὰς αὐτοῦ ἄλλον ἄλλῳ σχήματι ὑπὸ τῆς τύχης περιβεβλημένον, εἰσπέμπεσθαι ἐπὶ τὴν σκηνὴν τοῦ βίου· Πυθαγόραν μὲν πορφύρᾳ ἀμπεχόμενον, τρίβωνι δὲ Σωκράτην, Ξενοφῶντα δὲ θώρακι καὶ ἀσπίδι, τὸν δὲ ἐκ τῆς Σινώπης ἀγωνιστήν, κατὰ τὸν Τήλεφον ἐκεῖνον, βακτηρίᾳ καὶ θυλάκῳ· συντελεῖ δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ σχήματα αὐτὰ πρὸς τὴν δραματουργίαν· καὶ διὰ τοῦτο

[31] *Quippe fieri potuit, ut Socratem, qui ſimus erat & ventricoſus, imitarentur. Hinc noſter de celeberrimo illo Philoſopho ſic ait.* Ἦν γὰρ καὶ αἰσχρὸς καὶ ἄτιμος καὶ δυσγενὴς καὶ ἄδοξος καὶ πένης, ὁ τοῦ λιθοξόου. ὁ ΣΙΜΟΣ, ὁ ΠΡΟΓΑΣΤΩΡ. *Diſſ.* XXIII. p. 240. [32] H. Stephanus *legit*, μᾶλλον δὲ μηδένα τῶν τότε ΠΛΕΟΝ ἡμῶν. * *Alcibiades quidem & Critias per breve tempus Socratis uſi ſunt conſuetudine, at non ut vitam ejus modeſtiamque exprimerent, ſed quò dicendi facultate præſtarent, & ad res gerendas evaderent promptiores. Vid.* Xenophontis *Memor.* lib. I. p. 713.

ὁ μὲν

'Diis placet, Socratem. Bene nobiſcum agitur, quod non & ſimi de philoſophia contendant & ventricoſi. Quod vero non pauperes tantum, ſed & ditiſſimos celeberrimoſque juxta ac nobiliſſimos, incitare ad hoc ſtudium ſoleat Socrates, nemo recordatur. Scivit enim Socrates, ut arbitror, dum philoſophiam Æſchines profitetur aut Antiſthenes, parum ad Athenienſium Remp. boni inde perventurum eſſe, aut tantum potius ad illius temporis neminem, quantum ad poſteros ex illarum memoria diſſertationum. At ſi philoſophiam aut Alcibiades profeſſus eſſet aut Critias aut Critobulus aut Callias, multas graviſſimaſque ætatis illius Athenienſes clades vitaſſent. Nec enim Diogenem imitatur qui cum pera incedit & baculo, quia poteſt cum his eſſe aliquis Sardanapalo infelicior. Ariſtippus ille olim purpura indutus, unguentis delibutus, non minùs temperans habebatur Diogene. Nam quemadmodum ſi quis vim quandam conſecutus eſſet corporis, quæ ignem ferret, & quidlibet contemneret; nihil credo metueret ipſi Ætnæ corpus admovere; ita ſi quis probe adverſus voluptates ſit munitus, ne in ipſis quidem ſi verſetur, uri poteſt aut ardere, aut liqueſcere. Philoſophum verò non habitus probabit, non ætas, non fortuna, ſed judicium, ſed ſermo, ſed animi inſtitutum: a quibus ſolis dignitatis ſuæ ſuffragia capit philoſophus. Reliqua quæ fortuna ſolet addere, hiſtrionicorum inſtar ſunt amictuum. Eadem enim poëmatum eſt præſtantia, ſive princeps ea recitet, ſive famulus: drama verò poſtulat, ut habitus mutentur. Agamemnon ſceptrum gerit, pellem bubulcus, arma Achilles, pannos laceros cum pera Telephus. Neque magis tamen Agamemnonem, quam Telephum ſpectator audit. Animus quippe magis poëtæ verba quæ dicuntur quam fortunam ejus reſpicit qui dicit. Idem exiſtima de oratione philoſophi: virtutem ejus non variam, non diverſam eſſe, ſed unam eandemque: actores verò ejus alium alio habitu in vitæ ſcenam a fortuna produci: Pythagoram in purpura, in lacerna Socratem, cum thorace Xenophontem & clypeo, cum pera adinſtar Telephi & baculo Sinopenſem illum athletam. Aliquid tamen & ipſe ad repræſentationem ſui dramatis ſingulis addebat habitus. Itaque homines in ſtuporem

[33] Οὐδὲ γδ ἡ Διογένες ζήλωσις Heinſ. *Cæterum peram & Bacillum ſemper, niſi cùm Athenis verſaretur, geſtabat Diogenes.* Βακτηρίᾳ δ' ἐπηρείσατο ἀσθενήσας· ἔπειτα μέντοι καὶ διὰ παντὸς ἐφόρει, οὐ μὴν ἐν ἄστει, ἀλλὰ καθ' ὁδὸν αὐτῇ τε καὶ τῇ πήρᾳ. *Verba ſunt cognominis* Laertii *lib. VI. p.* 143. [34] *Leg.* διαπαυσιδρίων. [35] *Solenne eſt graviſſimis ſcriptoribus à Tragœdiâ metaphoras ſumere, ut apparet ex iis, quæ ad lemma hujuſce Diſſertationis notavimus. Ipſa* Epicteti *verba hic apponam.* Μέμνησο, ὅτι ὑποκριτὴς εἶ δράματος, οἵου ἂν θέλῃ ὁ διδάσκαλος, ἂν βραχὺ, βραχέος· ἂν μακρὸν, μακροῦ· ἂν πτωχὸν ὑποκρίνασθαί σε θέλῃ, ἵνα καὶ τοῦτον εὐφυῶς ὑποκρίνῃ· ἂν χωλὸν, ἂν ἄρχοντα, ἂν ἰδιώτην· σὸν γὰρ τοῦτ' ἐστι τὸ δοθὲν ὑποκρίνασθαι πρόσωπον καλῶς· ἐκλέξασθαι δ' αὐτὸ, ἄλλου. *In Enchir. c. XXIII.*

ὁ μὲν Πυθαγόρας [36] ἐξέπληττεν, ὁ δὲ Σωκράτης ἤλεγχεν, ὁ δὲ Ξενοφῶν ἔπειθεν, ὁ δὲ Διογένης ὠνείδιζεν. Ὦ μακάριοι μὲν τῶν δραμάτων οἱ ὑποκριταὶ, μακάριοι δὲ τῶν ἀκουσμάτων οἱ θεαταί. Τίς ἂν καὶ νῦν ἡμῖν ποιητὴς καὶ ἀγωνιστὴς γένοιτο, οὐκ ἀσήμων, οὐδὲ ἄπορος, ἀλλ᾽ ὁμιλεῖν ἀξιόχρεως θεάτροις Ἑλληνικοῖς; Ζητῶμεν τὸν ἄνδρα· τάχα τις φανήσεται, καὶ φανεὶς οὐκ ἀτιμασθήσεται.

## [1] Εἰ θεοῖς ἀγάλματα ἱδρυτέον.

### ΛΟΓΟΣ ΛΗ'.

Ἀρωγοὶ ἀνθρώποις θεοὶ, πάντες μὲν πᾶσιν, ἄλλοι δὲ ἄλλοις ἐνομίσθησαν, κατὰ τὴν φήμην τῶν ὀνομάτων, καὶ διένειμαν αὐτοῖς οἱ ἄνθρωποι τιμὰς καὶ ἀγάλματα, οἱ μὲν τὰ κοινὰ, οἱ δὲ τὰ ἴδια, ἕκαστοι ὠφεληθέντες. Οὕτω μὲν ναῦται ἐπὶ ἀκλύστου πέτρας ἀνέθηκαν οἴακας θαλαττίοις· οὕτω δέ τις ποιμένων τὸν Πᾶνα τιμᾷ ἐλάτην αὐτῷ ὑψηλὴν ἐξελόμενος, ἢ ἄντρον βαθύ· καὶ γεωργοὶ Διόνυσον τιμῶσι, πήξαντες ἐν ὀρχάτῳ αὐτοφυὲς πρέμνον, ἀγροικικὸν ἄγαλμα· ἱερὰ δὲ Ἀρτέμιδος, πηγαὶ ναμάτων καὶ κοῖλαι νάπαι, καὶ [2] ἀνθηροὶ λειμῶνες· ἐπεφήμισαν δὲ καὶ Διῒ ἀγάλματα οἱ πρῶτοι ἄνθρωποι, [3] κορυφὰς ὀρῶν, [4] Ὄλυμπον, καὶ Ἴδην, καὶ εἴ τι ἄλλο ὄρος πλησιάζει τῷ οὐρανῷ· ἔστι τις καὶ [5] ποταμῶν τιμὴ ἢ [6] κατ᾽ ὠφέλειαν, ὥσπερ Αἰγυπτίοις πρὸς τὸν Νεῖλον, ἢ κατὰ κάλλος, ὡς Θετταλοῖς πρὸς τὸν Πηνειόν· ἢ κατὰ μέγεθος, ὡς Σκύθαις πρὸς τὸν Ἴστρον· ἢ κατὰ μῦθον, ὡς Αἰτωλοῖς πρὸς Ἀχελῷον· ἢ κατὰ νόμον, ὡς Σπαρτιάταις πρὸς τὸν Εὐρώταν· ἢ κατὰ τελετὴν, ὡς Ἀθηναίοις πρὸς Ἰλισσόν. Εἶτα ποταμοὶ μὲν διέ-

[36] *Prodigiis nimirum, quorum nonnulla, præter* Porphyrium, Iamblichum & Diogenem Laërtium *ejus* βιογράφους, *memoriæ tradidêrunt* Ælian. *V. H. II.* 26. *IV.* 17. & Origen. *contrà Celſum lib. VI. p.* 280.

[1] *Statuas Diis eſſe ſacrandas affirmat* Maximus. *Platonicæ* περὶ ἀναμνήσεως καὶ καλοῦ *doctrinæ in causâ erant, cur hanc ſententiam amplecteretur. Cenſebant videlicet* οἱ περὶ Πλάτωνα, *animam extitiſſe, priuſquàm in corpus mitteretur, eoque tempore Deum &* νοητὰ *vidiſſe, quæ tamen, quùm huc deſcenderet, è memoriâ plerorumque excidêrunt, adeò ut ſine imagine nequeant revocari. Vid.* Platonem *in Phædro p.* 346. *B.* & Alcinoüm *de doctr. Platon. c.* XXV. [2] Εὔθηροι MS. *Reg. At vel fallor, vel ſcribendum eſt* ἄνθηροι. [3] *Montium cacumina, Jovi, ut mihi videtur, ſacra erant habita, quòd mortalium antiquiſſimi in locis excelſis res divinas peragerent. Sic de Perſis* Herodot. *lib. I. c.* 131. Οἱ δὲ νομίζουσι Διῒ μὲν, ἐπὶ τὰ ὑψηλότατα τῶν ὀρέων ἀναβαίνοντες, θυσίας ἔρδειν. *Vid.* & Strabonem Geogr. *lib. XV. p.* 732. [4] *Si* H. Stephani *conjecturæ fidem adhibes, leg.* Ὄλυμπον καὶ Ἴδας. [5] *Flu-*

λαχου

dabat Pythagoras, arguebat Socrates, perſuadebat Xenophon, exprobrabat Diogenes. Ego quidem & beatos hos hiſtriones judico, qui agunt, & ſpectatores qui audiunt. Quem verò nos poëtam, quem inveniemus hiſtrionem, qui ornatu certo inſtructus, nec ut muta interim perſona in theatris Græcorum pro dignitate poſſit verſari? Quæramus hominem. Fortaſſe invenietur alibi, nec ſi id eveniat, contemptus abibit.

---

## *Utrum Diis ſint dicandæ ſtatuæ.*

## DISSERT. XXXVIII.

OPitulari Deos mortalibus, omnes quidem omnibus, alios tamen aliis pro diverſitate nominum, omnes confitentur. Hac ratione honores illis diviſere homines, ſignaque publica alii, alii privata dicarunt: prout opem eorum experti erant ſinguli. Ita nautæ in eminenti ſcopulo, quem infra undæ alludebant, Diis maris temonem poſuerunt. Ita Pana ſuum paſtorum colit aliquis, qui aut excelſam ei abietem aut antrum dedicat profundum. Agricolæ in horto ſuo ſtipitem figunt ingenuum, verè agreſtem ſtatuam: atque eo modo Bacchum ſe colere poſtulant. Jam fontes laticum, ſaltuſque cavi, & veſtita floribus prata, Dianæ ſacra ſunt. Ne Jovem quidem immunem honoris hujus primi habuere mortalium. Culmina montium illius ſunt: Olympi & Idæ, aut ſi quis præterea montium cœlo proximus eſt. Eſt & ſuus fluviis honos, ſed diverſus. Aut enim utilitatis ergo colunt eos homines, ut Nilum Ægyptii: aut pulchritudinis cauſa, ut Peneum Theſſali: aut magnitudinis, ut Iſtrum Scythæ: aut ex tradita per manum fabula, ut Acheloum Ætoli: aut ex lege, ut Spartiatæ Eurotam: aut ex ſacro inſtituto, ut Iliſſum Athenienſes. Itane er-

---

*zios cultu & aris fuiſſe honoratos certum eſt.* Seneca *Epiſt. XLI.* Magnorum fluminum capita veneramur: ſubita ex abdito vaſti amnis eruptio aras habet. Coluntur aquarum calentium fontes, & ſtagna quædam vel opacitas, vel immenſa altitudo ſacravit. *Imaginibus etiam eos donabat veterum ſuperſtitio; & Nili quidem effigies ex atris lapidibus, cæterorum autem è candidis formabatur, ut refert* Pauſan. *in Arcad. lib. VIII. p.* 493. *Quin & figuræ erant diverſæ, nam aliis humana, taurina aliis competebat. Conſule* Ælianum *V. H. lib. II. c.* 33. [6] *Varias rationes, cur varia colantur flumina, reddidit noſter. Erant tamen quibus omnium cultus ex unâ eâdemque cauſsâ profluere videbatur.* Euſtathius *in Iliad.* Σ. Τοὺς ποταμοὺς, *inquit*, ὡς κουροτρόφους ἐτίμων, ὡς συστατικοὺς ζώντων. *Sunt etiam nutritionis cauſa, idcircoque iis comas tondebant juvenes.* Scholiaſt. Heſiodi. Ποταμοῖς οἱ νέοι ἀπέτεμον τὰς κόμας διὰ τὸ αὐξάνεσθαι καὶ κουροτρόφους αἰτίους εἶναι. *In Theog. v.* 347.

go

λαχον τὰς τιμὰς κατὰ τὴν χρείαν τῶν ἀσελαυμένων, ϗ αἱ τέχναι τιμῆς θεῶν, ἑκάστης [7] ὑπ' ὅρῳ ἄλλο ἄλλης προστησαμένης ἄγαλμα. εἰ δέ πȣ τι γένος ἀνθρώπων ἐστὶν, ἐ θαλάττιον, ἐδὲ γεωργικὸν, ἀλλ' [8] ἀστεροπολεῦν ϗ ἀνακεκραμένον κοινωνίᾳ πολιτικῇ νόμȣ ϗ λόγȣ, ἆρα τέτοις ἀγέραστον ἔσαι τὸ θεῖον ϗ ἀτίμητον; ἢ τιμήσȣσι μὲν, τῇ δὲ φήμῃ μόνῃ; ἀγαλμάτων δὲ ϗ ἱδρυμάτων ἐκ οἰήσονται δεῖν τοῖς θεοῖς; ἐδὲν γὰρ δεῖ τοῖς θεοῖς ἀγαλμάτων ἐδὲ ἱδρυμάτων, μᾶλλον ἢ εἰκόνων ἀγαθοῖς ἀνδράσιν. Ὥσπερ δὲ, οἶμαι, τὸ κατὰ τὰς φωνὰς λόγῳ ἐδὲν δεῖ πρὸς σύστασιν χαρακτήρων Φοινικίων τινῶν, Ἰωνικῶν, ἢ Ἀττικῶν, ἢ Ἀσσυρίων, ἢ Αἰγυπτίων, ἀλλ' ἡ ἀνθρωπίνη ἀσθένεια σημεῖα ἐξεῦρε ταῦτα, ἐν οἷς ἀποτιθεμένη τὴν αὐτῆς ἀμβλύτητα, ἐξ αὐτῶν ἀναμάττεται τὴν αὖθις μνήμην· ἕτως ἀμέλει ϗ τῇ τȣ θείȣ φύσει δεῖ μὲν ἐδὲν ἀγαλμάτων, ἐδὲ ἱδρυμάτων, [9] ἀλλὰ ἀσθενὲς ὂν κομιδῇ τὸ ἀνθρώπειον, καὶ διεστὼς τȣ θείȣ ὅσον ἐρανὸς γῆς, σημεῖα ταῦτα ἐμηχανήσατο, ἐν οἷς ἀποθήσεται τὰ τῶν θεῶν ὀνόματα ϗ τὰς φήμας αὐτῶν. Οἷς μὲν ἔν ἡ μνήμη ἔρρωται, ϗ δύνανται εὐθὺ τȣ ἐρανȣ ἀνατεινόμενοι τῇ ψυχῇ, τῷ θείῳ ἐντυγχάνειν, ἐδὲν ἴσως δεῖ τέτοις ἀγαλμάτων. Σπάνιον δὲ ἐν ἀνθρώποις τὸ τοιȣτο γένος, ϗ [10] ἐκ ἂν ἐντύχοις δήμῳ ἀθρόῳ τȣ θείȣ μνήμονι ϗ μὴ δεομένῳ τοιαύτης ἐπικȣρίας, οἷον καὶ τοῖς παισὶν οἱ γραμματισαὶ μηχανῶνται, [11] ὑπογραφέττοντες αὐτοῖς σημεῖα ἀμυδρὰ, οἷς ἐπάγοντες τὴν [12] χειρεργίαν, ἐθίζονται τῇ μνήμῃ πρὸς τὴν τέχνην. Δοκȣσι δή μοι ϗ οἱ νομοθέται, καθάπερ τινὶ παίδων ἀγέλῃ, ἐξευρεῖν τοῖς ἀνθρώποις ταυτὶ τὰ ἀγάλματα, σημεῖα τῆς πρὸς τὸ θεῖον τιμῆς, ϗ ὥσπερ χειραγωγίαν τινὰ ϗ ὁδὸν πρὸς ἀνάμνησιν. Ἀγαλμάτων δὲ ἐχ εἷς νόμος, ἐδὲ εἷς τρόπος, ἐδὲ τέχνη μία, ἐδὲ ὕλη μία· ἀλλὰ τὸ μὲν Ἑλληνικὸν τιμᾶν τὸς θεὸς ἐνόμισε τῶν ἐν γῇ τοῖς καλλίσοις, ὕλῃ μὲν καθαρᾷ, μορφῇ δὲ ἀνθρωπίνῃ, τέχνῃ δὲ ἀκριβεῖ, καὶ ἐκ ἄλογος ἡ ἀξίωσις τῶν τὰ ἀγάλματα εἰς ἀνθρωπίνην ὁμοιότητα καθιστησαμένων· ἡ γὰρ ἀνθρώπȣ ψυχὴ, ἐγγύτατον θεῷ

---

[7] Ἐπ' ὅρει ἄλλῳ Heinſ. *Sed nec ſibi nec aliis ſatisfecit. Poſt eum igitur hunc locum ſic emendavit* Sam. Petitus. Καὶ αἱ τέχναι (*repete* διέλαχον) τιμῆς θεῶν, ἑκάστης ἘΦΟ'ΡΩ, "ΑΛΛΩ ἄλλης προστησαμένης ἄγαλμα. Τέχναι *ſunt* τεχνῖται, *ut operæ crebrò apud auctores* operarii. *Adi ejus Miſcell. lib. IV. c.* 3. [8] Ἀστυπολεῦν. Heinſ. *Sed* ἐγ Paccius *in ſuo Codice veram lectionem invenit: vertit enim*, in urbibus diverſans. [9] *Verum eſt quod dicit Balbus apud* Ciceron. *de Nat. Deor. lib. II. c.* 17. Nihil eſt difficilius, quàm à conſuetudine oculorum aciem mentis abducere. Ea difficultas induxit, & vulgò imperitos, & ſimiles philoſophos imperitorum, ut niſi figuris hominum conſtitutis nihil poſſent de Diis immortalibus cogitare. *Hanc ob cauſam, cùm antiquiſſimis temporibus nulla eſſent ſimulacbra, poſteà apud integras nationes ſunt recepta.* Sic Euſebius *Præp. Evang.*

ϗ

go & fluviis honores utilitatis cauſa quam ex iis conſequuntur, deſignarunt homines, inventæque ſunt artes ab agreſtibus diverſæ, quarum ſingulæ ſtatuam in monte alio aliam Diis erexere: ſi quod verò genus ſit mortalium, non nauticum aut ruſticum, ſed urbanum, quodque civili rationis pariter legumque inter ſe cohæret vinculo, ſolumne hoc nec cultum Deo ullum exhibebit nec honorem? An potius ſola verbo tenus commemoratione id præſtabit, imaginibus autem & ſtatuis non magnopere Diis opus putabit: cùm iis non magis egere videantur quam ſtatua viri boni? Sicut autem ſermo noſter ore cum profertur, nihil opus habet ut conſtet Phœniciis ullis aut Ionicis aut Atticis aut Aſſyriis aut Ægyptiis denique literis; quas humanæ propterea mentis excogitavit imbecillitas, ut ſic ingenii ſui occurrentes tenuitati, earum opera notarum rurſus in memoriam redirent: ita Deorum naturæ nec ſtatuis per ſe nec imaginibus eſt opus, ſed cum infirma ſit oppido mortalium conditio, tantumque à divina, quantum à cœlo terra recedat, ſigna ejuſmodi excogitavit ſibi, quibus & nomina & nuncupationes tribueret Deorum. Si quibus igitur tam firma ſit memoria, ut erecto ſtatim animo cœlum uſque ipſum poſſint pertingere, Deumque recta adire, nihil iis fortaſſe opus ſit ſtatuis. Verum rariſſimi inter homines ſunt hujuſmodi: nec facilè in tota aliquem invenias gente: qui divinæ ſemper meminerit naturæ, nec ejuſmodi egeat ſubſidio. Ita pueris qui elementa addiſcunt prima, tenues quaſdam magiſtelli notas ſolent præſcribere, ad quas manu deducant eos, donec paulatim memoriæ beneficio arti inſueſcant. Videntur certè & legiſlatores mihi non aliter quàm puerorum gregi has generi mortalium inveniſſe imagines: honoris divini quaſi ſigna quædam vel notas, queis ad memoriam ejus tanquam manuductione quadam & via homines deducerent. Harum porro imaginum nec lex una, nec ratio, nec ars una eſt, nec materies. Græci quippe iis quæ pulcherrima in terra habentur, materia pura, forma humana, arte exquiſitiſſima colere conſuevere Deos. Sed nec improbandum eorum videtur conſilium, qui humanam Deorum imaginibus affinxere formam. Siquidem Deo vicina, Deo ſimillima eſt

---

*lib. VIII. c. 6. ex* Clemente *notat, Romanis nullas fuiſſe ſtatuas per CLXX. annos. Imò τὸ παλαιὸν καὶ παρ' Αἰγυπτίοισι ἀξόανοι νηοὶ ἦσαν.* Lucian. *de. Deâ Syr. Tom. 2 p. 657.* [10] Heinſius *legit, ἵν' ἂν τύχοις ἐν δήμῳ ἀθέῳ.* [11] *Simile eſt artificium quod memorat* Quintil. *Inſt. Orat. lib. I. p. XI.* Non excludo autem id quod eſt notum, irritandæ ad diſcendum infantiæ gratiâ, eburneas etiam litterarum formas in luſum offerre ——Cum verò jam ductus ſequi cœperit, non inutile erit eas tabellæ quàm optimè inſculpi, ut per illos velut ſulcos ducatur ſtylus. *Γραμματιστοῦ enim erat, tam ſcribendi quàm legendi artem docere. Vid* Suidam *in voce.* [12] *Leg. χειραγωγεῖν, hæ enim voces interdùm à Librariis confunduntur, ut alibi notavimus. Diceret Rhetor jam laudatus,* manum manu ſuperimpoſitâ regentes.

anima

καὶ ἐμπρεπέστατον· οὐ δύναται εἰκὸς τὸ ὁμοιότατον αὐτῷ περιβαλεῖν τὸν θεὸν [13] σκηνῇ ἀτοπωτάτῃ· ἀλλ' ὅπερ ἔμελλε ψυχῆς ἀθανάτου εὔφορόν τε ἔσεσθαι καὶ κοῦφον καὶ εὐκίνητον, [14] τοῦτο μόνον τῶν ἐν γῇ σωμάτων ἀνατεῖνον τὴν κεφαλὴν ὑψοῦ, σοβαρὸν, καὶ γαῦρον, καὶ σύμμετρον, οὔτε διὰ μέγεθος ἐκπληκτικὸν, οὔτε διὰ χροιὰν φοβερὸν, οὔτε διὰ βάρος δυσκίνητον, οὔτε διὰ λειότητα ὀλισθηρὸν, οὔτε διὰ τραχύτητα ἀντίτυπον, οὔτε διὰ ψυχρότητα ἑρπυστικὸν, οὔτε ἰταμὸν διὰ θερμότητα, οὔτε νηκτὸν διὰ μανότητα, οὐκ ὠμοφάγον δι' ἀγριότητα, [15] οὐ ποιηφάγον δι' ἀσθένειαν· ἀλλὰ κεκραμένον μουσικῶς πρὸς τὰ αὐτοῦ ἔργα· φοβερὸν μὲν δειλοῖς, ἥμερον δὲ ἀγαθοῖς· βαδιστικὸν μὲν τῇ φύσει, πτηνὸν δὲ τῷ λόγῳ· νηκτὸν δὲ τέχνῃ, σιτοφάγον, καὶ γεωπόνον, καὶ καρποφάγον, καὶ εὔχρουν, καὶ εὐσταθὲς, καὶ εὐωπὸν, καὶ εὐγένειον· διὰ τοιούτου σώματος τύπον τοὺς θεοὺς τιμᾶν ἐνόμισαν οἱ Ἕλληνες. [16] Τὸ δὲ βαρβαρικὸν, ὁμοίως ἅπαντες μὲν ξυνιέντες τοῦ θεοῦ, κατεστήσαντο δὲ αὐτοῖς σημεῖα ἄλλοι ἄλλα. Πέρσαι μὲν πῦρ, ἄγαλμα ἐφήμερον, ἀκόρεστον καὶ ἀδηφάγον· [17] καὶ θύουσι Πέρσαι πυρὶ, ἐπιφοροῦντες αὐτῷ τὴν πυρὸς τροφὴν, ἐπιλέγοντες, Πῦρ δέσποτα ἔσθιε. Ἄξιον δὲ πρὸς τοὺς Πέρσας εἰπεῖν, ὦ πάντων γενῶν ἀνοητότατον, οἳ τοσούτων καὶ τηλικούτων ἀγαλμάτων ἀμελήσαντες, γῆς ἡμέρου, καὶ ἡλίου λαμπροῦ, καὶ θαλάττης πλωΐμου, καὶ ποταμῶν γονίμων, καὶ ἀέρος τροφίμου, καὶ αὐτοῦ οὐρανοῦ, περὶ ἓν μάλιστα ἀσχολεῖσθε τὸ ἀγριώτατον καὶ ὀξύτατον, οὐ ξύλων αὐτῷ τροφὴν χορηγοῦντες μόνον, οὐδὲ ἱερείων, οὐδὲ θυμιαμάτων, ἀλλὰ τούτῳ τῷ ἀγάλματι καὶ τούτῳ τῷ θεῷ καὶ τὴν Ἐρέτειαν ἀναλῶσαι δεδώκατε, καὶ τὰς Ἀθήνας αὐτὰς, καὶ [18] τὰ Ἰώνων ἱερὰ, καὶ τὰ Ἑλλήνων ἀγάλματα. Μέμφομαι καὶ τὸν Αἰγυπτίων νόμον. [19] Βοῦν ἐκεῖνοι τιμῶσι καὶ ὄρνιν καὶ τράγον καὶ τὸν

[13] *Hoc eſt*, σώματι. *Sic* Theages *Pythagoreus in lib. de virt. apud* Stobæum *Serm. I. p.* 8. δύναμιν *definit* ἀλγάν τινα τῶ σκάνεος. *Ità etiam* Paulo *II. Corinth. c. V. v.* 1. *corpus dicitur* οἰκία τοῦ σκήνους. *Ratio eſt, quià* animus noſter in corpore habitat non tanquam in domo diu ſtatuta, ſed tanquam in tentorio quod facilè tollitur, *ut obſervavit* H. Grotius. [14] Τοῦτο τὸ μόνον. Heinſ. [15] *Timida ferè & imbecillia ſunt animalia quæ herbis paſcuntur.* Τὰ δειλὰ (ζῶα) ποιηφάγα· τὰ ἰσχυρὰ, ἀγριωτικά· ἔλαφος ποιηφαγεῖ, λέων ἀγρεύει, *inquit* noſter *Diſſ. XIII. p.* 140. [16] *De barbaris idem notavit* Ælian. *V. H. II.* 31. *Ex hoc conſenſu factum eſt ut Vett. Dei notitiam omnium animis eſſe veluti inſculptam affirmârint.* Arnobius *contrà Gent. lib. I. p.* 24. Quiſquamne eſt hominum, qui non cum illius principis notione diem primæ nativitatis intraverit, cui non ſit ingenitum, non affixum, imò ipſi pænè in Genitalibus matris non impreſſum, non inſitum, eſſe Regem ac Dominum, cunctorum, quæcunque ſunt, moderatorem? Sed ideam *Dei nec eſſe innatam nec ad omnes homines extendi, probavit V. C.* Joan. Lockius *lib. I. de Int. Hum. c. IV.* §. 8. *& ſeqq.* [17] *Ità quidem ſenſerunt veterum plurimi.* Strabo *Geog. lib. XV. p.* 732. Τῷ πυρὶ καὶ τῷ ὕδατι (Πέρσαι) θύουσι. Clem. Alex. *Protrep. ad Gent. p.* 32. Περσῶν οἱ μάγοι τὸ πῦρ τετιμήκασι ——θύειν ἐν ὑπαίθρῳ τούτους ὁ Δίνων λέγει

ποταμοῦ

anima hominum. Nec æquum videtur rem ſui ſimillimam deformi includere corpori voluiſſe Deum: ſed quod animam facillimè circumferret immortalem, leve, motui aptum, quodque ſolum omnium quæ in terra ſunt corporum caput in cœlum attolleret, venuſtum, alacre, apte compoſitum. Non tam magnum ut terrere quenquam, nec tam hirſutum ut formidabile cuiquam eſſe poſſet, nec tam grave ut non moveri, nec tam læve ut ſtare nequeat: non tam durum ut tactum repellat, nec tam frigidum ut humi ſerpere, nec tam calidum ut in altum ſe efferret, nec tam laxum ut natare cogatur: non tam poſtremo immane ut crudas carnes; nec tam infirmum ut ſolas è terra herbas voret: ſed ea corporis totius compoſitione quæ verè eſt concinna, ſingulisque ejus operibus quàm maximè reſpondet: quæ & metum timidis & amorem conciliet probis, natura quidem incedat, ratione tamen volet, arte natet, terram colat, fruges edat, fructus mandat; colore nitido, membris firmiſſimis, vultu pulchro, barba quæ deceat. Tali corporis forma repræſentare Deos eoſque colere conſuerunt Græci. Inter Barbaros verò qui Deos non agnoſcat, nemo eſt: alia tamen illi atque alia ſigna inſcripſere. Ignem Perſæ, quotidianum hoc elementum, rem voracem atque inſatiabilem. Igni ſacrum faciunt Perſæ, igni alimentum ſuppeditant, acclamantque, *Comede ô domine.* Quibus merito dicat aliquis, Ecquid te pudet, gens dementiſſima, tot tantaſque negligere ſtatuas, terram mitiſſimam, ſolem clariſſimum, mare navigationibus deſtinatum, fluvios fœcunditatis dominos, almum aërem, ipſumque poſtremo cælum; uni verò elemento immaniſſimo omnium violentiſſimoque ſoli adhærere? quam quidem veſtram ſtatuam veſtrumque Deum non lignis tantum paſcitis aut victimis, aut ſuffitu ſacro, ſed majoribus longe. Quippe & Eretriam totam, ipſaſque Athenas & Ionum ſacra Græcorumque ſtatuas huic devorandas objeciſtis. Ne Ægyptiorum quidem ferre poſſum conſuetudinem. Bovem illi colunt, avem & hircum, ut omittam Nili

θεῶν ἀγάλματα μόνα τὸ ΠΥΡ καὶ τὸ ὕδωρ νομίζοντας. *Sed oſtendit vir harum rerum peritiſſimus* Th. Hydius, *Perſas ſolius Dei fuiſſe cultores, honoremque tantùm civilem igni, utpote elementorum puriſſimo, ab iis eſſe præſtitum. Vid.* Hiſt. Rel. Vett. Perſ. *c. I. & VIII.* [18] *Cùm Græciam ſub Xerxe invaderent.* (Ξέρξης) τά τε ἱρὰ καὶ τὰ ἴδια ἐν ὁμοίῳ ἐποιέετο, ἐμπιπράς τε καὶ καταβάλλων τῶν θεῶν τὰ ἀγάλματα, *ait* Themiſtocles *apud* Herodot. *lib. VIII. c.* 109. *Hoc facinus aggreſſi ſunt, quod Deum auguſtiorem, quàm ut templis includeretur, omniaque ſimulacbra eſſe illicita, cenſebant.* Cicero *de legg. lib. II. c.* 10. *Magis Perſarum* auctoribus, Xerxes inflammâſſe templa Græciæ dicitur, quod parietibus includerent Deos, quibus omnia deberent eſſe patentia, ac libera, quorumque hic mundus omnis templum eſſet & domus. *Inter alios autem* Diog. Laërt. *tradit Magos* ξοάνων καταγινώσκειν. *Proœm. lib. I. p.* 2. [19] *Hircos à Mendeſiis coli narrat* Herodot. *lib. II. c.* 46. *Bos eſt* Apis. Quid igitur cenſes? *ait Cotta Velleio apud* Ciceron. *de nat. Deor. lib. I. c.* 29 Apim illum ſanctum Ægyptiorum bovem, nonne Deum videri Ægyptiis? *Inter aves, Ibin & ac-*

monſtra:

ποταμοῦ τοῦ Νείλου τὰ θρέμματα, ὧν θνητὰ μὲν τὰ σώματα, δειλοὶ δὲ οἱ βίοι, ταπεινὴ δὲ ἡ ὄψις, ἄσημος δὲ ἡ θεραπεία, αἰσχρὰ δὲ ἡ τιμή. Ἀποθνήσκει θεὸς Αἰγυπτίοις, καὶ [20] πενθεῖται θεὸς, καὶ δείκνυται παρ᾽ αὐτοῖς ἱερὸν θεοῦ, καὶ τάφος θεοῦ. Καὶ Ἕλληνες μὲν θύουσι καὶ ἀνθρώποις ἀγαθοῖς καὶ τιμῶνται μὲν αὐτῶν αἱ ἀρεταὶ, ἀμνημονοῦνται δὲ αἱ συμφοραί· παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις, ἰσοτιμίαν μὲν ἔχει τὸ θεῖον τιμῆς καὶ δακρύων. Γυναικὶ Αἰγυπτίᾳ θρέμμα ἦν κροκοδείλου σκύλαξ· ἐμακάριζον οἱ Αἰγύπτιοι τὴν γυναῖκα, ὡς τιθηνουμένην θεόν· τινὲς δὲ αὐτῶν καὶ προσεθρύπτοντο καὶ αὐτὴν καὶ τὸν τρόφιμον. Ἦν αὐτῇ παῖς ἄρτι ἡβάσκων, ἡλικιώτης τοῦ θεοῦ, συναθύρων αὐτῷ καὶ συντρεφόμενος· ὁ δὲ τέως μὲν ὑπὸ ἀσθενείας ἦν πιθασὸς, προελθὼν δὲ εἰς μέγεθος, ἤλεγξε τὴν φύσιν καὶ διέφθειρε τὸν παῖδα· [21] ἡ δὲ δύστηνος Αἰγυπτία, ἐμακάριζε τὸν υἱὸν τοῦ θανάτου, ὡς γενόμενον δῶρον ἐρεσίῳ θεῷ. Τὰ μὲν Αἰγυπτίων, τοιαῦτα. Ἀλέξανδρος δὲ ἐκεῖνος, Πέρσας ἑλὼν, καὶ Βαβυλῶνος κρατήσας, καὶ Δαρεῖον χειρωσάμενος, ἦλθεν εἰς τὴν Ἰνδῶν γῆν, ἄβατον οὖσαν τέως στρατῷ ξένῃ, ὡς Ἰνδοὶ ἔλεγον, πλὴν γε Διονύσου καὶ Ἀλεξάνδρου. Ἐστασίαζον Ἰνδοὶ βασιλεῖς [22] Πῶρος καὶ Ταξίλης· Πῶρον μὲν λαμβάνει ὁ Ἀλέξανδρος, Ταξίλην δὲ κατὰ φιλίαν παρεστήσατο. Ἐπεδείκνυεν Ἀλεξάνδρῳ Ταξίλης τὰ θαυμαστὰ τῆς Ἰνδῶν γῆς, ποταμοὺς μεγίστους, καὶ ὄρνιθας ποικίλους, καὶ εὐώδη φυτὰ, καὶ εἴ τι ἄλλο ξένον ὀφθαλμοῖς Ἑλληνικοῖς· ἐν δὲ τοῖς ἔδειξε καὶ ζῶον ὑπερφυὲς, Διονύσου ἄγαλμα, ᾧ Ἰνδοὶ ἔθυον· δράκων ἦν μῆκος πεντάπλεθρον, ἐτρέφετο δὲ ἐν χωρίῳ κοίλῳ, ἐν κρημνῷ βαθεῖ, τείχει ὑψηλῷ ὑπὲρ τῶν ἄκρων περιβεβλημένος· καὶ ἀνήλισκε τὰς Ἰνδῶν ἀγέλας, χορηγούντων αὐτῷ τροφὴν, βοῦς καὶ ὄϊς καθάπερ τυράννῳ μᾶλλον ἢ θεῷ. Οἱ ἑσπέριοι Λίβυες οἰκοῦσι * γῆς αὐχένα στενὸν καὶ ἐπιμήκη καὶ ἀμφιθάλαττον· σχιζομένη γὰρ κατὰ κορυφὴν τοῦ αὐχένος ἔξω θάλαττα, περιλαμβάνει τὴν γῆν κύματι πολλῷ καὶ πελαγίῳ· τοῖς ἀνθρώποις τούτοις ἱερόν ἐστι καὶ ἄγαλμα ὁ Ἄτλας. Ἔστι δὲ ὁ Ἄτλας ὄρος κοῖ-

---

*cipitrem, inter piſces Crocodilum, Hippopotamum alioſque divino cultu honorabant. Teſtimonia Vett. collegit vir eruditiſſimus* Joann. Clericus *Comm. in Exod. c. XX. v. 4. Omnibus tamen Ægyptiis inter ſe non convenit. Verbi causâ, Tentyritæ Crocodilos inſectabantur, quos Ombitæ Deos habuêre. Vid.* Juvenal. *Satir. XV. v. 35. & ſeqq. Contrà Tentyritæ colebant accipitres, quos Coptitæ odio proſequuti ſunt. Ælian. de Anim. Lib. 10. c. 24.*

[20] *Oſiridem intelligit: Ei enim templa condebantur, ubicunque corpus ferebatur ſepultum.* Plutarch. *de Iſid. & Oſir. p. 357. A.* Οὐχ ἥκιστα δὲ ὁ τῶν Ὀσίριδος δέξασθαι πολλαχοῦ κεῖσθαι λεγομένου τοῦ σώματος. *Hujuſce Dei feſta luctuoſa celebrabant, luctus autem in lætitiam tandem mutabatur. Vid.* Lactant. *Div. Inſt. lib. I. c. 21.* Lucian. *de Deâ Syr. Tom. 2. p. 658. it & quæ collegit* Joan. Seldenus *de Diis Syris Synt. II. c. 10.* [21] *Hæc*

λον,

monſtra: quorum omnium mortale corpus, vita abjecta, vultus in terram converſus, cultus degener, honor pudendus eſt. Moritur ergo in Ægypto Deus & lugetur: ejuſdemque & templum monſtratur & ſepulchrum. Et Græci quidem bonis etiam viris ſacra faciunt, quorum virtutum memoriam celebrant, calamitates verò omittunt. Apud Ægyptios verò ex æquo lacrymas Deo & honores offerunt. Mulierem olim Ægyptiam crocodili catulum aluiſſe fama tenet. Feliciſſimam eam Ægyptii judicabant, utpote nutricem Dei. Erant & qui nutrici ſimul alumnoque blandirentur. Mulieri huic erat filius, qui necdum ex ephebis exceſſerat, æqualis Dei: quicum adoleſcere unaque luſitare conſuerat. Quæ res illi non male ſucceſſit, dum præ corporis imbecillitate cicur videretur, poſtquam verò adolevit, ad ingenium redit, puerum vorat. Ibi miſerrima mulier filii ſui morte gaudere, tanquam beatiſſimi, quod domeſtici Dei factus eſſet victima. Atque ita quidem Ægyptiorum fert ratio. Magnus autem Alexander devictis jam Perſis, Babylone expugnata, capto Dario, terram Indorum petiit, quæ nunquam, ut dicebant ipſi, exercitum externum præterquam Bacchi & ipſius Alexandri admiſerat. Gravi eo tempore inter ſe contentione diſſidebant duo reges, Porus & Taxiles. Et Porus quidem vi pugnans capitur, in fidem ſocietatemque à rege recipitur Taxiles. Qui quidem quicquid vel admiratione dignum in India, vel homini Græco novum videri poterat in aliena terra, regi oſtendit: fluvios maximos, aves varias, plantas odoratas. In his omnibus animal erat maximum Baccho ſacrum, cui victimas quotidie Indi mactabant. Hoc animal draco erat, qui jugera terræ quinque corpore æquaret: is devexo in loco, amfractuoſo, profundo, altiſſimis deſuper muris circumſepto alebatur. Hic Indorum armenta ac pecudes vorabat, quippe illis novum illi cibum quotidie præbentibus, boves puta & oves; tanquam tyranno potius quam Deo. Heſperii Libyes terram incolunt anguſtam, in longum diffuſam, mari cinctam undique. Hujus faucis ſummum circa verticem exterius dividitur mare, multaque aquarum vi & vorticibus marinis, terram amplectitur. His hominibus ſacer eſt Atlas. Hunc vice ſtatuæ habent. Eſt autem Atlas mons cavus ſatis

---

*mulier dubio procul erat ex Ombitarum genere. Illi enim,* τῶν τέκνων γε κροκοδείλοις ἀναρπαζομένων, ὑπερήδονται· καὶ ἄγαν μητέρες τῶν δειλαίων γάννυνται, καὶ σεμναὶ περιίασιν, οἷα δήπου τεκοῦσαι θεῷ βορὰν καὶ δεῖπνον. Ælian. *H. A. Lib. X. c.* 21. [22] *De Taxile & Poro vid. quæ habet* Q. Curtius *lib. VIII. capp.* 12, & 13. *Ad Draconis hiſtoriam quod attinet, ei ſimilem, niſi eadem ſit, narrant* Prænestinus Sophiſta *H. A. lib. XV. c* 21, & Strabo, *qui tamen meritò tanquam fabuloſam rejicit Geogr. lib. XV. p.* 698. *Cur autem dracones Baccho ſint ſacri frigidam rationem ſuppeditabit* Plutarch. *Sympoſ. lib. III. qu.* 5. * *In* MS. *erat* γῆν ἀυχένα*, ſed lectionem, quam recepimus, non ſine causâ admiſit* Dan. Heinſius.

altus,

λον, ἐπιεικῶς ὑψηλὸν, ἀνεῳγὸς πρὸς τὸ πέλαγος, ὥσπερ [23] τὰ θέατρα πρὸς τὸν ἀέρα· τὸ δὲ ἐν μέσῳ τοῦ ὄρους χωρίον, αὐλὼν βραχὺς, εὔγεως καὶ εὔδενδρος· καὶ ἴδοις ἂν καὶ καρποὺς ἐπὶ τῶν δένδρων, καὶ ὀπωρίσειας ἐκ τῆς κορυφῆς, ὥσπερ εἰς φρεατείας [24] ἔλαφος· κατελθεῖν δὲ οὔτε δυνατὸν (κρημνῶδες γὰρ) οὔτε ἄλλως θέμις. Τὸ δὲ ἐν τῷ χωρίῳ θαῦμα ὡς ὠκεανὸς πλημμύρων, ἐμπίπτων τῇ ἠϊόνι, καὶ τῇ μὲν ἄλλῃ ἀναχεῖται ἐπὶ τὰ πεδία, [25] κατὰ δὲ τὸν Ἄτλαντα αὐτὸν κορυφοῦται τὸ κῦμα· καὶ ἴδοις ἂν τὸ ὕδωρ ἀνεστηκὸς ἐφ' ἑαυτοῦ, ὥσπερ τειχίον, οὔτε εἰσρέον ἐπὶ τὰ κοῖλα, οὔτε ὑπὸ γῆς ἐρειδόμενον, ἀλλ' ἐκ μέσου τοῦ ὄρους καὶ τοῦ ὕδατος ἀὴρ πολὺς, κοῖλον ἄλσος. Λιβύων τοῦτο καὶ ἱερὸν, καὶ θεὸς, καὶ ὅρκος, καὶ ἄγαλμα. [26] Κελτοὶ σέβουσι μὲν Δία, ἄγαλμα δὲ Διὸς Κελτικὸν, ὑψηλὴ δρῦς. Παίονες σέβουσι μὲν ἥλιον, ἄγαλμα δὲ ἡλίου Παιονικὸν, δίσκος βραχὺς ὑπὲρ μακροῦ ξύλου. Ἀράβιοι σέβουσι μὲν, ὅντινα δὲ οὐκ οἶδα· [27] τὸ δὲ ἄγαλμα ὃ εἶδον, λίθος ἦν τετράγωνος. Παφίοις ἡ μὲν Ἀφροδίτη τὰς τιμὰς ἔχει, τὸ δὲ ἄγαλμα οὐκ ἂν εἰκάσαις ἄλλῳ τῷ ἢ πυραμίδι λευκῇ· ἡ δὲ ὕλη ἀγνοεῖται. Λυκίοις ὁ Ὄλυμπος πῦρ ἐκδίδωσιν, οὐχ ὅμοιον τῷ Αἰτναίῳ, ἀλλ' εἰρηνικὸν καὶ σύμμετρον. Καὶ ἔστιν αὐτοῖς τὸ πῦρ τοῦτο καὶ ἱερὸν καὶ ἄγαλμα. Φρύγες οἱ περὶ Κελαινὰς νεμόμενοι τιμῶσι ποταμοὺς δύο, Μαρσύαν καὶ Μαίανδρον· εἶδον τοὺς ποταμούς· ἀφίησιν αὐτοὺς πηγὴ μία, ἣ προσελθοῦσα ἐπὶ τὸ ὄρος, ἀφανίζεται κατὰ νώτου τῆς πόλεως, καὖθις ἐκδίδωσιν ἐκ τοῦ ἄστεος, διελοῦσα τοῖς ποταμοῖς καὶ τὸ ὕδωρ καὶ τὰ ὀνόματα. Ὁ μὲν ἐπὶ Λυδίας ῥεῖ, ὁ Μαίανδρος· ὁ δὲ, αὐτοῦ περὶ τὰ πεδία ἀναλίσκεται. Θύουσι Φρύγες τοῖς ποταμοῖς, οἱ μὲν, ἀμφοτέροις, οἱ δὲ, τῷ Μαιάνδρῳ, οἱ δὲ τῷ Μαρσύᾳ, καὶ [28] ἐμβάλλουσι τὰ μηρία εἰς τὰς πηγὰς, ἐπιφημίσαντες τοὔνομα τοῦ ποταμοῦ ὁποτέρῳ ἔθυσαν· ἀπενεχθέντα δὲ ἐπὶ τὸ ὄρος, καὶ ὑποδύντα τῷ ὕδατι, οὔτ' ἂν ἐπὶ τὸν Μαρσύαν ἐκδοθείη τὰ τοῦ Μαιάνδρου, οὔτ' ἐπὶ τὸν Μαίανδρον τὰ τοῦ Μαρσύου· εἰ δὲ ἀμφοῖν εἴη, διαιρεῖται τὸ δῶρον. [29] Ὄρος Καππαδόκαις, καὶ θεὸς, καὶ ὅρκος, καὶ ἄγαλμα, Μαιῶτις λίμ-

[23] *Theatra nempè ut plurimùm nuda erant & ſine tecto. Adi* J. C. Bulengerum *de Theatr. lib. I. c.* 16. [24] Paccius *in ſuo Codice ſcriptum legerat* [illegible], *vertit enim,* in imum credat ſe puteum diſpicere. *Et ita quidem emendavit* P. Leopardus *Emend. lib. XVIII. c.* 28. [25] *Fabulæ ſunt, quæ de Atlante noſter. Quod autem de aſſurgentibus inſtar muri fluctibus narrat, fortaſſe eſt deſumtum ex diviſione Idumæi maris in gratiam Iſraelitarum facta quam ſic deſcribit* Philo *lib. III. de vit. Moſis p.* 534. Ἀπίστευτα τὰ χρησθέντα θείαις δυνάμεσι, μεῖζον ἀπιστότερα, ῥῆξις θαλάττης, ἀναχώρησις ἑκατέρου τμήματος, πῆξις τῶν κατὰ τὸ ῥαγὲν μέρος διὰ παντὸς τοῦ βάθους κυμάτων, ἵν' ἀντὶ τειχῶν ᾖ κραταιοτάτων. *Sed & ſimile narrant Poetæ. ut apparet ex* Virgil. *Georg. lib. IV. v.*361. [26] *Hic veteres ſunt ar-*

altus, qui mari patet, ſicut theatra aëri. Quod in medio montis patet ſpatium, vallis exigua eſt, terra amœna, arboribus conſita. Itaque & fructus ex arboribus pendentes videas, nec aliter è ſummo culmine contemplanti apparet, quam ſi in puteum deſpicias profundum. Deſcendere autem nec poſſis, locus enim præceps eſt, nec per religionem fas ſit. Nihil tamen magis mirandum videtur, quam pontus ipſe, qui undarum vi maxima littori incumbit, inque patentes ubique campos diffunditur: circa Atlantem ergo aſſurgunt fluctus, ſuoque pondere muri adinſtar ſtat aqua, ut nec in prærupta terræ deſcendat, nec ab ipſa humo fulciatur. Medium inter montem ac mare locum aër occupat nemuſque in convalle. Libycum hoc templum, hic Deus eſt: hunc jurijurando teſtem invocant, hanc habent ſtatuam. Jovem Celtæ colunt, Jovis autem apud eos ſimulachrum alta quercus eſt. Pæones ſolem colunt, ſoliſque apud hos ſimulachrum brevis diſcus eſt, perticæ ſupra longiſſimæ affixus. Colunt & Arabes Deum, quem vero haud facile dixerim: quod autem vidi apud eos ſimulachrum, lapis erat quadrangularis. Venerem Paphii colunt, cujus ſtatuam albæ pyramidi non diſſimilem dixeris. Apud Lycios mons Olympus ignem eructat, non Ætnæi inſtar, ſed placidum compoſitumque. Eſtque hic ignis ipſe & templum & ſtatua. Qui Celænas accolunt Phryges, fluvios duos Marſyam colunt Mæandrumque: quorum ipſe ſpectator fui. Duo hi fluvii è fonte oriuntur uno, qui cum ad montem proceſſit uſque, ad poſteriorem urbis partem ſe ſubducit, rurſuſque ex urbe oritur, ſimulque aquam diſtinguit fluviis & nomen. Atque ex iis quidem Lydiam Mæander petit, alter ibidem in campis finitur ac conſumitur. His fluviis rem divinam Phryges faciunt: alii utrique ſimul, ſeorſim verò alii, Mæandro Marſyæve. Femora victimæ quæ mactatur, in fontes addito alterius cui mactatur fluvii nomine, porriciuntur: quæ à fluvio ad montem deferuntur uſque, ubi ſub aquam demerguntur: nec unquam fit, ut quæ Mæandro mactata ſunt, Marſyam petant, aut quæ Marſyæ Mæandrum. Nam ſi utriuſque ſint, dividunt victimam. Mons Cappadocibus & Deus & jusjurandum eſt & ſtatua: pa-

*bitrati, quià Druidis* Celtarum *ſacerdotibus nihil robore ſacratius, ut tradit* Plinius *H. N. lib. XVI. c.* 44. [27] Rideris, *inquit* Arnob. *adv. Gent. lib. VI.* p. 192. temporibus priſcis Perſas fluvios coluiſſe —— INFORMEM ARABAS LAPIDEM, *&c. quæ habuit ex* Clementis Alex. *Protrept. p.*22.*D. Erat Martis ſimulachrum, ſi modo* Suidæ *fides. Vid. eum in voce* Θεὺς Ἄρης. [28] *Germanum eſt, quod de Eurotâ & Alpheo Siciliæ fluviis refert* Strabo *Geogr. lib. VI. p.* 275. *Sed hæc ſunt*

Pergula pictorum, veri nihil, omnia ficta:

*ut verba* Lucilii *apud* Lactant. *Inſt. Div. lib. I. c.* 22. *mea faciam.* [29] *Cum* Paccio, Stephano *&* Heinſio *ſic diſtingue.* Ὄρος Καππαδόκαις καὶ θεὸς καὶ ὅρκος καὶ ἄγαλμα. Μαιῶτις λίμνη καὶ Ταναῗς Μασσαγέταις.

νη καὶ Τάναϊς, Μασσαγέταις. Ὦ πολλῶν καὶ παντοδαπῶν ἀγαλμάτων, ὧν τὰ μὲν ὑπὸ τέχνης ἐγένετο, τὰ δὲ διὰ χρείαν ἠγαπήθη, τὰ δὲ δι' ὠφέλειαν ἐτιμήθη, τὰ δὲ ἔκπληξιν ἐσεβάσθη, τὰ δὲ διὰ μέγεθος ἐθαυμάσθη, τὰ δὲ διὰ κάλλος ἐπῃνέθη. [30] Πλὴν οὐδὲν γένος, οὐ βαρβαρικὸν, οὐχ Ἑλληνικὸν, οὐ θαλάττιον, οὐκ ἠπειρωτικὸν, οὐ νομαδικὸν, οὐκ ἀστυπολοῦν, ἀνέχεται τὸ μὴ καταστήσασθαι σύμβολα ἄττα τῆς τῶν θεῶν τιμῆς. Πῶς ἂν οὖν τις διαιτήσαι τὸν λόγον, εἴτε χρὴ ποιεῖσθαι ἀγάλματα θεῶν, εἴτε μή; εἰ μὲν γὰρ ἄλλοις τισὶν ἐνομοθετοῦμεν ὑπερορίοις ἀνθρώποις, ἔξω τοῦ καθ' ἡμᾶς αἰθέρος, ἄρτι ἐκ γῆς ἀναφυομένοις, ἢ ὑπό τινος Προμηθέως πλαττομένοις, ἀπείροις βίου καὶ λόγου καὶ νόμου, δέοι ἂν ἴσως τοῦ σκέμματος, πότερα ἐατέον τούτῳ τὸ γένος ἐπὶ [31] τῶν αὐτοφυῶν τούτων ἀγαλμάτων, προσκυνοῦντας οὐκ ἐλέφαντα, οὐδὲ χρυσὸν, οὐδὲ δρῦν, οὐδὲ κέδρον, οὐδὲ ποταμὸν, οὐδὲ ὄρνιθα, ἀλλὰ τὸν ἥλιον ἀνίσχοντα, καὶ τὴν σελήνην λάμπουσαν, καὶ τὸν οὐρανὸν * πεποικιλμένον, καὶ γῆν αὐτὴν, καὶ ἀέρα αὐτὸν, καὶ πῦρ πᾶν καὶ ὕδωρ πᾶν· ἢ καὶ τούτους καθείρξομεν εἰς ἀνάγκην τιμῆς λίθων, ἢ ξύλων, ἢ τύπων; Εἰ δέ ἐστιν οὗτος κοινὸς ἁπάντων νόμος, τὰ κείμενα ἐῶμεν, τὰς φήμας τῶν θεῶν ἀποδεχόμενοι καὶ φυλάττοντες αὐτῶν τὰ σύμβολα ὥσπερ καὶ τὰ ὀνόματα· ὁ μὲν γὰρ θεὸς ὁ τῶν ὄντων πατὴρ καὶ δημιουργὸς, ὁ πρεσβύτερος μὲν ἡλίου, πρεσβύτερος δὲ οὐρανοῦ, κρείττων δὲ χρόνου καὶ αἰῶνος καὶ πάσης ῥεούσης φύσεως, [32] ἀνώνυμος νομοθέτῃ, καὶ ἄρρητος φωνῇ καὶ ἀόρατος ὀφθαλμοῖς· οὐκ ἔχοντες δὲ αὐτοῦ λαβεῖν τὴν οὐσίαν, ἐπερειδόμεθα φωναῖς καὶ ὀνόμασι καὶ ζώοις, καὶ τύποις χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος καὶ ἀργύρου, καὶ φυτοῖς καὶ ποταμοῖς, καὶ κορυφαῖς καὶ [33] νάμασιν, ἐπιθυμοῦντες αὐτοῦ τῆς νοήσεως· ὑπὸ δὲ ἀσθενείας, τὰ παρ' ἡμῖν καλὰ, τῇ ἐκείνων φύσει ἐπονομάζοντες, αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ τῶν ἐρώντων πάθος, οἷς ἥδιστον μὲν θέαμα, οἱ τῶν παιδικῶν τύποι, [34] ἡδὺ δὲ εἰς ἀνάμνησιν καὶ λύρα καὶ ἀκόντιον,

---

[30] *Hoc plane falſum eſt; nam ut omittam Judæos & Chriſtianos, qui nullas Dei imagines coluère, Seres & Brachmanes in* εἰκονολατρῶν *cenſum non venerunt.* Νόμος ἐστὶ παρὰ Σήρσι---μὴ ξόανα προσκυνεῖν. —— Παρὰ Ἰνδοῖς καὶ Βάκτροις εἰσὶ χιλιάδες πολλαὶ τῶν λεγομένων Βραχμάνων, οἵτινες κατὰ παράδοσιν τῶν προγόνων οὔτε φονεύουσιν, οὔτε ξόανα σέβονται. *Verba ſunt* Bardeſanis *apud* Euſebium *Præp. Evang. lib. VI, c.* 10. [31] *Cæleſtia corpora unà cum elementis* ἀγαλμάτων αὐτοφυῶν *nomine donavit noſter, quòd ad ea colenda hominum ſuperſtitio primùm ſe converteret.* Diodorus Siculus *lib. I. docet,* Τοὺς ἀνθρώπους τὸ παλαιὸν γενομένους ἀναβλέψαντας εἰς τὸν κόσμον καὶ τὴν τῶν ὅλων φύσιν καταπλαγέντας καὶ θαυμάσαντας, ὑπολαβεῖν εἶναι θεοὺς ἀϊδίους τε καὶ πρώτους τόν τε Ἥλιον καὶ τὴν Σελήνην. *Hinc eſt quòd ſyderum adorationem Maimonides vocet* עיקר עבודת fundamentum Idololatriæ, *de Idol. c. I, §.* 2. *Cùm autem, ſi* Prodico Ceo *ſides, ſolebant Veteres* τὸ ὠφελοῦν τὸν βίον, ὑπειλῆφθαι θεὸν, *ut ex eo refert* Sextus Empi-

καὶ

lus Mæotica Maſſagetis Tanaiſque. O multas variaſque ſtatuas, quarum alias ars excogitavit, alias commendavit uſus, alias utilitas, alias admiratio colere præcepit, alias Deorum in numerum formæ amplitudo retulit, alias pulchritudo ſua evexit. Cum interim nullum ſit genus hominum, vel Barbarum vel Græcum, ſive ad mare ſive in continente vivat, ſive ſine ſede vagetur, ſive urbem incolat, quod non aliqua divinitatis ſigna conſecraverit. Quis ergo litem hanc de ſimulacris Deo dicandis decidere audeat? Si enim lex nobis præſcribenda eſſet aliis quibuſdam hominibus, qui longe extra fines quos incolimus, noſtrumque aërem recens è terra emergerent, aut à Prometheo aliquo effingerentur, vitæ, rationis, legumque ignari, moveri fortaſſe poſſet hæc quæſtio, iiſne hominibus ea relinquenda eſſent ſimulachra, ea adoranda, quæ natura præſcripſit; non ebur, non aurum, non quercus, aut cedrus, non fluvius, non avis; ſed ſolis orientis imago lunæque ſplendor, ſed picta cœli domus, ipſaque terra & aër ipſe, ignis omnis, omniſque aqua: an contra & hi redigendi eſſent in ordinem, ut lapides aut ligna imagineſque ex iis colerent quaſcunque. Quod ſi hæc communis omnium lex eſt, nihil antiquemus, nihil de opinione Deorum detrahamus: eorumque inſignia unà cum nominibus ſervemus. Deus enim omnium quæ extant pater conditorque, ſole antiquior, antiquior cœlo, omni tempore major, omni ævo, & quicquid in natura mutatur; legiſlator ſine nomine, quem vox nulla exprimit, nulla oculorum intuetur acies: cujus cum ſenſus noſtros excedat eſſentia, auxilium à verbis, à nominibus animalibuſque, ab auri, eboris, argentique figuris, à plantis fluviiſque, à montium jugis aquarumque ſcatebris aliquod petamus: ut ad ejus hac ratione intellectum pervenire liceat. Cùm enim tenuitatis noſtræ ita poſcat ratio, quicquid apud nos eſt pulcherrimum illius inſcribimus naturæ: planè ut amantes ſolent, qui eorum quos amant, libenter ſimulacra intuentur. Sic cum voluptate aſpiciunt aut lyram quam reliquere, aut jaculum, aut ſellam in qua ſedere,

ricus *adv. Mathem. lib. VIII. p.* 217. *non mirum ſi proximo loco elementa poſuerint. Quæ nationes & Philoſophi his in rebus peccârint, copioſè narrat* Ger. Joan. Voſſius *lib. II. de Idol.* * *Nimirum ſtellis.* [32] *Deum nomine proprio, quo ab aliis naturis diſtinguatur, non indigere cenſuêrunt etiam Vett. Chriſtiani.* Triſmegiſtus Deum ἀνώνυμον eſſe dixit, eò quòd nominis proprietate non egeat, ob ipſam ſcilicet unitatem. Ipſius hæc verba ſunt. Ὁ δὲ θεὸς εἷς ὀνόματος οὐ προσδεῖται· ἔστι γὰρ ὁ ὢν ἀνώνυμος. Deo igitur nomen non eſt, quia ſolus eſt: nec opus eſt proprio vocabulo, niſi cum diſcrimen exigit multitudo, ut unamquamque perſonam ſuâ notâ & appellatione deſignes. *Hæc habet* Lactant. *Div. Inſt. lib. I. c.* 6. [33] *In MS. erat* νόμαντ, *quæ vox eſt nihili. Sed, prout edidimus, hunc locum certâ conjecturâ emendavit* P. Leopardus *Emend. lib. XVII. c.* 2. [34] *Hoc exemplo ſuam* περὶ ἀναμνήσεως *doctrinam illuſtravit Socrates apud* Platonem *in Phædon. p.* 382.

καὶ θῶκός τις καὶ δρόμος, καὶ πᾶν ἁπλῶς τὸ ἐπεγεῖρον τὴν μνήμην. Τί μοι τὸ λοιπὸν ἐξετάζειν, καὶ νομοθετεῖν ὑπὲρ ἀγαλμάτων; θεῖον εἰς γνώμην ἴστω μόνον. Εἰ δὲ Ἕλληνας μὲν ἐπεγείρει πρὸς τὴν μνήμην τοῦ θεοῦ ἡ Φειδίου τέχνη, Αἰγυπτίους δὲ ἡ πρὸς τὰ ζῷα τιμή, καὶ ποταμὸς ἄλλους, καὶ πῦρ ἄλλους, οὐ νεμεσῶ τῆς διαφωνίας· ἴστωσαν μόνον, ἐράτωσαν μόνον, μνημονευέτωσαν μόνον.

---

## ¹ Εἰ καλῶς ἐποίησε Σωκράτης μὴ ἀπολογησάμενος.

## ΛΟΓΟΣ ΛΘʹ.

ΔΕινόν γε τὰς μὲν ἄλλας τέχνας ἀπηλλάχθαι ἑκάστην τῆς τῶν πολλῶν δικαστικῆς, καὶ μήτε τὸν κυβερνήτην, ἐπιλαβόμενον τῆς νεὼς καὶ χρώμενον τῇ τέχνῃ κατὰ τοὺς αὐτῆς λόγους, εὐθύνεσθαι πρὸς τῶν ἀτέχνων, μήτε τὸν ἰατρὸν ἀνέχεσθαι τοὺς κάμνοντας τὰ πράγματα αὐτοῦ καὶ τὰ ἰάματα καὶ τὰ διαιτήματα ἐπισκοποῦντας καὶ βασανίζοντας, ἀλλ' οὐδὲ κεραμέας, οὐδὲ σκυτοτόμους, οὐδὲ τοὺς τὰ ἔτι τούτων ἀτιμότερα μεταχειριζομένους, ἄλλον τινὰ ἔχειν δικαστὴν τῶν ἔργων πλὴν τῆς τέχνης· Σωκράτην δὲ τὸν μηδὲ τῷ Ἀπόλλωνι παρασχόντα ἀμαθίας αἰτίαν, ² τὸν τὰς ψάμμους εἰδότα καὶ καταμετρησάμενον τῆς θαλάττης, οὔπω καὶ νῦν πεπαῦσθαι συκοφαντούμενον καὶ εὐθυνόμενον· ἀλλὰ πικροτέρους αὐτῷ εἶναι τοὺς ἐπιγιγνομένους ἀεὶ καὶ τοὺς συκοφάντας Ἀνύτου καὶ Μελίτου, καὶ τοὺς δικαστὰς Ἀθηναίων τῶν τότε. Καὶ εἰ μὲν γραφεὺς ἦν ἢ δημιουργὸς ἀγαλμάτων, οἷον Ζεῦξις ἢ Πολύκλειτος, ἢ Φειδίας, παρέπεμπεν ἂν τὰ ἔργα αὐτὰ μετ' εὐφημίας ἡ τῆς τέχνης δόξα· ὁρῶντες γοῦν ἐκεῖνα οἱ ἄνθρωποι, μὴ ὅτι αἰτιᾶσθαι, ἀλλ' οὐδὲ ἐξετάζειν τολμῶσιν, ἀλλ' εἰσὶν αὐτεπάγγελτοι ἐπαινέται θεαμάτων ἐνδόξων· εἰ δέ τις μὴ κατὰ γραφέας, μηδὲ κατ' ἀγαλμάτων δημιουργοὺς ἀγαθὸς ἦν τὴν χειρῶν τέχνην, ἀλλὰ τὸν αὐτοῦ βίον συμμέτρως καὶ πρὸς τὸ ἀκριβέστατον λόγῳ καὶ πόνῳ καὶ ἐθισμῷ καὶ εὐτελείᾳ καὶ καρτερίᾳ καὶ σωφροσύνῃ καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς

---

¹ *Contendit* Maximus, *rectè feciſſe Socratem, quòd accuſatus ſe non defenderit. Nec ſanè hujuſce orationis fictum eſt argumentum, prout Sophiſtarum innumera, ſed reverà ita ſe geſſit præſtantiſſimus ille Philoſophus.* Cicero *Tuſc. Quæſt. lib. I. c.* 29. Socrates nec patronum quæſivit ad judicium capitis, nec judicibus ſupplex fuit, adhibuitque liberam contumaciam, à magnitudine animi ductam, non à ſuperbiâ. *Vid. & Lib. I. de Orat. c.* 54. *ex quo patet, ab eo rejectam eſſe orationem, quam compoſuerat Lyſias, ut in judicio uteretur Socrates. Idem docet* Valerius Maximus *lib. VI. c.* 4. *Sed-*

ἡρμόσατο,

aut circum in quo currere ſolent, aut quicquid memoriam iis reducit priſtinam. Quid ergo ultra de his inquirendum eſt? quæ de ſimulachris lex ferenda? Animus modo Deum proponat ſibi. Cæterum ſive memoriam ejus maxime repræſentet Græcis ars Phidiæ, aut Ægyptiis animalium cultus, aut aliis fluvius, aut ignis aliis; varietatem non damno. Intelligant modo quem colunt, ament modo, illius modo memoriam conſervent.

## *An rectè fecerit Socrates, quod accuſatus non reſponderit.*

### DISSERT. XXXIX.

INdignum facinus ſi reliquas artes omnes à vulgi tribunali ſua vindicet ſcientia: nec gubernator cum in ſuo verſatur munere, navemque ex opinione dirigit propria, imperitorum cuiquam cogatur rationem reddere, nec æquo ferat animo medicus, ſi ea quæ præſcribit quæque aut prodeſſe morbo aut ad victus conferre rationem exiſtimat, ſcrutetur atque anxiè exploret æger; nec figuli denique vel coriarii, aut ſi quis etiam ignobiliore in arte verſetur, alium judicem noverit quam ipſam artem: Socratem verò, qui ne ab ipſo quidem Apolline ignorantiæ accuſari potuit, Deo qui & arenæ numerum perſpectum habuit, & maris magnitudinem conjicere potuit; tamen hodieque calumniis peti, & quaſi in judicium de integro vocari: adeò quidem ut infeſtior ei indies fit poſteritas: nec plus iſti parcant hi ſycophantæ, quam Anytus fecit aut Melitus, vel judices illius ævi Athenienſium. Idem tamen ſi pictor eſſet aut ſtatuarius, qualis vel Zeuxis vel Polycletus aut Phidias, ipſa opera cum admiratione quadam abſolveret concepta de arte ejus opinio: ea enim tantum abeſt ut accuſent, ut ne examinare quidem auſint cum intuentur homines: ſed ultro tanquam de opere quod communi probetur judicio, laudem illi deferunt. Si quis verò ſit, qui non ut pictor aliquis, aut ſtatuarius, arte manuaria excellat, verum enimverò ſuam ſibi vitam ratione, labore, aſſuetudine, frugalitate, temperantia continentiaque, reliquis denique omnibus virtutibus, ad exactiſſimam vivendi

*quamvis ſibi defuerit, plurimi tamen id ſibi negotii datum eſſe cenſuerunt, ut pro eo Apologias concinnarent; nam præter* Xenophontem *&* Platonem, *eum ſcriptis tutati ſunt* Zeno, Demetrius Phalereus, Plutarchus, Galeuus, *&* Theon *Antiochenus Stoicus, ut notavit* Menagius *in* Diog. Laertii *lib. II. p.* 43. *quibus addi debet* Libanius *Sophiſta.* [1] *Reſpicit noſter ad reſponſum Crœſi nuncii à Pythiâ redditum, quod habet* Herodot. *lib. I. c.*47.

ἡρμόσατο, τοῦτο μὴ τυγχάνειν βεβαίας δόξης, μηδὲ ἐπαίνων ὡμολογημένων, μηδὲ ὁμοφώνων δικαστῶν, ἀλλὰ ἄλλον ἄλλο τι διατελεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ λέγοντας. Ὁποῖόν τι καὶ τὸ παρὸν ἡμῖν νυνὶ σκέμμα. Σωκράτην τοῦτον Μέλιτος μὲν ἐγράψατο, Ἄνυτος δὲ εἰσήγαγε, Λύκων δὲ ἐδίωκε, κατεδίκασαν δὲ Ἀθηναῖοι, ἔδησαν δὲ [3] οἱ Ἕνδεκα, ἀπέκτεινε δὲ ὁ ὑπηρέτης· καὶ Μελίτου γραφομένου ὑπερεώρα, καὶ Ἀνύτου εἰσάγοντος κατεφρόνει, καὶ Λύκωνος λέγοντος κατεγέλα, καὶ [4] ψηφιζομένων Ἀθηναίων ἀντεψηφίζετο, καὶ τιμωμένων ἀντετιμᾶτο· καὶ δεόντων αὐτὸν τῶν Ἕνδεκα, τὸ μὲν σῶμα παρεῖχεν (ἀσθενέστερον γὰρ ἦν πολλῶν σωμάτων) τὴν δὲ ψυχὴν οὐ παρεῖχε· κρείττων γὰρ Ἀθηναίων ἁπάντων· οὐδὲ τῷ ὑπηρέτῃ ἐχαλέπηνεν, οὐδὲ πρὸς τὸ φάρμακον ἐδυσχέρανεν· ἀλλ' Ἀθηναῖοι μὲν αὐτὸν οὐχ ἑκόντες καταδεδίκασαν, ὁ δὲ ἀπέθνησκεν ἑκών. Ἐλέγχει δὲ τοῦ μὲν τὸ ἑκούσιον, ὅτι ἐξὸν αὐτῷ καὶ χρημάτων τιμήσασθαι, [5] καὶ φεύγειν ἐκκλαπέντι, προείλετο ἀποθανεῖν· τῶν δὲ τὸ ἀκούσιον· [6] μετέγνωσαν γὰρ εὐθύς· οὗ τί ἂν εἴη πάθος δικασταῖς καταγελαστότερον; Ἔτι οὖν ποθεῖς σκέψασθαι περὶ Σωκράτους * εἰ ἄρα ταῦτα ἔδρα ἢ μή; τί οὖν εἴ τις συμπαρελθὼν διηγεῖτο ὅτι ἀνὴρ Ἀθηναῖος, γέρων τὴν ἡλικίαν, φιλόσοφος τὴν ἐπιτήδευσιν, πένης τὴν τύχην, ὅσιος τὴν φύσιν, ἀγαθὸς εἰπεῖν, συνετὸς νοῆσαι, ἄγρυπνος καὶ νηφάλιος, καὶ οἷος μηδὲν εἰκῆ μήτε ἔργον πρᾶξαι, μήτε εἰπεῖν λόγον· [7] βεβιωκὼς μὲν πόρρω ἡλικίας, ἐπαινέτας δὲ ἔχων τῶν τρόπων, Ἑλλήνων μὲν οὐ τοὺς φαυλοτάτους τὴν φύσιν, θεῶν δὲ, τὸν Ἀπόλλωνα· οὗτος, ἐπαναστάντων αὐτῷ φθόνῳ καὶ ἀπεχθείᾳ καὶ τῇ πρὸς τὰ καλὰ ὀργῇ, ἐκ μὲν τοῦ θεάτρου, Ἀριστοφάνους, ἐκ δὲ τῶν σοφιστῶν, Ἀνύτου, ἐκ δὲ τῶν συκοφαντῶν, Μελίτου, ἐκ δὲ τῶν ῥητόρων, Λύκωνος· καὶ τοῦ μὲν κωμῳδοῦντος, τοῦ δὲ, γραφομένου, τοῦ δὲ, εἰσάγοντος, τοῦ δὲ, λέγοντος, τῶν δὲ, δικαζόντων, ἐχαλέπαινε πρῶτα μὲν τῷ Ἀριστοφάνει, καὶ καταστὰς ἐν Ἀθηναίοις, ἀντεκωμῴδει τὸν ἄνδρα ἐν Διονυσίοις, ἔτι μεθυόντων τῶν δικαστῶν, ἔπειτα εἰς τὸ δικαστήριον παρελθὼν, ἀντερρητόρευε τοῖς λέγουσι καὶ λόγους διεξῄει μακροὺς,

[3] Οἱ ἕνδεκα erant ἀρχὴ ἐν Ἀθήναις ἐπιμελουμένη τῶν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ κατακειμένων, ἐφ' ἣν ἀνήγοντο οἱ κλέπται καὶ οἱ ἀνδραποδισταὶ, ut docet Suidas. [4] Socrates videlicet, cùm judices eum pecuniâ mulctare ſtatuentes rogarent, quanti litem æſtimaret, ἐγώ τοι, inquit, ἐμοὶ διαπεπραγμένῳ τιμῶμαι τὴν δίκην τῆς ἐν Πρυτανείῳ σιτήσεως, quam ob cauſam tumultuantes judices eum ſtatim capite damnârunt. Vid. Diog. Laërt. lib. II. p. 43. & Platon. in Apol. Socr. p. 367 C. Erat enim ἡ ἐν Πρυτανείῳ σίτησις honor iis tributus, qui de Rep. quam optimè meruerant. Adi, ſi neſcis, Lexicographum modò laudatum v. Πρυτανεῖον. [5] Hoc eſt quod notavit Cicero Tuſc. Quæſt. lib. I. c. 29. Socrates, inquit, paucis ante mortem diebus, cùm facile poſſet educi è cuſtodiâ, noluit. Quibus autem rationibus motus hoc modo ſe geſſerit, memoriæ dedit Plato in Critone p. 369. & ſeqq.

normam direxit, hunc nec gloriam conſequi certam, nec indubitatum præconium, nec conſenſum inter ſe judicum, ſed alium de eo aliter cenſere, mihi quidem indigniſſimum videtur. Tale eſt de quo hic acturi ſumus. Hunc Socratem noſtrum reum fecit Melitus, judici ſtitit Anytus, accuſavit Lyco, damnarunt Athenienſes, vinxerunt undecimviri, interfecit tortor. Ille tamen & Melitum qui intendit, & Anytum qui detulit litem, & Lyconem qui propoſuit, audacter contempſit. Sed & decretum Athenienſium decreto ſuo & mulctam mulcta eluſit. Ille & undecimviris cum vinciretur, corpus ( minus enim unius quam plurimorum potuit ) præbuit: animam verò neutiquam, quæ ſola omnibus erat Athenienſibus ſuperior. Ille nec tortori indignari potuit, nec venenum difficulter admiſit: cumque ab invito damnaretur populo, ipſe non invitus deceſſit: quod quidem ex eo patet, quod cum mulcta redimere litem potuerit, aut clam effugere, mortem prætulit: populo verò invito id factum eſſe, vel ex eo, quod factum damnarunt protinus. Quo quid evenire judicibus poteſt ſtultius? Vin' igitur ulterius videamus, recténe id à Socrate factum ſit, an ſecus? Quid ſi igitur ad nos veniret aliquis qui narraret, Athenis fuiſſe hominem, ætate provectum, profeſſione Philoſophum, fortuna pauperem, indole eximium, eloquentia magnum, mentis acumine majorem, vigilem, ſobrium; qui nec quicquam temere egiſſet, nec verbum ullum effutiiſſet: idem poſtquam diu inter homines vixiſſet, nec ullus eſſet in tota Græcia indolis homo eximiæ, quem non in admirationem rapuiſſet ſui, ſicut & è Diis ipſum Apollinem, tamen cum invidia paulatim & indignatione, eoque, quo pleraque mortalium gens laborat, honeſtatis odio, multi in eum inſurgerent, ex theatro Ariſtophanes, è ſophiſtis Anytus, è ſycophantis Melitus, ex oratoribus Lyco, quorum hic in comœdia tangebat hominem, ille litem intendebat, tertius nomen deferebat, quartus accuſabat, reliqui omnes judicabant: hic ita ſe geſſit, ut primò in Ariſtophanem inveheretur, mediaque in Athenienſium urbe ipſis Dionyſiis, ebriis adhuc judicibus, comicis contra conviciis hominem proſcinderet: illinc in judicium ſe contulit ubi verbis cum adverſa-

*Adiri etiam poteſt* Origen. *adv.* Celſum *lib. II. p.* 71. [6] *Non tantùm hujuſce facti Athenienſes pænituit, ſed & Socratem ſummis* bonoribus *affecèrunt, ejuſque accuſatores* ὑπερβαλλόντως *ſunt averſati.* Tertullian. *in Apolog.* Cùm pœnitentiâ ſententiæ Athenienſes & criminatores Socratis poſteà affixerint, & imaginem ejus auream in templo collocârint, reſciſſa damnatio teſtimonium Socrati reddidit. *Vid. &* Plutarchum *in lib. de Invid. & Odio p.* 538. *A.* [*] *Supple* καλῶς, *nemini enim dubium quin hæc fecerit* Socrates, *ſed num rectè fecerit, erant olim & fortaſſe etiamnum ſunt, qui dubitant.* [7] *Erat nempè plures quàm ſeptuaginta annos natus, cùm in judicium venerit.* Ἐγὼ πρῶτον ἐπὶ δικαστήριον ἀναβέβηκα, ἔτη γεγονὼς πλείω ἑβδομήκοντα, *inquit* Plato Socratis *perſonam gerens in Apol. p.* 358. *F.*

